Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
27 — A
24

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

8. 47. H. 24

Digitized by Google

Digitized by Google

SERMONES
DE VERBI INCARNATIONE
PER TOTVM ADVENTVM,

Authore R. P. F. IOANNE MARIO SCRIBONIO, Ordinis FF. Minorum ſtrictioris Obſeruantiæ,

Seu Recollectorum D. FRANCISCI, *ſacræ Theologiæ Profeſſore emerito, & Concionatore Generali.*

D. O. M.

Et Beatæ Mariæ Virgini Sacræ.

Bibl: Secr:
ll: Rom:
oc: Jesu



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Venundantur, PARISIIS,
d DIONYSIVM MOREAV, via Iacobæa, ad inſigne Salamandræ.

M. DC. XXII.

VM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

PERILLVSTRI, ET REVER^{mo}. D.

D. FRANCISCO HARLÆO, ARCHIEPISCOPO ROTHOMAGENSI,

Neuſtriæ Primati, à Sanctioribus, & Secretioribus Regis Galliæ Conſilijs, &c.

F. IOANNES MARIVS Scribonius, Sal. D.

DECREVERAM *tuis auſpiciis in lucem edere concio nes, quas pro ſuggeſtu in Eccleſia tua Archiepiſcopali, Aduentus curriculo ſuperiùs ela-* de verbo, quod erat in princi- *, publicitùs habui. Verùm Typo- hi ita noſtrum remorati ſunt iter, vt*

non niſi quod anno adhuc anteriori de Incarnatione ejuſdem verbi, *apud Senones declamaueram, potuerim hoc anno typis commendare. Ita enim lento incedunt prælo, hac præſertim in vrbe, vt vix huius operis ſperauerim me finem hoc anno viſurum. Ne tamen tuis è littoribus inſalutato portu ſoluere, & aliò diuini Euangelij gazas, veluti Pigmalionis opes conuehere videar, coactus ſum binis inſiſtere prælis, vt ſi non poſſem quod volui, efficerem ſaltem quod potui, & tibi vnum è noſtris fœtibus (tanquam pia Ciconia è laribus hoſpitis, in quibus pullos excluſit, abſcedens) tua in vrbe relinqueremus. Dolebam enim ac vehementer angebar tuis è ſedibus commigrare, & nullũ animi erga te mei monimentum relinquere. Quapropter hunc animi mei fœtum, Deo & Beatæ Virgini ſacrum (vtpotè de concepto Dei verbo in B. Virginis vtero edisserentem) Tibi*

Digitized by Google

qui ſacræ Dei, & Beatiſsimæ Virginis Aedi praees, commendandum eſſe putaui. Cui enim melius quam ſacrorum Antiſtiti, ea quæ ſunt Deo, & Beatæ Virgini ſacra, poterant commendari? & cui congruentius primitias laborum noſtrorum hoc anno editorum, exhibere debui, niſi Sacerdotum & Pontificum Neuſtriæ patriæ meę Primati? Cui tanquam tutelari Patrono, noſtros fœtus (licet apud Senones excluſos, in Neuſtria tamen excuſſos) poteram aptius commendare, quam illorum hæredi, qui apud Gallos Senones, & apud bellicam Neuſtriæ gentem, pacis bellique tempore ſummas adepti ſunt præfecturas? Ex genere ſiquidem pater-, magna ſemper auctoritate, eximiae virtute, & præclaris rebus geſtis, n minus quam nobilitate, maiores enituerunt apud Duces Burgundiæ; le longum latumque Regis Hiſpa-

Digitized by Google

niarum propagatum , & per totum orbem diffuſum eſt imperium. Ex genere vero materno, Proaui tui proceres Marchiæ, tantæ fuerunt apud Regem Galliæ dignitatis, vt totius Neuſtriæ præfecturam diutiſſimè geſſerint. Vnde duplici paterni maternique generis iure, labor hic noſter videbatur tibi eſſe concredendus, cum ex ipſa ſim oriundus Neuſtria, & apud Burgundos illum conflauerim. Nec aptius quam in hac patriæ meæ vrbe primaria cudendum eſſe duxi. Omnia namque locis, temporibus, & perſonis ſunt aptanda. Locus autem aptior nullus eſſe poterat, quàm in vrbe Deo, & Beatæ Virgini ſacra, ſacrum de conceptu Virginis fœtum edere. Nec tempus vllum congruentius, quàm tempore Aduentus, de Aduentu Chriſti in hunc mundum agere. Nec perſona denique: nulli enim aptius, quam quæ artis & ſcientiæ fuerit peritiſſima, ea

Digitized by Google

quæ ſunt alicuius artis, aut ſcientiæ ſunt præſentanda. Alioquin eſſet ordinem modúmque inuertere, ac cæco conſpicilia prębere, ſurdo muſicem canere, Muſico mathematicam, mathematico medicinam, medico figulinam, & figulo architectonicem exhibere, quod non minus ridiculum ſit, quam humano capiti equinam iungere ceruicem. Quapropter cum non niſi ſummo Theologo, ea quæ ſummæ ſunt Theologię, ſint exhibenda: hanc noſtram Creologiam, quæ de ſummis eſt arcanis Theologiæ, non niſi tibi, qui ſummus es Theologus, exhibendam eſſe duxi. Scio enim te, tam exacto ſtudio totum Theologiæ ſtadium in aula Sorbonica cucurriſſe, ut brauium & palmam cæteris omnibus ſodalibus [t]uis & paleſtritis, lōgè poſt terga relictis, [p]æripueris. unde & cumulatiſſimè om[ni]bus totius Uniuerſitatis acclamatio[nib]us & laudibus ſis exceptus, nulluſque

vnquam magna coronatus Olympia, ita Poetarũ verſibus, aut Oratorum encomijs fuit exornatus, ſicut tu lauream & brauium Theologiæ conſecutus. Tantum enim tui ſpecimen ingenij præbuiſti, vt pernici volatu Romanas vſque fama peruolarit ad arces, qua permotus ſummus Pontifex in publico purpuratorum cœtu, ſummis te extulit laudibus, & digniſſimum eſſe duxit, qui huius patriæ, quæ totum penè per orbem, ſuum olim extulit imperium, Primas habereris. Quamuis enim ab omni hominum memoria nonniſi purpuratos, aut Principes, vel ex Regio ſtemmate oriundos habuerit Archiepiſcopos: Te tamen inter cæteros omnes ob præclaras virtutes tuas adepta eſt, non tanquã Principem, ſed tanquam Principum Archipræſulem, nec tanquam Regio elatum ſanguine; ſed virtute tua Regijs prælatum proceribus. Nec tanquam purpura clarum,

ſed potius ſapientia, & ſcientia prælu-
centem. Quod in longè maiorem tibi ce-
dit honorem, quod adhuc prætexta-
tus, iam inter Patres Conſcriptos, non
ſolùm habearis, ſed eò honoris, & digni-
tatis perueneris virtutibus tuis, quò vix
Regio oriundi ſanguine, aut purpura
clari ſunt euecti. Cõgratulor igitur patriæ
meæ quod talem, ſit adepta Primatem.
Mihique gaudeo quod talibus auſpiciis
liceat partui meo in lucẽ exoriri. Tuarũ
namque teſtis erit æternus virtutum,
& perpetuum mei erga te animi exhibebit
monimentũ, quia ſicut aues à Pſapho edo-
ctæ, & poſteà in orbem emiſſæ, nomen il-
lius tanquam numen vbique reſonabãt:
ſic volucres horum voluminum codices,
nomen tuum in fronte gerẽtes, te quo-
cumque locorum deuenerint, meritiſſi-
mum Archipræſulem commemorabũt,
& quocumque temporum peruenerint,
gratum mei erga te ſtudij monimentum

præbebunt, aut ſaltem quas poſſum re- pendent pro viribus gratias. Sicut enim tuis opibus vitam lucemque ſunt adepti, ſic nomini tuo vitam lucemque pro virili reponent, & quamuis lampade ridiculum ſit, ſoli lucem addere velle: Deo tamen Optimo Maximo, qui ſolem in infinitum ſplendore pręcellit, non diſplicet nos ingenij noſtri lucerna, ei laudis & gloriæ ſplendorem rependere velle. Sic nec tibi Dei Miniſtro diſplicere debebit, ſi nomini tuo quamuis clariſsimo, aliquid lucubrationibus noſtris ſplendoris afferre velimus. Hoc enim ſignum ſaltem erit, quod ſi poſſemus te ſummis ſplendoribus illuſtraremus. Sed cùm Illuſtriſsimus ſis, vmbrę ſaltem noſtrę, aut pręli fuligine, ſplendorem tuum nimium, tanquam pictores attemperabimus, vt ſplendor nominis tui ex oppoſita & appoſita obſcuritatis noſtrę caligine, tanquam pulcherrimus color ex oppoſita pictorum fuligine magis eluceſcat.   *Vale.*

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

CREOLOGIA

SEV DE INCARNATIONE VERBI, AVT ADVENTV EIVS IN CARNEM, Enarratio.

RATRIS IOANNIS MARII, Scribonij Theologiæ Profeſſoris, & Conceionatoris Generalis in Archiepiſcopali Senonenſi per totum Aduentum Habita, Anno 1619.

---

n nomine ✠ Patris, & Filij, & S. Sācti.

n Menſe autem Sexto, Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo.

SERMO PRIMVS.

ADuentum alicuius Regis in ſuam Metropolim aut Regiam Ciuitatē, preſertim cum nunquā adhuc in am publicitùs & propalam Regio

cultu exceptus eſt, aut introitum (vt vulgo dicitur) ipſe ſuum celebrē fecit, ſolent Caduceatores præcurrere atq; præcones, mittiq; nuncij, vt populum ad eũ rite excipiendum cõmoneant & cõmoueant. Quod itidem factum fuiſſe in aduētu ſummi Regis in hunc orbem, tanquam in vrbem Regiam ſatis liquido conſtat ex preſenti Euangelij contextu, quem aſſumimus declarandum toto huiuſce aduentus diſcurſu, vbi dicitur, *In Menſe autem ſexto Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo*, Cuius ſi ſingula nũc temporis vellemus perſtringere verba, clarè & dilucidè oſtenderemus, nihil prætermiſſum fuiſſe in hac legatione & miſſione ex parte Dei ad excitandos populi animos, vt aduenientem propalam & publicitùs in hunc orbem regem regum, purpura carnis indutum, læti concurrerent. Hîc enim tempus, hîc locus, hîc perſonæ, hîc cætera denique omnia ad dignitatem legationis & miſſionis pertinētia, aut ſolemnem alicuius principis ingreſſum concernentia, fusè & late deſcribuntur. Tempus quidem; cum

ıicitur : *In menſe autem ſexto :* Perſonę
erò, cum ſubditur *: Miſſus eſt Angelus*
abriel à Deo : Locus denique, cum in-
ertur: *In ciuitatem Gallileæ cui nomen Na-*
areth; Sed quia tam breui ſpatio tot
c tanta perſtringere non valemus
nyſteria. Satis erit nunc temporis
le tempore,& perſonis miſſi & mit-
ẽtis agere, de loco & cæteris huiuſce
niſſionis cõditionibus in ſubſequen-
ibus poſtea acturi : & vt à tempore
xordiamur.

Non abs re dicitur:*In Menſe autẽ Sexto*
niſſum fuiſſe Angelum. Sicuti enim
ex diebus Deus ipſe creauit Cœlũ &
erram, & Sexto tandem hominem
ıd imaginem & ſimilitudinem ſuam
ondidit : Ita ſex menſibus videtur
nundum recreaſſe, & ſexto tandem
ıominem reformaſſe ad imaginem
c ſimilitudinem ſuam : Nempe hu-
nanam naturam ad filium ſuum,
jui eſt vera Patris imago aſſum-
ſiſſe, & in vnitatem perſonæ copu-
aſſe. Sexto inquam menſe ab illo
lie, quo lucerna lucens ante Domi-
ıum (Ioannes ſcilicet Baptiſta)

Digitized by Google

fuit conceptus, ſicut ſexto die homo fuit formatus ad imaginē Dei, ſupputando ab illo primo die, quo lux primæua, & quaſiad huc imperfecta fuit in orbem introducta, cum dixit Dominus *fiat lux, & facta eſt lux*.

Quin & aptè ſexto Menſe, non enim decebat quod ſtatim poſt peccatum homo redimeretur, aut filius Dei incarnaretur, Ne putaret pecatum ſuum in aliquod ſibi emolumentum redundaſſe; Aut eò minus peccaſſe, quò citius fuiſſet redemptus, vel lucrum ſibi ex malo proueniſſe, ac propterea grauius peccandum, vt maiora ei obuenirent bona, iuxta prauam eorum ſententiam, qui dicunt, faciamus mala vt nobis eueniant bona: Sed multis menſibus vlcus & ægritudo vulneris erat perpetienda, vt clarius homini innoteſceret quanti conſtet homini deum ad iram prouocare, & ſua ſpernere mandata.

Quatuor de cauſis Incarnatio verbi diuini fuit dilata.

Quatuor enim de cauſis ait D. Bonauentura. 3. Sent. D. 1. a. 2. q. 4. Incarnatio verbi Dei tādiu fuit dilata: Prima eſt propter peccatum hominis

niēdū. In hoc enim manifeſtatur diinæ vltionis ſeueritas, quæ tātos claores & luctus hominum tanto temore ſuſtinuit, antequam vellet deſendere: & ipſe Adam cum poſteritae ſua tanto tempore expectauit in mbo exulans à Paradiſo, vt ex diutura expectatione miſericordię, diſceēt rigorem diuinæ iuſtitiæ, quæ nihil ultum abire permittit.

Secunda ratio fuit propter morbum elius curandum. Morbus enim Spiitualis non curatur debitè, niſi infirius eum prius cognoſcat, & pro cuatione eius gratus exiſtat. Plus enim omo egrotat per ingratitudinē, quā er culpæ cōmiſſionē: Et ideo debuit Deus beneficium incarnationis differe, vt homo conuinceretur de impoentia antequam curaretur, & in lege aturę, & in lege ſcripta, vt ſic cogereur recurrere ad diuinam gratiam, & ecurrens curaretur efficaciter.

Tertia ratio eſt propter ordinem niuerſi ſeruandum, quia enim hoc rat plenum & maximum beneficium, ifferri debuit vſq; ad plenitudinem

temporum & propter hoc dicit Apoſtolus ad Galatas 4. At vbi venit plenitudo temporis miſit Deus Filium ſuum.

Quarta ratio fuit propter Incarnationis beneficium amplius commendandũ, quod enim amplius differtur, & diutius deſideratur, pretioſius reputatur, & ideo beneficium Incarnationis, quod eſt inter Dei beneficia præcioſiſſimum, prius debuit eſſe deſideratum & expectatum, quàm exibitum.

Quattuor aliæ rationes cur Incarnatio dilata fuit vſque ad ſextã ætatem.

D. etiam Thom. 3. p. q. 1. a. 4. quattuor adducit ad propoſitum rationes. Prima eſt, quia nõ ſtatim poſt peccatũ (inquit) conueniens fuit Deum Incarnari propter conditionem humani peccati, quod ex ſuperbia prouenerat: Quandoquidem eò modò erat homo liberandus, vt ſic humiliatus recognoſceret ſe liberatore indigere. vnde ſuper illud ad Galatas 3. *Ordinata per Angelos in manu mediatoris*, dicit gloſſa ord. *Magno Dei Conſilio factum eſt, vt poſt hominis caſum non illico Dei Filius mitteretur: reliquit enim Deus prius hominem in*

ertate Arbitrij in lege naturali, vt ſic ires naturæ ſuæ cognoſceret, vbi cum deeret, legem accepit, qua data inualuit orbus non legis, ſed naturæ vitio: vt a cognita ſua infirmitate clamaret ad edicum, & gratiæ quæreret auxilium.

Secunda propter ordinem promoionis in bonum, ſecundum quem b imperfecto ad perfectum proceitur. Vnde Apoſtolus dicit 1. ad Corinth. 5. *Non prius quod ſpirituale eſt, ſed uod animale; deinde quod ſpirituale: rimus homo de terra terrenus, ſecundus omo de Cœlo Cœleſtis.*

Tertia propter dignitatem verbi ncarnati, quia ſuper illud ad Galat. 4. *At vbi venit plenitudo temporis*, dicit gloſſa, *Quanto maior iudex veniebat, tanto maior preconiorum ſeries precedere debebat.*

Quarta ne feruor fidei temporis prolixitate tepeſceret, quia circa finem mundi refrigeſcet Charitas multorum. vnde Lucæ 18. dicitur: *Filius hominis veniens putas inueniet fidem in terra?*

Digitized by Google

Sexta ætate Chriſtus incarnatus.

His itaque de cauſis ſexta potiſſimũ ætate debuit filius Dei incarnari: quod quidem ſexto menſe, in quo Angelus ad Incarnationem eius nunciandam miſſus eſt videtur innui. Et ne meum hoc videatur eſſe commẽtum. Strabus ex Hieron. & D. Thom. ex Beda. ſcribũt, ſignificatum eſſe mẽſe illo ſexto, Chriſtum naſci ſexta mundi ætate: *Omnia namq; tempus habent, & ſuis ſpatiis decurrunt vniuerſa*, inquit Ecleſ. cap. 3.

Deus ſeruat maximum ordinem.

Et Deus in omnibus ſuis operibus maximum ſeruat ordinem: vnde ſicut ordo & gradus cernitur in prouectu ætatis cuius libet hominis: ſic maxime debuit in prouectu mundi gradus & ordo ſeruari: Et ideo ſicut homo tũc, aut nunquam debet eſſe completus & perfectus, cum ad ſextam peruenit ætatem: Sic pariter & mundus, quod ſexto menſe videtur commonſtrari. Cum enim Deus nihil dicat, vel faciat fruſtra; Nec fruſtra putandus eſt Angelũ ſuũ potius ſexto, quam quinto aut quarto mẽſe miſiſſe, Nec hoc fruſtra per os Euangeliſtæ narraſſe, Cum iota vnum aut vnus apex fruſtra non

t in ſacris apicibus poſitus, vbi ſicu-
nihil videtur eſſe mutilum, ſic ni-
il poteſt eſſe ſuperfluum aut redun-
ans.

Vnde ait D. Bonauen. ſuper *Miſſus*
t, quod ideo Chriſtus venit ſexta
tate, & ſexto Numero annorũ, quia
:xto menſe conceptus eſt, & ſexta fe-
a paſſus, & ſexta hora in cruce ſuſ-
enſus, quin & ſexta etiã feria Anun-
iatus ab Angelo, & in vtero Virgi-
is Incarnatus, vt ſcribit Rupertus l. 3.
e Diuinis officijs Cap. 19. dicens Fe-
a 6. conceptus eſt, & die qua veterẽ
ɔrmauit Adã de limo terræ, nouum
bi reformare cœpit hominem Deus
e vera carne Virginis Mariæ, ea-
em die Redempturus mortis Paſ-
one.

Auctor item queſtionum ad Antio-
hum queſt. 17. quærens quare 25. die
Martij in vtero Virginis clauſus ha-
itare cœperit Chriſtus? Reſpondet,
uia eodem die in mundi principio
reauit Adam & cœt. Adã autẽ pri-
ũ creauit Deus feria 6. eadem igitur
:ria ſexta poſt quattuor fere annorũ

millia ſecundũ Adam concipi voluit.
Eiuſdem ſententiæ eſt etiam Clictoueus in lib. de Annunciatione c. 3. Iohãnes lucidus l. 7. c. 2. D. Antoninus. 4.par.Summæ Theologiæ tit. 15. c. 9.§. 4. Viguerius l. 20. §. 9. Dicitur inquit communiter, quod feria 6. Chriſtus conceptus eſt, eadem die qua creatus fuit Adam.

Perfectio numeri Senarij.

Quin & D. Bonau. dicit quod Senarius Numerus non vacat miſterio, Eſt enim perfectus, imò inter cætera omnia primum ſibi videtur vendicare perfectionis gradum. Eſt namque primus omnium Numerus, qui ex omnibus ſuis partibus aliquotis quomodo libet ad inuicem combinatis, aut quouis modo ſupputatis conſtituitur & conflatur. Si enim ſumas vnum, duo, & tria, ſemper numerum conficiẽt ſenarium ad inuicem computata. Vnum enim, & duo efficiunt tria, & tria rurſus efficiunt ſex; & Rurſus ſi ter duo aut ſi bis tria ſumas, eundem ſemper ſenarium efficies Numerum.

Sex ſuperficies ſũt in quadrato.

Quin & perfectum quadratum ſenis ſemper conſtat ſuper ficiebus, qua-

rum vna Cœlum, altera terram reſpicit: Cæteræ quatuor quaſi in Crucem diſpoſitæ, quatuor mundi plagas videntur intueri, Orientem, Occidentem, Meridiem, & Septentrionem: Nec quaquà verſum illud reuoluas, poteris ab hac ſtatione remouere quadratum; Quin ſemper Cœlum, ſemper terram, & quatuor mundi partes æqualiter reſpiciat: Per lapidem autem quadratum hominem iuſtum ſignificari, nullus (qui mediociter in ſacris Ægiptiorũ notis ſit verſatus) eſt qui neſciat, de hoc enim Ampliſſimum in hieroglificis Pierij apater teſtimonium.

Homo iuſtus per quadratum repreſentatus.

Cum igitur Chriſtus ſit omnium iuſtorum iuſtiſſimus: Imo Iuſtitia ipſaque per lapidem quadratum Angularem, Sacris in apicibus repreſentatur, Cuius ſemper pars ſuperior Cœlum, pars inferior terram reſpexit, Nempe Diuinitas ſemper fuit cum Patre, & corporea natura cum carne, & meritum animæ per omnes orbis plagas diffuſum; imò perſona ipſa verbi quà reſpicit Diuinitatem, Nunquam

Chriſtus per quadratum lapidẽ ſignificatur.

Digitized by Google

a patre receſſit: quà verò carnem aſſumpſit, nunquam illam dimiſit, & tamen ſemper fuit per omnes orbis partes diffuſa; Et ſic ſi Diuinitatem conſideres, ſemper Cœlum ſuſpexit: ſi humanitatem aſſumptam, ſemper ad terram deflexit: Si Immenſitatem eius cōſideres, in omnes orbis partes ſe ſemper diffudit.

Quid igitur Mirum ſi eius incarnatio facta ſit in menſe ſexto, id eſt perfecto & quadrato ſenario, cum nil niſi perfectum deceat ipſum Deum?

Toties in ſacris paginis legimus, *Sex diebus operaberis, quia ſex diebus fecit Deus Cœlum & terram.* Quid autem hîc poſſet eſſe cauſæ, Cur homo ad ſex diebus operandum induceretur? ratioq; illi preſcriberetur: *Quia ſex diebus creauit Deus Cœlum & terram,* Niſi in hoc ſernario numero aliquid eſſet occulti Miſterij & perfectionis? Et cur pariter potius diceretur, in menſe ſexto Miſſum eſſe Angelum, niſi aliquid in hoc ſenario menſium numero lateret Miſterij? Vultis igitur vt aperiam quod ſentio? Et Deus dicitur

ex diebus creaſſe Cœlum, & terram, x omnia quæ cœli aut terræ ambitu :ontinentur : & homo iubetur ſex liebus operari, quia ad hoc ſenariũ lierum numerũ, videtur redigi perectum opus cum hominis, tum Dei. ied quia longe erat preſtantius opus ncarnationis, quàm creationis Cœli x terræ, vbi Deus dicitur ſex ſolum lies in tota rerum omnium ſerie pro:reanda impendiſſe, & ſexto die honinem ad Imaginem ſuam efformaſſe, ſex veluti menſibus ad incarnationem videtur opus habuiſſe & ſexto tandem menſe Angelum ad illam annũciãdam miſiſſe: Non quod indigeat aliquo tẽporis momento ad agendmvel deliberãdum, cũ virtus infinita ſemper agere poſſit, & de facto ægerit in inſtãti: Sed quod ſi eſſet cõparare momẽtũ operis Incarnationis, cum pondere creationis totius vniuerſi, pluſquã ſex Menſes in incarnatione, pro ſex diebus in creatione deberẽt inſumi & impendi: quippe cũ creata omnia ſint finita, infinitus verò huius Incarnationis verbi articul⁹, infinitaq; perſona & hipoſta-

ſis vtramq; naturam connectens, infinituſq; condeſcenſionis ab infinito Deo ad finitum hominem modus.

Quin & forſitan ſicut puellæ Regi Aſſuero ſiſtendæ & preſentandę, ſex prius menſibus vngebantur oleo mirrhino, vt legitur Eſter. 2. v. 12. Quid ni beatiſſima puella & Virgo Maria antequam ſiſteretur Domino, aut Deus in illam ſe ſe infunderet, ſex prius mẽſibus, oleo diuinę gratię vngebatur, tanquam preparatiuo ad tantum beneficium diuinitus ſuſcipiendum vngento? quamquam enim toto vitę curriculo maximis fuerit afflata per Spiritum Sanctum chariſmatibus: eò tamen magis credendum eſt infuſum ac ſuperfuſum fuiſſe gratię cœleſtis oleum, quò propius ad filium Dei in ſuis viſceribus ſuſcipiendum acceſſit.

Videmus enim radium lucis poſt exortam auroram magis ac magis augeri, quò popius ad exortum Solis Dies properat & accedit. Vnde cum iam aurora lucis Ioannes, ſex ante menſibus eſſet in vtero matris ſterilis conceptus: Nil mirum ſi ipſa Bea-

iſſima Virgo, clara velut Dies, ad ortum ſolis Iuſticię accedens, cœleſtis adio lucis, nempe diuinę gratię couſco fulgore, magis ac magis creceret & augeretur, Itaut tandem mẽe ſexto digna viſa fuerit, cui à Deo nitteretur Gabriel Archangelus.

Sed forſitan hactenus ſatis ſuperque de tempore, & de ſexto menſe dictum ſit: Nunc ad perſonas miſſi & nittẽtis ſe ſe cõuertat Oratio noſtra. *Seconda pars Sermonis.*

Non enim abs re Miſſus eſt Angeus, & non quilibet Angelus, ſed Angelus Gabriel, & non a quocumq; Miſſus eſt, ſed a Deo. Nihil enim abs è vnquam agit Deus, cum omne igens (præſertim a propoſito) agat propter finem, & multo magis ipſe Deus, qui omnia ad finẽ dirigit agenia, etiam irrationabilia & inſenſibilia. Vnde ait D. Thom. 3. p. q. 32. a. 2. Quod conueniens fuit matri Dei annunciari per Angelum diuinæ Incarnationis miſterium. Primo quidem vt n hoc ſeruaretur diuina ordinatio ſecundum quam mediantibus Angelis diuina ad homines perferuntur.

vnde Dioniſius dicit Cap. 4. Cœleſt. Hierarchię quod *Diuinum benignitatis Ieſu miſterium, Angeli primo edocti ſunt, poſtea per ipſos ad nos cognitionis gratia tranſiuit: Sic ergo diuiniſſimus Gabriel Zachariam quidem docuit Prophetam Ioannem ex ipſo naſciturum: Mariam autẽ quomodo in ipſa fieret thearchicum ineffabilis Dei formationis miſterium.* Secundo hoc fuit conueniens reparationi humanę, quę fieri debebat per Chriſtum. vnde Beda dicit in hom. ſuper Lucam: *Aptum humanæ reſtaurationis principiũ, vt Angelus à Deo mitteretur ad Virginem partu conſecrandam diuino, quia prima perditionis humanæ fuit cauſa, cũ Serpens a Diabolo mittebatur ad mulierem ſpiritu ſuperbiæ decipiendam.* Congruebat dignitati matri Dei, vnde Hieron. ſeu vt nonnulli volũt Sophron. In ſerm. de Aſſũptione, *Bene Angelus ad Virginem mittitur, quia ſemper eſt Angelis cognata Virginitas. Profecto in carne præter carnẽ viuere non terrena vita eſt, ſed cæleſtis*; vnde cũ beatiſima Virgo pluſquam Angelicam ac cœleſtem ageret in terris vitam, conueniens erat ſpiritum Angelicum

icum tanquam cœleſtem paranym-
phum ad eam mitti.

Et Petrus Chryſol. ſer. 1. *Vt homo urſibus iiſdem quibus delapſus fuerat ad nortem, rediret ad vitam, agit cum Maia Angelus de ſalute, quia cum Eua Angelus gerat de ruina, vt noſtræ perditionis initio, onueniens noſtræ reparationis principium eſponderet.*

Et preterea hęc miſſio non ſolum competit charitati diuinæ, ſed & Angelicæ, & humanæ, vt ait D. Bonau. in . Sent. D. 10.

Charitati quidem diuinæ, quia in hoc manifeſtatur quantum diuina bonitas noſtrã ſalutem diligat, dum nobiliſſimos ſpiritus, qui ei intima charitate iunguntur, dirigit, & tranſmittit ad procurandam ſalutem noſtram.

Charitati etiam Angelicæ, cum enim charitatis ardentis ſit maxime deſiderare aliorum ſalutem, ob quam etiam dixit filius ad Patrem Iſaiæ. 6. *Ecce ego mitte me*, Aut ſaltem ipſe Propheta, poſtquam purgatum fuit os eius: Quid mirum ſi Angelus mittatur, qui longè eſt purgatior, & ardentior charitate,

quàm ſit ipſe Propheta? Præſertim cũ minoris non debeat eſſe virtutis reparatio, quam fuerit deperditio humani generis? Nec minus ardentes in bonum Angeli debeant eſſe boni, quã fuerint procaces mali ad malum; Et ideo Miſſus eſt Angelus, vt modus redemptionis correſpõderet modo perditionis: Et ſicut Angelus malus noſtrũ procurauerat interitum, ſic bon⁹ noſtram procuraret ſalutem.

Charitati etiã humanæ hoc fuit conueniens, cum enim Angeli debeant eſſe cõciues hominibus, & non ſint illis iuncti per ſimilitudinem naturæ, quæ poteſt ad amorẽ excitare: oportuit eis iungi per obſequiũ beneficẽtiæ: Miſſus eſt ergo Angelus, vt Angelico fieret interuentu Angelica reparatio: Miſſus eſt Angelus, vt mediator eſſet matrimonij inter diuinam humanamque naturam contrahendi, qui medius eſt inter vtramque diuinam humanamq; naturam, nec quilibet Angelus: ſed Angelus Gabriel fuit Miſſus, *Sũmum enim Angelum venire dignũ fuerat, qui ſummum omnium nũciabat,*

Digitized by Google

quit D. Gregor. Hom. 3. in Euan-
lia. Niſi enim nuncius induſtria no-
litateq; perpoleat, decori legationis
ıtum ſemper erit detractum, quan-
m nũtio defuerit dignitatis: & ideo
. Dioniſius Areopagita in lib. de cœ-
ti Hiearchia cap. 3. & 8. Gabrielem
uiniſſimum appellat: Et Damaſce-
ıs in oratione de Aſſumpt. illum vo-
t Angelorum anteſignanum.
D. quoque Bernard. Hom. 1. ſuper
iſſus eſt, *Non arbitror* inquit *hunc
Angelum de minoribus eſſe, qui qualibet
cauſa crebra ſoleant ad terras fungi le-
tione.*
. etiã Tom. loco citato q. 2. a. 2. ad 4.
cit Gabrielẽ fuiſſe de ordine Archã-
lorum, hinc enim eccleſia Archãge-
m nominat, & ſatis credibile eſſe
ınſtat, quod in ordine Archangelo-
m fuerit ſumnius, cui adſtipulan-
r Caët. ibid. & Abulen. in Math.
. & ante ipſum D. Thom. Huiuſce
inionis videtur fuiſſe D. Bernard.
ro. 5. de conſiderat. cap. 4. vbi
t: *Putamus Angelis præeſſe Ar-
angelos, qui non niſi ob maximas,*

Digitized by Google

& precipuas cauſas mittuntur, ex quibus magnus ille Archangelus Gabriel Miſſus legitur ad Mariam, ob cauſam vtiq;, qua Maior eſſe non potuit.

Et ante eum D. Greg. Hom. 34. In Euangelia: *Hi* inquit *qui Minima nunciant Angeli, qui verò ſumma nunciant, Archangeli vocantur. Hinc eſt enim, quod ad Mariam Virginem non quilibet Angelus, ſed Gabriel Archangelus mittitur:*

Sunt qui longè adhuc vlterius excellentiam Gabrielis euehentes, in ſupremo ſeraphinorum choro illum collocēt: imò illũ primũ inter primos eſſe diiudicent, multiſq; ad id ſibi perſuadendum ducuntur rationibus. Si enim ad Iſaiam volauit (vt ipſe dicit cap. *6.*) vnus de Seraphim: quanto magis ad Mariam Matrem Dei in tam graui negotio Incarnarionis Chriſti perferendo vnus de Seraphim aduolare debuit?

Quādo enim prĩceps vult aliquid magni facere, fideliorib⁹ id ſolet cōmittere aulicis: & ſumma legatio non niſi ſummis principib⁹ ſolet eſſe delegata.

Accedit quod eſt talis ordo in miſ-

onibus, qualis eſt in perfectionibus
ıngelorũ, ſecundum Dioniſium, quia
ıtio diuinæ ſapientiæ requirit, vt
ltima diſponantur per media, & me-
ia per ſuprema: nec obſtat, quod idẽ
)ioniſius ait de Angelica Hierarchia
los, qui ſunt de ordine Seraphico
õ mitti, quanuis enim hoc verum ſit
rdinaria & ſolita conſuetudine, vi-
imus tamen nuper, aliquam in hac
:ge eſſe exceptionem, quia miſſus
ſt ad Iſaiam vnus de Seraphim: Et
leò vnus etiã Seraphim potuit mitti
d incarnationem verbi dei annunciã-
am. Cum preſertim ipſius perſona
erbi (quæ in infinitum quemlibet
eraphim dignitate antecellit) ad
oc miſterium Incarnationis complẽ-
um fuerit miſſà. Si enim potuit mitti
)eus, quid ni potuerit mitti & ſer-
ıus? Et ſi Deus dignatus eſt de cœlo
eſcendere in vterum Virginis carnẽ
ımpturus, quid ni dignum fuit vt
ignior ſeruus eum prçcurreret Incar-
andum nunciaturus? Certe qui rui-
ę humani generis dedit initium, om-
ium fuit peſſimus demonum. Nam

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

qui ruinæ Angelorũ occaſionẽ dederat, & in ſuum, ſuorumq; adhærẽtium locum homines ſufficiẽdos eſſe videbat, credibile eſt quod inuidus & liuidus inde conatus eſt totis viribus homines deturbare, vnde fuerat profligatus: vt igitur ruinæ hominum reſtauratio reſponderet, conſentaneum fuit vnum ex ſupremis Angelis opus reparationis annunciare: ſicut ex peioribus demonibus vnus ruinam hominum procurarat: niſi velimus bonorum Angelorum Charitatem erga nos minus ardere, quam ferueat cacodæmonum inuidia: & niſi etiam perſuaſum habeamus optimum Angelorum, ſui Collegij reparationem quæſiuiſſe frigidius, quàm peſſimus demonum illam ardentius conatus ſit prohibere. Quare pro ratione ordinis, & ſtudij paritate decuit, vt ſicut peſſimus dæmonum nobis obfuit: ita optimus Angelorum nobis prodeſſet. Sed in hoc contentioſum funem non trahimus, ſatiuſq; ſanctæ Matris Eccleſiæ iudicium omnibus omnium auctorum opinioni-

us præferendum eſſe cenſemus. Saſq; eſt vt dicamus cum D. Thoma D. Grego. citatis in locis, quod nō os re Miſſus eſt Gabriel ad Annuniandam Verbi Diuini Incarnatioem: hoc enim nomen officio ſuo cōruit. Gabriel enim Dei fortitudo noainatur: & ideo per Dei fortitudinē unciandus erat, qui virtutum Domius, & potens in prelio ad debellandas oteſtates aëreas veniebat. Indicabat tiam ipſe ſuo nomine fortitudine Dei ad redimendium hominem opus uiſſe: ſi quidem nec fortitudo homium, nec ipſa etiam fortitudo Angeorum erat ſatis ad hominem ſaliandum, peccatumq; tum quoad œnam, cum quoad culpam delenlum; & gratiam inſuper hominious conferendam, inſtaurandaſq; Angelorum ruinas. Si enim non potueunt Angelos aut homines peccanes à perditione & peccato præſeriare: Multominus poterant illos am perditos ſaluare, & ruinas eorum inſtaurare. Quod ſi etiam velimus D. Hieronimi ſententiam

Gabriel qui ſignificas.

qui ruinæ Angelorũ occaſionẽ dederat, & in ſuum, ſuorumq; adhærẽtium locum homines ſufficiẽdos eſſe videbat, credibile eſt quod inuidus & liuidus inde conatus eſt totis viribus homines deturbare, vnde fuerat profligatus: vt igitur ruinæ hominum reſtauratio reſponderet, conſentaneum fuit vnum ex ſupremis Angelis opus reparationis annunciare: ſicut ex peioribus demonibus vnus ruinam hominum procurarat: niſi velimus bonorum Angelorum Charitatem erga nos minus ardere, quam ferueat cacodæmonum inuidia: & niſi etiam perſuaſum habeamus optimum Angelorum, ſui Collegij reparationem quæſiuiſſe frigidius, quàm peſſimus demonum illam ardentius conatus ſit prohibere. Quare pro ratione ordinis, & ſtudij paritate decuit, vt ſicut peſſimus dæmonum nobis obfuit: ita optimus Angelorum nobis prodeſſet. Sed in hoc contentioſum funem non trahimus, ſatiuſq; ſanctæ Matris Eccleſiæ iudicium omnibus omnium auctorum opinioni-

bus preferendum eſſe cenſemus. Satiſq; eſt vt dicamus cum D. Thoma & D. Grego. citatis in locis, quod nõ abs re Miſſus eſt Gabriel ad Annunciandam Verbi Diuini Incarnationem: hoc enim nomen officio ſuo cõgruit. Gabriel enim Dei fortitudo nominatur: & ideo per Dei fortitudinẽ nunciandus erat, qui virtutum Dominus, & potens in prelio ad debellandas poteſtates aëreas veniebat. Indicabat etiam ipſe ſuo nomine fortitudine Dei ad redimendium hominem opus fuiſſe: ſi quidem nec fortitudo hominum, nec ipſa etiam fortitudo Angelorum erat ſatis ad hominem ſaluandum, peccatumq; tum quoad pœnam, cum quoad culpam delendum; & gratiam inſuper hominibus conferendam, inſtaurandaſq; Angelorum ruinas. Si enim non potuerunt Angelos aut homines peccantes à perditione & peccato præſeruare: Multominus poterant illos iam perditos ſaluare, & ruinas eorum inſtaurare. Quod ſi etiam velimus D. Hieronimi ſententiam

Gabriel qui ſignifiat.

ſequi, qui in lib. denominibus hebreis Gabriel interpretatur confirmauit me Deus, à verbo, Gabar, hoc nomen deduceus, quod ſignificat confirmare, & merito Gabriel miſſus eſt, vt teſtimonio illius cõfirmaretur miſteriũ Incarnationis, cui nomen erat confirmauit me Deus.

Quin & ſi Procli Epiſcopi Cyſiſeni ſentẽtiam velimus ſequi, quę habetur Tom. 6. Concil. Epheſin. c. 7. in Homelia. Merito miſſus eſt Gabriel Angelus, quia vult Gabrielem ſignificare Deum & hominem, vnde quia ille quẽ annunciabat fauturus erat Deus & homo, Iam Iam miraculum rei ſuo nomine proferebat. Et certe: El eſt nomẽ Dei; Gab verò ſeu potius Gaeber, nomen eſt viri, vnde Pagninus interpretatur hoc nomen Gabriel, *Vir meus Deus*, Gabriel enim (vt diximus) virum ſignificat. Iod vero affixum idem ſignificat quod pronomen poſſeſſiuum *meus*. El denique eſt nomen dei: vnde merito Miſſus eſt Gabriel ad annunciandum Deum cum natura humana in eadem hipoſtaſi copulan-

um,aut In carne Virginis cum noſtra umanitate vniendum, vt ſuo nomine reſagiret,quod beatiſſima Virgo,aut ıltē humanitas aſſumpta,nūc iure di- ere poſſet, *Vir meus Deus*,cum præſer- m nomina Angelorū non ſunt natu- ꝛ propria:ſed eorum ſolum quę exer- ent officiorum.

Denique a deo Miſſus eſt Angelus ;abriel, nec enim decebat vt ab alio ſſet delegatus, cum miſterium incar- ationis nunciaret ſoli Deo cōueniēs. olent enim Angeli, cū ſint ad inuicē ıbordinati, mitti ab altero: inferior :ilicet a ſuperiore, vt vult D. Dio- iſius:ſed cum Deus ſit omnibus crea- ıris maxime præſens & intimus, unc non ab alio, quàm à ſe ipſo vo- ıit mitti: Quia ait D.Bernard nullum ꝛæter illum decuit dati nuncij fuiſſe onſcium: *Et ideo* inquit *Dictum eſt ab uangeliſta miſſū fuiſſe Gabrielem à Deo, ne ıi beatorum ſpirituum, ſuum Deus antequā irgini reuelaret conſilium, Excepto dun- ıxat Archangelo Gabriele.*

Chriſoſtom. quoque Deum intro- ucit ita Gabrielem alloquentem,

Placet vt virtutes omnes, quæ in cælo ſunt miſterium hoc lateat, & tibi ſoli ſit manifeſtum, Crediderim tamen potius omnibus Angelis patefactam eſſe hanc legationem, ſed præ cæteris omnibus Gabrieli Archangelo demãdatã. Quod etiã Caſſianus in Cõm. Euang. & Petrus Damiani Serm. de Annunciat. videtur innuere ita ſcribens, *Mirantur omnes Hierarchiæ cæleſtes, quod ad hanc legationem nuncius cæleſtis egreditur, ſuſpenduntur eorum altis conſiderationibus mẽtes*, & cæt. ex quo quidem apparet quanta ſit dignitas huiuſce Angeli: Sed multo magis quanta ſit benignitas dei: Diuina enim lege ſancitum eſt (ſi D. Dioniſio credimus) vt per prima ſecundis diuini fulgoris radius influat: & tamẽ videmus Gabrielem nullius Angeli interuentu à Deo nuncium accepiſſe, qua de re opportet Gabrielem vel primum eſſe cœleſtium ſpirituum, vel præter conſuetudinem miſſum; quia inuſitata omnibuſque ſeculis inaudita tanti ponderis legatio, inuſitatum poſtulabat legandi modum. *Non enim ab alio aliquo forte excellentiore ſe, vt a ſpiritu*

(inquit D. Bern. ſup. miſſ. eſt) *Sed ab ipſo deo mitti Gabriel perhibetur*, Propter hoc ergo poſitum eſt à Deo: idẽ quoque ſentit Chriſoſtom. apud Metaphraſtem in Serm. de Annunciat. & Carthus. in caput primum Lucę.

Per pende nunc quantus ſit Deus, & tunc perſpicies quanta ſit iſta legatio, & quanta ſit bonitatis & Charitatis Dei erga homines dignatio: nec enim mihi licet per otium & tempus de Deo plura dicere: nec ſi liceret plura forſitã dicere poſſem, nec vos auditores plura audire. Quę eſt enim lingua mea, aut quę veſtra intelligẽtia, vt quãtus & quid ſit ipſe De9, vel ego dicere, vel vos audire poſſitis? Cum ſecundum quantitatem, ipſe ſit immenſus, & ſecundum quidditatem ipſe indefinitus & infinitus. Vnde multi grauiſſimi doctores magis volunt nobis de Deo innoteſcere quid nõ ſit, quàm quid ſit. Nec enim poteſt intellectus finitus infinitũ dei cõceptũ capere, nec breuis lingua, eius immẽſitatem dimetiri. Vnde Simonides ab Hieron. Siciliæ Rege interrogatus, quid eſſet Deus, vnius primũ dici ſpa-

tium ad reſponſum excogitandum expetiit. Cumq; poſtridie iterum interrogaretur, duos rurſus dies ſibi ad reſpondendum popoſcit, & illis trāſactis, cum ſollicitaretur, duplicatum numerum adhuc expoſtulauit, ſicq; indies duplicatum ſemper ſpatium ad reſpōſum dandum expetijt. Vnde tandem indignatꝰ Hiero ſibi illudi putās, Quid inquit, putas ne me ſic deludere aut eludere? Cui Philoſophus, ne putes inquit ô rex me tibi illudere velle: ſed tāta eſt Dei Maieſtas, vt quò plꝰ in eam, mentis oculos ad eam perfecte exprimendam intendo, eò plus difficultatis & immenſitatis aſſiduè nanciſcor.

Pelagus eſt inexauſtum Deus, cui quo plus carinā cogitationis tuæ impuleris, veláq; ventis expanderis, & remos vndis, eò ſemper maiorem difficultatem, & abiſſum profundiorem deprehenderis: & ſicut Nauigantibus contingere ſolet, qui cum adhuc verſantur in littore oculorum radio decepti, putāt aquas Cœlum contingere, & aliquando cum vela ventis expāderint, putant ſe tandem Cœlum tangere

poſſe vertice: ſed quo plus feruntur in altum, eo ſemper altius vident cœlum eleuari. Sic qui volunt Dei immenſitatem dimetiri, aut eius inexplicabilem Maieſtatem enarrare, quò plus feruntur in altum, eo ſemper Deus magis eleuatur, *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus* inquit Reg. vates, & Sapiens eius Filius, *qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur à gloria.*

Sufficit ſufficit dicere à Deo Miſſum fuiſſe Angelum, vt aliqua ex parte intelligere poſſimus, quanta ſit hominis erga deum obligatio, cum tāta ſit Dei erga hominem dignatio: Quantumq; ſit debitum humani generis, cum tantum ſit beneficium æterni parentis: Et tamen ò ingrati ô vecordes, & peruerſi homines non fuerunt memores multitudinis miſericordię ſuę: Sed proh dolor aſſiduè illi retribuunt mala pro bonis, dumq; ille mittit Angelos ad eorum ſalutem procurandam, illi potius accerſunt & euocant dæmones ad ſuam damnationem procurandam. Nullæ Deo gratias agunt pro tot impenſis in eos beneficijs, ſed

potius maledictis & probris maieſtatẽ eius inceſſant; nomen ſanctum eius nõ laudant, ſed potius deierant & peierãt. Non eum in auxilium inuocant : ſed potius in ſuum exitiũ prouocãt. Quin & dæmones potius (vt dixi) euocant, quã Deum, aut ſanctos Angelos eius. Diris enim ſe ſe deuouent, & vxores, ac filios. Omnes hærebi furias in perniciẽ ſuã incitãt & excitant: ore, & plerumq; etiam corde (quod adhuc peius eſt,) ſibi quiſque gehennam imprecatur æternam, nec recogitant quanta in inferno luituri ſint ſupplicia, cũ tantas in terris pro peccato Adami luamus miſerias : nec quã horribile ſit ęternis adigi pœnis, cum tam graue viſum ſit hominem pro pomo vetito tam longis mancipari ęrumnis, nec quam terribile ſit incidere in manus Dei iraſcentis, ſi tam durum viſum eſt expectare benignitatem ignoſcentis. Si enim tandiu dilata fuit Incarnationis diuini Verbi profuſa benignitas, vt magis appareret peccati mortiferi grauitas, & diuinę vltionis ſeueritas : quid tandẽ erit expectare ęternam vlciſcentis

iudicis iracundiam & perpetuis mancipari tormentis, cum tetris & trucibus altrocibuſq; tortoribus ſimul igne tortis, & tormento ferocientibus, feriociuſq; ac ſæuius damnatos torquentibus? Quid erit igne torreri perpetuo? crepitantibus exuri flammis, ſi tam difficile fuit tandiu expectare rorem diuinæ miſericordiæ? *Redite præuaricatores ad cor* reuertimini, & cõſiderate vos ſexta die creatos ad imaginem & ſimilitudinem Dei, & ſexto menſe, ſextaq; mundi ætate recreatos, vt vobis Deus oſtenderet in æternam vos immortalitem & fœlicitatẽ eſſe renouandos, ſi bene ſex vitæ præſentis ætates, pueritiam, adoleſcentiam, iuuentutẽ, virilitatẽ, canitiem & Senectutem trãſigeritis. Mementote vos ſexta ſaltem ætate eſſe debere perfectos, aut numquam, & hominem iuſtum eſſe debere vt lapidem quadratum ſenis conſtans ſuperficiebus, quarum vna ſemper cœlum ſuſpiciat, Deũ mentem conſiderans: altera terram in quam corpus redigi debet. Aliæ vero quattuor, quattuor mundi partes

Epilogus.

Digitized by Google

Orientem infantię, Occidentem ſe-
nectutis, Meridiem iuuentutis & Sep-
tẽtrionẽ carnitiei. Et his ſex vitæ no-
ſtræ diebus bene operandũ eſſe. venit
enim nox quando nemo poteſt ope-
rari. Si namq; puellæ Regi Aſſuero
preſentandę ſex continuris menſibus
ſe ſe vngebant, vt Regi placere poſſẽt.
quid deberent facere animæ Deo pre-
ſentandæ?

Deo inquàm *qui facit Angelos ſuos Spi-
ritus, & miniſtros ſuos flammam ignis*: Deo
dicam, cui non eſt ſimilis in Legiſlato-
ribus. Deo cuius eſt immẽſa maieſtas,
& infinita poteſtas, & ęterna felicitas,
& fœlix ſuauitas, & ſuauis iucunditas.
Deo deniq; cuius virtus & imperium
regnat in ſecula ſeculorum.

Digitized by Google

IN CIVITATEM GALLILEÆ, CVI NOMEN NAZARETH.

SERMO SECVNDVS.

POſtquam egimus de debito Annunciationis verbi Dei incarnandi tempore, proxime ſequitur agere de loco, in quo talis annunciatio facta ſit: nec enim tēpus ſine loco, nec locus ſine tempore eſſe poteſt, cum tempus ſit numerus motus perprius & poſterius; & motus eſſe non poſſit ſine termino a quo & termino ad quē; & iſti termini ſine loco eſſe nequeāt. Et ideo poſtquam Euangeliſta egit de tempore, nempe, *menſe ſexto*, & de motu, quo ſilicet *Miſſus eſt Angelus à Deo*, Statim agit de loco in quem Miſſus eſt, nempe *In ciuitatem Gallileæ, cui nomen*

Orientem infantię, Occidentem ſenectutis, Meridiem iuuentutis & Septētrionē carnitiei. Et his ſex vitæ noſtræ diebus bene operandū eſſe. venit enim nox quando nemo poteſt operari. Si namq; puellæ Regi Aſſuero preſentandę ſex continuris menſibus ſe ſe vngebant, vt Regi placere poſſēt. quid deberent facere animæ Deo preſentandæ?

Deo inquàm *qui facit Angelos ſuos Spiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis*: Deo dicam, cui non eſt ſimilis in Legiſlatoribus. Deo cuius eſt immēſa maieſtas, & infinita poteſtas, & ęterna felicitas, & fœlix ſuauitas, & ſuauis iucunditas. Deo deniq; cuius virtus & imperium regnat in ſecula ſeculorum.

Digitized by Google

IN CIVITATEM GALLILEÆ, CVI NOMEN NAZARETH.

SERMO SECVNDVS.

POſtquam egimus de debito Annunciationis verbi Dei incarnandi tempore, proxime ſequitur agere de loco, in quo talis annunciatio facta ſit: nec enim tēpus ſine loco, nec locus ſine tempore eſſe poteſt, cum tempus ſit numerus motus perprius & poſterius; & motus eſſe non poſſit ſine termino a quo & termino ad quē; & iſti termini ſine loco eſſe nequeāt. Et ideo poſtquam Euangeliſta egit de tempore, nempe, *menſe ſexto*, & de motu, quo ſilicet *Miſſus eſt Angelus à Deo*, Statim agit de loco in quem Miſſus eſt, nempe *In ciuitatem Gallileæ, cui nomen*

Nazareth, Egerat enim de termino à quo Miſſus fuerat, nēpe *à Deo*: reſtabat igitur vt ageret de termino ad quē: verumenimuerò quãuis De' vbique ſit, & ideo nihil ab eo recedere poſſit, per abſentiã, ſicut nihil ad eũ accedere per pręſentiam; Quia tamen ſecundum effectus magis aliquãdo influit ſol in remotum, quàm in propinquum, vt magis influit in has inferiores orbis plagas, quàm influat in mediã aëris regionem: Et Angelus Angelo pręſenti poteſt conceptum mentis ſuæ occultare, quem tamē alteri longe diſtanti poteſt reuelare, & intellect' humanus, quãuis ergaſtulo corporis concluſus poteſt alicui longe diſtanti, conceptum mentis ſuæ ſignificare, per nutus, vel per ſigna, quæ quia proximè conſidenti non ſunt aperta, poteſt ei conceptus quantumuis propinquo eſſe occultus. Sic immo multo magis Deus, cum ſit omnibus rebus intimè præſens, poteſt vni creaturæ conceptũ mētis ſuæ aperire, quē nõ aperiat alteri; & ſic ad illam per reuelationē accedere, quãuis ab illa nõ diſtet per eſſentiã & preſētiã: imò

Deus intimè preſens rebus omnibus & intime agit in ſingulas prout vult.

&effectum poteſt in ea producere, quē non producat in alia. Sicut ſol germen producit in terra, quod nō producit in cœlis, & ideo iure poteſt dici Angelum mittere ad aliquam legationē faciendam, aut Angelus ab eo mitti ad illam exequendam: Et cum Angelus nō ſit immenſus nec infinitus, ſicuti Deus: ſed finitus, iure poteſt dici à termino a quo ad terminū ad quē tranſilire; quāuis enī à Deo nō recedat per abſentiā, ad creaturam tamē accedit per præſentiā, à qua prius fuerat abſens, quia Angelus non eſt vbiq; præſens, & ideo dicitur, *Miſſus in ciuitatem Gallileæ, cui nomen Nazareth*, vbi duo potiſſimum ſunt perpendenda, cur in ciuitatem Gallileæ Miſſus ſit, & nō in quācunq; ciuitatem ſed potiſſimum in ciuitatem Nazareth: genus enim & ſpecies ibi connotari videntur, regio ſcilicet Gallileæ, tanquā communis patria; & ciuitas Nazareth, tanquam peculiaris ſtatio, in qua Chriſtus erat concipiendus: Et quia prius eſt agere de vniuerſali, quam de particulari; prius agemus cur Angelus Dei Miſſus ſit in ciuitatē Gallileæ, & poſtea *Diſpoſitio & orao diſcendorum.*

cur præciſe & determinatè in ciuitatē, cui nomē Nazareth. *Quid nāq; ſibi voluit Euangeliſta propria nomina rerum in hoc loco tam ſignanter exprimēs?* inquit D. Bernardus Serm. 1. *de Annunt. Credo quod voluit nos negligenter non audire, quod tam diligenter ſtuduit enarrare: nominat ſi quidē nūtiū qui mittitur, Dominū à quo mittitur, ſpōſum Virginis, amborūq; genus, ciuitatē, ac regionem proprijs deſignat nominibus, vt quid hoc? Putaſne aliquid horum ſuperuacuè poſitum eſſe? nequaquam, ſi enim nec folium de arbore ſine cauſa, nec vnus ex paſſeribus ſine Patre cœleſti cadit ſuper terram, putem ego de ore Sancti Euangeliſtæ ſuperfluum defluere verbum, preſertim in ſacræ hiſtoriæ cōtextu? nō puto: plena quippe ſūt omnia ſupernis myſterijs, ac cœleſti ſingula dulcedine redundantia, ſi tamen diligentem habeant inſpectorem, qui norit ſuggere mel de Petra, oleumq; de ſaxo duriſſimo, ait* D. Bernardus.

Cur in Galileam miſſus ſit Angelus.

Et vt a primo exordiamur. Non abs re, *in ciuitatem Gallileæ* Miſſus eſt, quāuis enim ſecreta diuina perſcrutari nō poſſimus, quippe qui non ſolum noſtris, ſed etiam Angelicis mentibus

Digitized by Google

ſunt ſecreta & abſcondita, niſi à Deo fuerint ſponte reuelata; ſi tamen aliquid conijcere licet ex his inferioribus, & ex verbis diuinis, ex quibus ambobus, quicquid cognitionis de Deo habemus ſolemus adipiſci, (quia *Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius virtus & diuinitas. fidelis quippe Deus in omnibus verbis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis*) Non ſine grandi miſterio locum aſſignauit, in quem Miſſus eſt Gabriel Angelus ad enunciandam verbi diuini Incarnationem. Deprehẽdemus nãq; miſſum fuiſſe in ciuitatẽ Gallileæ: quia Gallilea apud Hebræos idẽ eſt, quod Rota. Gallal enim apud illos idem eſt quod voluere, ſeu in girum agere: Vnde cum perfectus rerum omnium circuitus in hac Incarnatione verbi diuini eſſet perficiendus, & peragendus, & perfecte circulus rerum omnium complendus, ac perfecta rota reuoluẽda, nil mirum ſi in ciuitatem Gallileæ Miſſus ſit Angelus.

Miſterium incarnationis rotæ cõparatum.

In perfecta enim rota, perfectoq; circulo, ac gyro, ita finis vnitur princi-

Digitized by Google

Miſterium Incarnationis rotæ comparatum.

pio,& principium fini, vt finis non ſit diſtinct⁹ à principio,nec principium à fine,&ibi ſit finis vbi principiũ,&principium vbi finis:In hac autem incarnatione perfecta rota erat peragẽda,perfectuſq; circulus: ille enim qui primus eſt, debebat fieri poſtremus, & qui ſũmus, imus, & Alpha Omega. Nil mirum igitur ſi in ciuitate Gallileæ hæc reuolutio erat facienda: filius enim Dei primus eſt omnium à Deo productorum, coæternus ſiquidem eſt patri & coæqualis, ante omnia ſecula genitus: homo verò poſt omnia opera Dei fuit conditus, ac propterea omnium operum diuinorum fuit poſtremus: Per hanc autem Incarnationem filius Dei, qui primo vt diximus fuit product⁹,imo ab æterno,homini qui poſtremo àDeo fuit conditus,erat vniendus, non quacunque vnione, ſed perſonali & hipoſtatica, in qua finis non diſtinguitur à principio perſonaliter, ſed potius perſonaliter idem eſt principium quod finis, & finis quod principium, & conſequẽter cum perfecta rota eſſet peragenda, & perfectus circu-

lus concludendus, principium cũ fine, & finis cum principio, merito in ciuitatem Gallileæ Miſſus eſt Angelus.

Adde quod Deus eſt perfecta ſphera, cuius centum eſt vbiq;, circumferentia verò nuſquam, quia cum non inueniatur perfectior, aut capacior figura, quàm ſpherica, ſi aliqua figura eſſet Deo tribuenda, maxime ſpherica deberet eſſe, cum ipſe ſit perfectiſſimus, nẽpe omnia in ſe cõprehendẽs. Homo etiã ſphera eſſe videtur, aut ſaltẽ in circulũ redigi poſſe, ſi extẽſis brachijs ac pedibus altero pede circini ad vmbilicũ, appoſito alter circum brachia, pedes, caputq; ducatur. Cũ igitur duo iſti circuli eſſent ſimul vniẽdi in vnitatem ſuppoſiti & hypoſtaſeos, quid mirũ ſi in ciuitatem Gallileæ Miſſus ſit Angelus?

Deus dicitur ſphera perfecta & cur.

Semel dixit Dominus Ieremiæ (vt in prophetia eius legitur c. 18. v. 1) *Surge & deſcende in domum figuli & ibi audies verba mea, & deſcẽdi in domũ figuli, & ipſe faciebat opus ſuper rotã, & diſſipatum eſt vas quod ipſe faciebat è luto manibus ſuis:* O magnũ detrimẽtũ, ô inęſtimabilis perditio; diſſipatũ eſt vas; quod ipſe faciebat è luto

Vas admirabile homo.

manib⁹ ſuis. Sed quodnã erat illud vas quodnã illud opus tã egregiũ, & tã excellẽs, cuius diſſipatio, tãta fuit perditio? & quod ipſe figulus faciebat ſuper rotã? Super rotã verſatilem poteſt ne vas tam precioſum, tam incõſultè verſari? Et è luto poteſt ne tam pręclarum opus ordiri? vtique ſanè vtique. Vas enim illud è luto fabrefactum, & ſupra rotã impoſitũ, ac circumuolutum per manum figuli, deſignabat primum hominem, è luto quidẽ conditum per manum figuli, omnipotentis ſcilicet Dei; ac ſupra rotam impoſitũ, circumuolutionis ſcilicet annorum, ſeu vertibilitatis temporum: ſed heu heu vix illud vas pretioſum erat è terra eleuatum, & ſupra rotam poſitũ, quod ſtatim cecidit, & diſſipatum eſt. Non ne vobis videtur ingens detrimentũ inæſtimabiliſq; perditio? Vas enĩ iſtud erat ornatum omni lapide pretioſo, & in eo omnis cœlorũ & terrę ornatus erat inſculptus, *Sed conſolamini popule meus dicit Deus veſter: conuerſus enim figulus fecit illud vas alterũ, ſicut placuit in oculis eius vt faceret*, Figulus autem ille quis

eſtalius, niſi ipſe Deus, qui de luto aut de limo terræ fecit primum hominem, quem cum videret per peccatum (in ſe quidẽ actuale, in nobis autẽ originale) eſse collapſum, cõuerſus ipſe Deus fecit vas alterum, nempe humanitatem verbi, ſicut placuerat in oculis eius vt faceret: quamuis enim factus eſset in ſimilitudinem carnis peccati, *Peccatum tamen nunquam fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius*, Sed potius ex peccato dãnauit peccatũ, vt ait Apoſtolus, & ideo dicitur conuerſus figulus. Non quod vnquam conuertatur Deus, apud quẽ non eſt tranſmutatio nec viciſſitudinis obumbratio: Sed quia fecerat primum hominem de luto peccabilem, nempe Adamum: ſecundum verò fecit omnino impeccabilem, & ab omni ſorde & peccato immnẽ, nempe Chriſtum, & ideo dicitur feciſse illud vas alterum, ſicut placuit in oculis eius vt faceret. Vel ideo dicitur conuerſus figulus, id eſt Deus feciſse vas alterum, quia ſi Deus vertibilitati eſſet obnoxius, per hanc verbi Incarnationem videretur ex Deo in hominẽ cõuerſus

Vas alterũ longè præſtãtius nẽpe Chriſtus.

Deus quomodo dicatur cõuerſus.

ex creatore in creaturã, ex æterno in temporalem, ex infinito ad finitum, imò ex infinito ad nihilum eſſet redactus. Forſitan enim hac de cauſa dicebat in perſona Chriſti pſaltes: *Ad nihilum redactus ſum & neſciui*, vel certe hac intentione dixit Apoſtolus, *Exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens & cæt.*

Vel ideo dicitur conuerſus, *Quia cum in forma Dei eſſet*, in formam factus eſt hominis? fecerat hominem prius ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam: ſed vt oſtenderet quantum hominem diligeret, voluit poſtea in formam hominis fieri. Vnde apud eumdem Prophetam ſubdit ipſemet Deus. *Nunquid ſicut figulus iſte non potero vobis facere dom⁹ Iſraël. Ecce ſicut lutum in manu figuli: ſic vos in manu mea, domnus Iſraël:* Quaſi diceret: ſi figulus vas è ſua manu colapſum, & iterum ſupra rotam impoſitũ, poteſt ad nutum renouare, itaut nihil confractum, nihil mutilum, aut deforme in eo remaneat, nunquid ego qui Deus ſum, & potentiæ infinitæ, non potero collapſam per peccatum ge-

neris humani ſubſtantiam aſſumere, & ſuper rotam, illam iterum cōuertere? ac propterea ex ea vas longè preſtantius, quàm fuerat primum efformare, In quo nihil prorſus ſit deforme, nihil multilum, aut contortum?

Et hoc eſt quod nunc vult per Angelum ſignificare, cum Miſſus eſt ab eo in Ciuitatem Gallileæ: idem enim penè videtur Deus cum eo agere voluiſſe in effectu, quod prius egerat cum Hieremia in figura. Sicut enim miſit Prophetam in domum figuli vas ſuper rotam conuertentis, & ex deformi & confracto, nouum & perpolitum reſtituentis: ſic videtur Angelum miſiſſe in ciuitatem Gallileæ, quæ interpretatur rota, vel conuerſio, ſeu reuolutio, vt ibi fieret nouum vas, ideſt nouus homo, ſuper rotam reuolutionis temporum, ſeu rotam natiuitatis internæ, ideſt conceptionis (vt loquitur D. Iacob. in ep. canon. c. 3. verſ. 6.) ex qua vas illud vetus ceciderat, ideſt primus homo. *Vas nouũ Chriſtus.*

Digitized by Google

Lingua ignis eſt. *Lingua enim ignis eſt vniuerſitas iniquitatis; lingua conſtituitur in mēbris noſtris; quæ maculat totum Corpus, & inflammat rotam natiuitatis noſtræ, inflammata à gehenna*, Inquit idem D. Iacob. ibidem: Quod quidem de lingua primorum parentū videtur intelligi debere: cœterorum enim omnium ſubalternorum parentum lingua non poteſt inflammare rotam natiuitatis noſtræ, *Viuo enim ego dicit Dominus, ſi vltra erit prouerbium hoc in Iſrael. Patres noſtri comederunt vuam acerbam, & dentes obſtupuerunt nobis: ſed anima quæ peccauerit, ipſa morietur: omnes enim animæ meæ ſunt, ſicut anima patris ita anima filij.* Solū igitur primorum illa fuit praua parentum lingua, quæ dum ſerpenti pomū venenoſum ſuggerenti conſenſit, & ex eo guſtauit, maculauit totum Corpus noſtrum, & inflāmauit rotam Natiuitatis noſtræ, inflāmata à gehēna nēpe a demone, & ideo dicitur vniuerſitas iniquitatis, quia cum homo primus pro tota filiorum & nepotum ſerie rectitudinem originalem accepiſſet, & eſſet quaſi ſponſor ac fidei iuſſor pro ſuis omnibus poſte-

Quare omnes dicuntur in Adā peccauiſſe.

Digitized by Google

ris, ipſo delinquente omnes in eo videntur deliquiſse, ac ipſo iuſtitiā originalem amittente, illam omnes amiſerūt. Sicut patre propter aliquod facinus in regem perpetratum, nobilitatem amittente, eiusdeinceps filij nobilitatis iure videntur eſse denudati. Et ideo ſapientia diuina (*Quæ attingit à fine vſq; ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter, vt vbi abundauit delictum, ſuperabundaret & gratia*) voluit quod ſicut per linguam ſerpētis inflāmatam à gehenna, inflāmata fuerat rota Natiuitatis noſtræ, & venenū peccati in omne genus humanum fuerat propagatum: ſic è contrario per linguam Gabrielis, inflammatam & inſtructam à diuino verbo, inflammaretur mens Virginis, tanquam rota Natiuitatis filij Dei. Eſt enim Natiuitas interna, & Natiuitas externa. Natiuitas interna, quādo cōcipitur homo in vtero matris, & externa quādo naſcitur extra vterum matris: Et ideo cū inflammāda eſset hæc rota Natiuitatis internæ, merito *Miſſus eſt Gabriel Angelus in ciuitatem Gallileæ*, Id eſt rotæ, vt innueret aduentu, quid

pretenderet effectu, & ſignaret loco quid haberet in miſterio.

Rota Ezechielis. Et forſitan hæc fuit rota, quæ Ezechieli Prophetæ ſtatim a principio reuelationũ diuinarũ, in viſione fuit demonſtrata iuxta fluiũ Chobar, ait enim cap. 1. quod cum aſpiceret illa quattuor animalia, quorum vni erat facies hominis, alteri facies leonis 3. facies vituli, quarto facies aquilæ, *Aparuit rota vna ſuper terram iuxta quattuor animalia, habens quattuor facies, & aſpectus rotarum, & opus earum, quaſi viſio Maris, & vna ſimilitudo ipſarum quattuor, & aſpectus earum, & opera quaſi ſit rota in medio rotæ.*

Rota Ezechielis quid ſignificet. Quænam ſit enim illa rota, quæ quattuor facies habebat, impoſſibile eſt dignoſcere, niſi ad inſtar Ezechielis conſideremus prius animalia illa quattuor. Quomodo enim fieri poterat, vt vna & eadem rota quattuor facies haberet? & rota tamen eſſet in medio rotæ, & per quattuor partes? (prout idem narrat Ezechiel illas quattuor rotarum facies fuiſſe) & vna tamen ſemper eſſet ſimilitudo in eis, & aſ-

pectus quaſi viſio Maris: iure quidem merito D. Hieronimus ait quod *Ezechiel Propheta principium habet voluminis & finem multis obſcuritatibus inuoluta.* Reuoluamus igitur has rotas, vt inueniamus ſi fieri poteſt quid per talem rotam, quæ quattuor facies habebat, & ita erat diſpoſita, quaſi rota eſſet in medio rotæ ſignificaretur: Diuus quidem Gregor. Et alij plurimi patres diuerſas afferunt huius rotæ ſignificationes.

Ego verò (Si meum inter ipſos licet conferre calculum) audacter dicerem hanc Rotã nihil aliud ſignificare, niſi verbi Dei Incarnationẽ. Quod illa quattuor animalia ſatis clarè poſſunt demonſtrare. Nullus enim eſt, qui neſciat quattuor Euangeliſtas per illa ſignificari: notum quippe omnibus eſſe credo his quattuor formis in cunctis fermè templis ſolere depingi, Matthæum quidem per formam hominis, quia incipit ſcribere de generatione temporali librum generationis Ieſu Chriſti Filij Dauid,

Quattuor Euangeliſtæ per quatuor animalia Ezechielis figurati.

& cæt. Marcum autem in forma leonis, quia tanquam leo incipit à voce Ioannis in deſerto clamantis. Lucam verò in forma bouis, quia incipit à ſacerdotio Zachariæ (cuius erat victimã offerre) dicens, *Fuit in diebus Herodis regis Iudeæ Sacerdos quidam nomine Zacharias*, & cæt. & Iohannem denique in forma aquilæ, quia omnes ſuperuolans & ſupergrediẽs, incipit agere de generatione æterna dicens, *In principio erat verbum*, & cæt. & ideo dicitur, *Facies aquilæ deſuper ipſorum quattuor.*

His igitur animalibus præcognitis, facile eſt quid per rotã ſignificetur inueſtigare. Nã ſi apparuit rota illa ſuper terrã iuxta animalia, quid potuit eſse, niſi perſona verbi, quæ iuxta illa quattuor animalia, id eſt quattuor Euangeliſtas apparuit, & per ipſos Euangeliſtas doctrina eius per totum orbem, quaſi per quadrigas eſt deuecta: Iuxta id quod longè ante prædictum fuerat à Dauide Propheta ad filium Dei dicente, *Qui aſcendis ſuper equos tuos, & quadrigæ tua ſaluatio.* Et ideo ait Ezechiel, *Quod cum ambulabant animalia ambulabant*

Digitized by Google

ambulabant pariter & rotæ iuxta ea, & cũ eleuabantur animalia de terra, eleuabantur ſimul & rotæ.

Sed quomodo illa rota perſonæ diuinæ, & eius doctrinæ quattuor facies habuerit, & vna ſimilitudo ipſarum quattuor eſſe potuerit, *& aſpectus earum & opera, quaſi ſit rota in medio rotæ*, & quaſi viſio Maris, difficile eſt explicare. Ac de doctrina Chriſti hoc exponere, non eſt forſitan tam arduum. Nam ipſa Euangelica doctrina, quamuis ſit vna & eadem, quattuor tamen facies videtur habere; Nempe quattuor ſenſus, literalem, Alegoricum, Tropologicum, & anagogicum: & aſpectus eorum, & opus, quaſi viſio Maris, quia immenſus eſt ſenſuum Euãgelicorum oceanus: & tamen vna ſimilitudo ipſorum quattuor. Concordant enim ſemper ad inuicem: ita tamen, Quaſi ſit rota in medio rotæ, ideſt quaſi vnus ſenſus comprehendatur in alio, nempe tropologic⁹, Anagogicus, & alegoricus ſub ſenſu literæ. Et de perſona verbi itidem poteſt dici. Ita enim ſe habet, quaſi ſit rota in medio rotæ.

Quattuor ſenſus Sacræ ſcripturæ.

Perſona verbi per rotam ſignificata.

Nam humana natura quæ eſt finita, aſſumitur & comprehēditur à diuina, vel ſaltem eſt in medio rotæ, ideſt in diuino ſuppoſito ſuſtentata, quod medium eſt inter vtramque: & quattuor facies habet, vnā ſcilicet naturæ diuinæ, aliam ſuppoſiti ſeu perſonæ, tertiā rationalis animæ, & quartam corporis aſſumpti: & tamen vna eſt ſimilitudo ipſarum quattuor, quatenùs vnus tantum eſt Chriſtus, & aſpectus harum rotarum, & opus earum quaſi viſio Maris, quia pelagus eſt inexhauſtum Incarnationis verbi Diuini Miſterium. Vnde merito ſubdit Ezechiel Propheta quod *Spiritus vitæ erat in rotis*, quia de verbo diuino dicitur, *in ipſo vita erat & vita erat lux hominū, & cæt.* Satis igitur euidens eſt quænam fuerit illa rota Ezechieli Prophetæ in viſione præmonſtrata. Sed cum hoc Incarnationis miſterium per rotam fuerit præfiguratum, quo in loco aptiùs debebat annunciari & conſummari, quàm in Galileā, quæ rota interpretatur, *Miſſus eſt* itaq; *Angelus Gabriel in ciuitatem Gallileæ.*

Et alia adhuc forſitan ex cauſa, quia

denunciabat aduentum verbi Diuini in hæc inferiora, quæ ferme ad inſtar rotæ ſunt diſpoſita. Omnia enim elementa videntur ad inſtar ſpheræ eſſe condita: & quod maius eſt cœli etiam ipſi intra quorum ſepta ſe ſe demittebat filius Dei, ſunt ſpherici, & rotundi, imò quaſi rotæ aſſidue rotantur & reuoluuntur: & quidquid ſub ipſorum ambitu continetur, aſſiduis videtur eſſe ſubiectum reuolutionibus. Nihil enim eſt hîc ſtabile aut firmum, ſed quaſi ſuper rotam temporis, motus, aut fortunæ omnia reuoluuntur.

Totus orbis rotæ comparatus.

Cum igitur ille, qui ſtabilis manens dat cuncta moueri; & qui nullo motu nullaque mutatione cietur iam ſe ſe mutationi, aut motui, imo & tempori per carnem aſſumendam ſubderet, ac pene ſe verſari ſuper rotam humanæ vitæ permittere vellet, aptè quidem & congruè, vt hoc innueret in ciuitatem Gallileæ, quæ interpretatur rota, Angelum ſuum incarnationẽ annunciaturum delegauit.

O bone Ieſu quot reuolutiones, quot circulos, quot circuitiones, quot in or-

Digitized by Google

bē & per orbem gyros & conuerſiones peregiſti, vt me perditum quæreres? vt animam meam de lacu inferiori, & vmbra mortis eriperes? vt me peccatis mortuum ad vitam reuocares? de cœlo in terram deſcendiſti inter homines homo fact', vt hominē deificares. Cōceptus in Nazareth ciuitate Gallileæ, natus in Bethleem, & vix natus, iam in Ægyptum profugus, adhuc tenellulus, & vbera Matris ſuggens, & iam ad necem expetitus; tamdemq; poſt ſeptēnium Herode defuncto, in Nazareth reuerſus: ecce iam rota. Sed multò maior hæc eſt, qua poſtquam in terris viſus es, & cum hominibus conuerſatus, tranſiens bene faciendo & ſanando omnes oppreſſos à Diabolo, poſt triginta triū annorum reuolutiones, in crucem pro tantis beneficijs, (O ſumma hominum ingratitudo & crudelitas) actus es, & ex cruce in infernum deſcendiſti, vt patres illic detentos liberares: ex inferno rurſus in terras rediuiuus reuerſus es, ecce noua conuerſio, & tandem in cœlum captiuam hominum ducens captiuitatem aſcen-

diſti, vt circulum integrum perficeres, ſicuti prædixeras, *Exiui à patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum & vado ad patrẽ.* O circuli, ó circuli & reuolutiones pro ſalute noſtra à ſaluatore peractæ; Et tamen adhuc: *In circuitu impij ambulant*, & aſſiduo vitiorũ verſantur in giro. *Dum nãque vitãt ſtulti vitia, in contraria currunt, & incidit in ſcillam qui vult vitare Caribdim*: Quid enim auari faciunt, niſi circuire per vicos & plateas, immo per vrbes & regna vt theſauros impleant? *Impiger extremos currit mercator ad Indos per mare pauperiẽ fugiẽs, per ſaxa, per ignes*? Quid item latrones efficiunt, niſi per compita & per ſiluas, tanquam leo rugiens, quærentes quem deuorent? *Vt iugulent homines ſurgunt de nocte latrones*? Quid itẽ aſtuti & verſipelles vſurarij per forum obambulant, niſi quærentes quẽ deuorent? *Inſidiantur in abſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua*; *inſidiantur vt rapiant pauperẽ*. Quid truces homicidæ faciũt, niſi aſſiduè circuire vt hoſtem aut inuiſum hominem perimant? Quid ſinguli denique homines vitio dediti

mente reuoluunt & opere perficiunt niſi circulos & circuitus ex vno vitio in aliud: immo omnes fere homines videntur nunc in gyrum agi.

Fingunt Poetæ fortunam rerum dominam rotam aſſiduè in girum reuoluere, in cuius circuitu quatuor hominum genera contorquẽtur. In infima parte ſuntpauperes & inopes, aut aduerſis fortunæ caſibus, oppreſſi & quaſi ſub rota depreſſi. Et hi in forma depinguntur humana, quia *ſola vexatio dat intellectũ auditui, & deprimit ſensũ multa cogitantẽ*. Hi enim ſoli monitore non indigẽt, vt ſe homines eſſe cognoſcãt.

A latere dextro eleuatur alter, & prout ſuper rotam euehitur, formam humanam amittit, & in naturã belluinam videtur transformari, prout enim homo in honores aut dignitates eleuatur, vel in bona fortunæ, ſeipſum minus ac minus in dies agnoſcit. Quia *homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis*.

Rota fortunæ.

In apice autem & faſtigio rotæ euectus nullam amplius hominis habebat

formā, ſed ſolum belluæ, quia plerũq; homines ad faſtigium fortunæ euecti, ſe eſſe homines non amplius recordantur: ſed ita ſuperbiunt & efferantur, vt in prauos mores prorſus degenerent.

Vnde Philippus Macedo, vel vt alij volunt Alexander Philippi filius, monitore indigebat, qui ei ſingulis diebus recordaretur, memento te eſſe hominem, ſe namque hominem eſſe ſecũdis fortunę flatib⁹ inflatus obliuiſcebatur.

A ſiniſtro vero latere alter relabebatur ad infimam rotæ partē, capite in pronum verſo, & quo magis in imum demergebatur, eo magis in formam redigebatur humanam, eatenus enim in ſeipſum reuertitur homo, & ſeipſum dignoſcit, quatenus miſera & aduerſa fortuna conſternatur & colliditur.

Quapropter dicebat regius vates. *Bonum mihi quia humiliaſti me, vt diſcam iuſtificationes tuas.* O quam bonum eſt aduerſa deprimi fortuna, tũc enim homo diſcit, quod nō didicerat, iuſtificationes Domini, quas qui ſunt in proſperis negligunt, de vitio in vitium currentes & per lubricos & verſatiles vitæ

orum circuitus aſſidue volutantur. Et ideo *anima inimicorũ tuorũ rotabitur, quaſi in impetu & circulo fundæ*, non ſolum in præſentis vitæ curriculo: ſed etiam in perpetuo futurę cruciatu. Nam ſicut in circulo aut motu circulari nullum eſt inuenire finẽ, ſic nec in ſempiternis dãnatorũ pœnis. Sed fortaſſe nimiũper circulos noſtra reuoluta eſt oratio. Melius eſt igitur vt ſe ſiſtat in ciuitate Nazareth, rationẽq; reddat cur potiſſimũ in ciuitatẽ Nazareth Miſſus ſit Angel', nã vt ait Nathanael Ioãnis. 1. v. 46. *A Nazareth poteſt ne aliquid boni eſſe?* Videam' igitur (ſicut reſpõdit Philipp' *veni & vide*) & quidẽ Nazareth florẽ ſignificat, Nazareuſq; vocabatur quicũq; Deo erat cõſecratus: vtraque igitur ratione, & quia Nazareth florem ſignificat, & quia Nazare' Sanctus Domino vocabatur ſeu cõſecrat': merito in ciuitatẽ cui nomẽ Nazareth Miſſus eſt Angelus. Primo quidem, quia Meſſiam in ea ciuitate nunciabat concipiendum, qui ſæpiſſime ſacris in literis flos dicitur, vt Cant. 2. *Ego flos campi & lilium conuallium*, Flos inquam Campi, quia neque aratro, neque vo-

Cur Chriſtus in Nazareth cõcipi voluit.

Nazareth quid ſignificet.

miere, neque ligone, aut alio quouis inſtrumento effoſſa terra illũ protulit, vt ſolent flores hortorum effoſſa terra produci: ſed ſine vlla læſione terræ virginis, fuit ſicut flos in medio campi ſponte naſcẽs, productus ex vtero virgineo. vnde ait Iſaias cap. 11. v. 1. *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet & requieſcet ſuper eum ſpiritus domini*. Quamobrem ait D. Bernardus ſuper miſſus eſt. *In Nazareth annuntiatur Chriſtus naſciturus, quia in flore ſperatur fructus proceſſurus*. Et ideo lætabunda & laudãs ſancta Mater canit Eccleſia, *ſtirps Ieſſe virgam produxit, virgaque florem, & ſuper hunc florem requieſcit ſpiritus almus: virgo Dei genitrix virga eſt, flos filius eius*, inquit D. Bernar. ſerm. 2. de aduentu. Et merito flos dictus eſt, *quia ſpecioſus forma præ filiis hominum*. Sicut enĩ flos pulchritudine ſua fructũ etiã ipſũ videtur præcellere, prout ratione tẽporis precedit ipſũ fructũ: Ita & flos incarnationis verbi pręceſſit fructũ ſalutis hominũ, nõ ſolũ tẽpore, ſed etiã pulchritudine. Ieſus enĩ ipſe, qui interpretatus eſt ſaluator, & venerat pecca-

tores ſaluos facere à primo inſtanti ſuę cõceptionis decoratur pulchritudine gloriæ, & decore ſapiẽtiæ, & omni etiã venuſtate gratiæ: *de plenitudine ſiquidem eius nos omnes accepimus*, vt ait D. Iohan. & quoad decorem gratiæ, *diffuſa eſt gratia in labiis tuis*: & quoad pulchritudinem gloriæ, *gloria & honore coronaſti eum Domine*, inquit regius vates.

Quamuis enim poſtea dicatur creuiſſe ſapiẽtia & ætate apud Deũ & homines: hoc tamẽ debet intelligi quoad experiẽtiam & apparentiã, non autem quoad pręſtantiã & excellẽtiã, qua cęteris omnib' præfulgebat a primordio ſuę cõceptionis. Imò qua ita excellebat in ipſo primo inſtãti, quo Angelo nunciante conceptus eſt, ſicuti in ipſa vltima vitę ſuę periodo. Hac enĩ de cauſa cõparatus eſt flori, quia ſicut flos omnem in ſe continet virtutẽ, quæ poſtea reperitur in fructu: ſic Chriſt' in primo inſtãti ſuæ incarnationis virtutẽ penitus eandem, eandemque perfectionem habuit, quã in vltimo habuit ſuæ mortis articulo: erat enim idem homo æquè perfectus in principio humanæ

vitæ, ſicuti & in fine. vnde merito cõcipi debuit in ciuitate Nazareth, quæ flos interpretatur. vnde & ad ciuitatem Nazareth, quæ interpretatur flos aduolauit, & ad ſuaue-olẽtẽ perpetuæ virginitatis florẽ aduenit, illi ĩſedit, illi adhæſit inquit D. Bernard' Sermone 2. in Aduẽt. Deinde etiam merito dictus eſt Nazareus, id eſt Sanctus Domino, ſeu Domino conſecratus, qui enim Deo cõſecrabãtur, Nazarei vocabantur, quia ipſe debebat eſſe Sanctus Sanctorum, & Deo præ cæteris omnibus maxime conſecratus. Talis enim erat lex Nazareorum, vt ipſi dicerentur Nazarei, qui fecerant votum & volebant Deo ſe ſe conſecrare, vt patet Numerorum 6. cumque nullus vnquã alius magis fuerit Deo addictus & cõſecratus, quã Chriſtus domin', merito dictus eſt Nazareus, & in ciuitate Nazareth cõcept': ipſe enim eſſe debebat Sanctus Sanctorum & in omnibus primatum tenere, vt ait Apoſtolus, & maxime inter Sanctos, & Deo conſecratos, cũ cæteri omnes ſolum vniantur Deo per gratiam in præſenti, & per

gloriam in futuro: ipſe vero non ſolũ vnitus eſt per gratiam in præſenti, ſed etiam per gloriam. Et non ſolũ per gloriam, ſed etiam per hipoſtaſim & perſonã. Vnde ſi cæteri ſunt ſancti, & Deo conſecrati per gratiam & gloriã: ipſe non ſolum per gratiam & gloriam, ſed etiam per perſonam fuit Deo conſecratus & vnitus, & ideo Sanctus Sanctorum dicitur.

Vel vt ait Iſaias Propheta cap. 47. *Redemptor noſter Dominus exercituũ, & nomẽ illius Sãctus Iſrael*: & Cap. 54. *Dominus exercituum nomen eius, & Redemptor tuus Sãctus Iſrael, Deus omnis terræ vocabitur.*

In hoc autem quod in ciuitatem Gallileæ Miſſus eſt Angelus, quæ erat cõtermina Iudeorum & gentium, ſignificatur quod illũ venit annunciare, qui promiſſus fuerat Abrahæ, quando dictum eſt ei Geneſ. 22. *Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ*, & de quo predixerat Iacob Geneſ. 49. *Nõ auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt, & erit expectatio gentium.* In hoc etiam quod ciuitas illa Nazareth vocatur, ſignifica-

tur quod illum veniebat nunciare, qui flos eſt omnium hominum, & cuius flores ſunt fructus honoris & honeſtatis. Vnde Hiero. ſuper illud Iſaiæ 11. *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet* Tom. 1. Epiſt. 2. poſt mediũ dicit, quod *Secũdũ hebraicã veritatẽ ibi habetur, & Nazareus de radice eius aſcendet*, Igitur à Nazareth poteſt aliquid boni eſſe, *Imo flos omnis boni*, Inquit D. Bonau. in 1. Lucæ, *Et ideo congruebat in flore florem concipi, in flore nutriri, in florũ tempore, id eſt in vere & Martio nunciari*, Inquit Idem ibidem: & D. Bernard. Hom. 1. ſuper Miſſus eſt, *florigerã amat patriam flos de radice Ieſſè: & ideo poterat iam decantare, flores aparuerunt in terra noſtra.*

De Samſone dictum eſt Iudicum 13. verſu 5. & 7. *Erit puer Nazareus Dei ab infantia ſua*, Et de Chriſto quoque Matth. 2. verſ. 23. quoniam *Nazareus vocabitur*, vt ad impleretur quod dictum eſt per Prophetas.

Sed nos nunquid Nazarei ſumus? nũquid Sancti? aut Deo conſecrati? nunquid in Nazareth ſeu in ſanctitate

concepti? nequaquā profecto nequaquā, *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea*, Et quod de me loquor, de vobis omnibus loquor; ſumus enim *omnes natura filij iræ*, vt ait Apoſtolus. Deinde licet per baptiſmum fuerimus Deo regenerati, & Nazarei effecti & ſanctificati, ſeu Deo conſecrati: in mille tamen poſtea fœdas peccatorum ſordes ſumus prouoluti, vt ſus lota in volutabro luti: *Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum non eſt vſq; ad vnum*, ait regius vates *corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.*

Perpendite queſo quot ſcelera, quot peccata toto vitiæ curriculo fecimus, quotquot hîc ſumus: reuocate ad debitā iuſtitiæ trutinā omnes actus vitę veſtræ perperam patratos, omnia conſilia, omnes cogitationes prauas, omnia nefaria verba, deierationes, peierationes, eiurationes, diras rixas, conuitia infamię, mendacia, turpia & obſcena dicteria; Et videbitis quod non ſit,

qui faciat bonum, non ſit vſq; ad vnū: reducite poſtea in memoriam omnia opera à vobis praua intentione perpetrata, furta, lenocinia, adulteria, ſcortationes, fornicationes, nutus, tactus, oſcula, pollutiones, illecebras, ſtupra, inceſtus, ſacrilegia, & perſpicietis quod non ſit qui faciat bonum, non ſit vſq; ad vnum. Omnes enim in omnibus, aut in aliquo ſaltē iſtorū vitiorū, corrupti ſumus & commaculati. Quid enim cætera commemorem? vſuras fraudes, rapinas, & alia pene innumera vitiorum genera? dies me deficiet, antequam omnia cōnumerare poſſim, ſed dies nō deficiet antequā illa omnia, aut ex ipſis plurima homines perpetrēt. Nō ſumus igitur Nazarei, ideſt ſancti; ſed peccatores miſeri & infœlices, *Lutea vaſa portantes, quæ faciunt inuicem anguſtias*, Sumus enim vas illud è luto quod cecidit è manibus figuli, & diſſipatum eſt, & lingua noſtra maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis noſtræ inflammata à gehenna. Et ſpiritus vitæ non eſt in nobis, niſi ille qui eſt verus figulus, qui cognouit,

Digitized by Google

figmentum noſtrum, qui finxit ſigillatim corda noſtra, dignetur nos reformare, & facere aliud vas in honorem de vaſe contumeliæ.

Bone Ieſu qui ver⁹ es Nazareus, ideſt ſanctus, & in Galilea cōcipi voluiſti, vt veram rotam perficeres, & vltimum primo coniungeres: & vas perditum reficeres, lutoq; ſpiritum vitæ qui erat in rota tuæ diuinæ perſonæ, infunderes: quiq; tot reuolutiones, tot circulos, & circuitiones in hoc mundo egiſti, vt ouem perditam requireres, & nos de lacu inferiori eriperes. Reforma quæſo & renoua vaſa cordium & corporum noſtrorum, animaſq; noſtras munda, purga & ſanctifica; vt purificati mente & corpore flores fructuſq; bonorum operū mente concipere, & opere producere poſſimus, & in vaſis mundis tibi illos offerre & cōſecrare, ac poſt rotam, & reuolutionem præſentis vitæ vt Sancti, & veri Nazarei, ac Deo conſecrati tibi repreſentari mereamur. *Amen.*

Digitized by Google

AD VIRGINEM
DESPONSATAM VIRO, CVI NOMEN ERAT IOSEPH de domo Dauid.

SERMO TERTIVS.

EXpoſita temporis atq; loci ratione, & mittentis ac miſſi delegatione,nunc ſuper eſt vt perſonæ, adquam Annuntiatio & legatio miſſa eſt, qualitates deſcribamus. Non enim ſufficeret ſcire quis miſerit, & quis miſſus ſit, & quo, & quādo, niſi etiam noſceremus adquam delegata ſit hæc miſſio. Irritum enim prorſus eſſet & inane, ſi diceremus ſexto menſe Miſſus eſt Angelus Gabriel a Deo, niſi etiā diceremus ad quem, & ad quid: Ad quid autem nunc temporis reſoluere non

poſſumus, non liceret per tempus & otium: ſed ad quem ſaltem noſtra Deo dāte declarabit oratio, ſubditur enim ab Euangeliſta, *Ad Virginem deſponſatā viro, cui nomen erat Ioſeph de domo Dauid*, Vbi vides non ſolum perſonam, ad quā Miſſus eſt Angelus, eſſe deſcriptā: ſed & qualitates eius, & nomen: imo & nomen coniugis, & genus, quod à D. Luca non ſine grandi miſterio factum eſſe cogitare debem⁹: tum quod à Spiritu ſancto eſſet edoctus, & illo dictante hæc omnia conſcripſerit, de quo ait Chriſtus, *Ille vos docebit omnia.* Tum etiam quod non minus excellens eſſet orator, & Euangeliſta, quàm erudit⁹ medic⁹ & pictor. Optimi enim oratoris eſt proprium, & genus, & patriam, & mores, & cætera omnia tam adiuncta, quam affixa narrare, & ideò Sanctus Euangeliſta tanquam diſertus orator, vt nihil in hac legatione pretermitteret: Poſtquā tēpus, & locū, & perſonas miſſi, & mittentis deſcripſit: nunc agreditur perſonam ad quā miſſa eſt hæc legatio, & mores, ac qualitates, cœteraque adiuncta aut affixa

deſcribere. Vt igitur ordinem ab eo nobis præſcriptum non prætereamus, prius agemus de perſona, ad quã Miſſus eſt Angelus, & de qualitatibus eius, deinde de coniuge, ac genere, cæteriſq; (ſi quæ ſunt) adiunctis.

Diſpoſitiõ totius Sermonis & diuiſio.

Ad Virginem inquit, vt ſicut Eua adhuc virgo à malo Angelo fuerat ſeducta, ſic beatiſſima Virgo à bono Angelo eſſet edocta: & ſicut illa malo Angelo nimium credẽdo fuit occaſio noſtræ damnationis, ſic iſta bono Angelo aſſentiendo fieret occaſio noſtrę reparationis, hac enim de cauſa videtur ceciniſſe Pſaltes, *Dies diei eructat verbũ, & nox nocti indicat ſcientiam:* Quis namque eſt ille dies, qui diei eructat verbum? Aut quæ nã illa nox eſt, quæ nocti indicat ſcientiam? Si enim dicas hanc eſſe noctem horrore tenebrarum inuolutam, & luce huius Solis diurni priuatam; Aut diem eſſe, quem ſol ſuo curſu iteratis quotidie vicibus ſupra oriſontem noſtrum diſcurrens ab Oriente ad occaſum peragit. Ego tibi referam, quod neque hic dies poteſt eructare verbum diei; neque nox no-

Nox & dies quid myſtice ſignificent.

cti indicare ſcientiam. Cùm ſcientiam nox hæc non habeat, quam indicare poſſit; nec illius ſuſcipiendæ capax ſit nox altera: & idemtidem dies, verbum non habeat, quod eructare poſſit; nec dies alter, verbi poſſit eſſe ſuſceptiuus; ſi de die, nocteque loquamur materiali. De alio itaque die, & alia nocte loquitur Pſaltes. Neque enim ſemper loquuntur Prophetæ ſecundum litteram, ſed plerumque ſecundum alegoriam: vnde principium huius Pſalmi non ad litteram interpretatur Apoſt. Paulus, ſed ſecũdum alegoriam. Quod enim ibi dicitur *In omnem terram exiuit ſonus eorum*, exponit de Apoſtolis: Illius igitur veſtigiis inhærendo, audacter dixerĩ nõ de die aut nocte naturali hæc eſſe a Dauide pronunciata: ſed de die aut nòcte allegoricè ſeu miſticè intellectis; Quænam ſit igitur illa dies, & illa nox videamus.

Idque facilius intelligemus, ſi in mentem reuocauerimus Angelos bonos, vocari Angelos lucis, & Angelos malos vocari Angelos tenebrarum, iuxta id quod dicit Apoſtolus. *Non*

eſt nobis colluctatio aduerſus carnem , & ſanguinem : ſed aduerſus principatus & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebraris harum & cæt. 2. Cor. 10. Et ad Ephe. 6. ait Sathanam transferre ſe in Angelum lucis.

Nox & dies myſtice expoſita.

Teterrimus enim dæmon, qui eſt Angelus tenebrarum, & cœca noctis caligine eſt damnatus, ac priuatus viſione lucis æternæ, & propterea nox ſeu princeps tenebrarum appellatus, indicauit ſcientiam nocti, id eſt arborem ſcientiæ boni & mali, primæ parenti Euæ, quæ nox iure merito dici poteſt; quoniam ſicuti nox lucem oculis hominum præripit, hemiſpheriumque noſtrum horrore, atque caligine ſuffundit: Sic illa claram cognitionis lucem oculis hominum præripuit, illoſque tenebroſa noctis caligine inuoluit. Nam dum ampliorem voluit ſcientiam adipiſci, illam quam a Deo acceperat amiſit. Et ideo cœci naſcimur, non ſolum corpore, ſed etiam mente: nullum que eſt animal, quãtumuis irrationale, quod minori in prĩcipio cognitione polleat

Eua per noctem figurata.

Ignorantia hominũ naſcentiũ.

tores ſaluos facere à primo inſtanti ſuę cōceptionis decoratur pulchritudine gloriæ, & decore ſapiētiæ, & omni etiā venuſtate gratiæ: *de plenitudine ſiquidem eius nos omnes accepimus*, vt ait D. Iohan. & quoad decorem gratiæ, *diffuſa eſt gratia in labiis tuis*: & quoad pulchritudinem gloriæ, *gloria & honore coronaſti eum Domine*, inquit regius vates.

Quamuis enim poſtea dicatur creuiſſe ſapiētia & ætate apud Deū & homines: hoc tamē debet intelligi quoad experiētiam & apparentiā, non autem quoad pręſtantiā & excellētiā, qua cęteris omnib' præfulgebat a primordio ſuę cōceptionis. Imò qua ita excellebat in ipſo primo inſtāti, quo Angelo nunciante conceptus eſt, ſicuti in ipſa vltima vitę ſuę periodo. Hac enī de cauſa cōparatus eſt flori, quia ſicut flos omnem in ſe continet virtutē, quæ poſtea reperitur in fructu: ſic Chriſt' in primo inſtāti ſuæ incarnationis virtutē penitus eandem, eandemque perfectionem habuit, quā in vltimo habuit ſuæ mortis articulo: erat enim idem homo æquè perfectus in principio humanę

vitæ, ſicuti & in fine. vnde merito cõcipi debuit in ciuitate Nazareth, quæ flos interpretatur. vnde & ad ciuitatem Nazareth, quæ interpretatur flos aduolauit, & ad ſuaue-olẽtẽ perpetuæ virginitatis florẽ aduenit, illi īſedit, illi adhæſit inquit D. Bernard' Sermone 2. in Aduẽt. Deinde etiam merito dictus eſt Nazareus, id eſt Sanctus Domino, ſeu Domino conſecratus, qui enim Deo cõſecrabãtur, Nazarei vocabantur, quia ipſe debebat eſſe Sanctus Sanctorum, & Deo præ cæteris omnibus maxime conſecratus. Talis enim erat lex Nazareorum, vt ipſi dicerentur Nazarei, qui fecerant votum & volebant Deo ſe ſe conſecrare, vt patet Numerorum 6. cumque nullus vnquã alius magis fuerit Deo addictus & cõſecratus, quã Chriſtus domin', merito dictus eſt Nazareus, & in ciuitate Nazareth cõcept': ipſe enim eſſe debebat Sanctus Sanctorum & in omnibus primatum tenere, vt ait Apoſtolus, & maxime inter Sanctos, & Deo conſecratos, cũ cæteri omnes ſolum vniantur Deo per gratiam in præſenti, & per

gloriam in futuro: ipſe vero non ſolũ vnitus eſt per gratiam in præſenti, ſed etiam per gloriam. Et non ſolũ per gloriam, ſed etiam per hipoſtaſim & perſonã. Vnde ſi cæteri ſunt ſancti, & Deo conſecrati per gratiam & gloriã: ipſe non ſolum per gratiam & gloriam, ſed etiam per perſonam fuit Deo conſecratus & vnitus, & ideo Sanctus Sanctorum dicitur.

Vel vt ait Iſaias Propheta cap. 47. *Redemptor noſter Dominus exercituũ, & nomẽ illius Sãctus Iſrael*: & Cap. 54. *Dominus exercituum nomen eius, & Redemptor tuus Sãctus Iſrael, Deus omnis terræ vocabitur.*

In hoc autem quod in ciuitatem Gallileæ Miſſus eſt Angelus, quæ erat cõtermina Iudeorum & gentium, ſignificatur quod illũ venit annunciare, qui promiſſus fuerat Abrahæ, quando dictum eſt ei Geneſ. 22. *Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ*, & de quo predixerat Iacob Geneſ. 49. *Nõ auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt, & erit expectatio gentium.* In hoc etiam quod ciuitas illa Nazareth vocatur, ſignifica-

tur quod illum veniebat nunciare, qui flos eſt omnium hominum, & cuius flores ſunt fructus honoris & honeſtatis. Vnde Hiero. ſuper illud Iſaiæ 11. *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet* Tom. 1. Epiſt. 2. poſt mediũ dicit, quod *Secũdũ hebraicã veritatẽ ibi habetur, & Nazareus de radice eius aſcendet*, Igitur à Nazareth poteſt aliquid boni eſſe, *Imo flos omnis boni*, Inquit D. Bonau. in 1. Lucæ, *Et ideo congruebat in flore florem concipi, in flore nutriri, in florũ tempore, id eſt in vere & Martio nunciari*, Inquit Idem ibidem: & D. Bernard. Hom. 1. ſuper Miſſus eſt, *florigerã amat patriam flos de radice Ieſſè: & ideo poterat iam decantare, flores aparuerunt in terra noſtra.*

De Samſone dictum eſt Iudicum 13. verſu 5. & 7. *Erit puer Nazareus Dei ab infantia ſua*, Et de Chriſto quoque Matth. 2. verſ. 23. quoniam *Nazareus vocabitur*, vt adimpleretur quod dictum eſt per Prophetas.

Sed nos nunquid Nazarei ſumus? nũquid Sancti? aut Deo conſecrati? nunquid in Nazareth ſeu in ſanctitate

concepti? nequaquā profecto nequaquā, *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea,* Et quod de me loquor, de vobis omnibus loquor; ſumus enim *omnes natura filij iræ*, vt ait Apoſtolus. Deinde licet per baptiſmum fuerimus Deo regenerati, & Nazarei effecti & ſanctificati, ſeu Deo conſecrati: in mille tamen poſtea fœdas peccatorum ſordes ſumus prouoluti, vt ſus lota in volutabro luti: *Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum non eſt vſq; ad vnum,* ait regius vates *corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.*

Perpendite queſo quot ſcelera, quot peccata toto vitiæ curriculo fecimus, quotquot hîc ſumus; reuocate ad debitā iuſtitiæ trutinā omnes actus vitę veſtræ perperam patratos, omnia conſilia, omnes cogitationes prauas, omnia nefaria verba, deierationes, peierationes, eiurationes, diras rixas, conuitia infamię, mendacia, turpia & obſcena dicteria; Et videbitis quod non ſit,

qui faciat bonum, non ſit vſq; ad vnũ: reducite poſtea in memoriam omnia opera à vobis praua intentione perpetrata, furta, lenocinia, adulteria, ſcortationes, fornicationes, nutus, tactus, oſcula, pollutiones, illecebras, ſtupra, inceſtus, ſacrilegia, & perſpicietis quod non ſit qui faciat bonum, non ſit vſq; ad vnum. Omnes enim in omnibus, aut in aliquo ſaltẽ iſtorũ vitiorũ, corrupti ſumus & commaculati. Quid enim cætera commemorem? vſuras fraudes, rapinas, & alia pene innumera vitiorum genera? dies me deficiet, antequam omnia cõnumerare poſſim, ſed dies nõ deficiet antequã illa omnia, aut ex ipſis plurima homines perpetrẽt. Nõ ſumus igitur Nazarei, ideſt ſancti; ſed peccatores miſeri & infœlices, *Lutea vaſa portantes, quæ faciunt inuicem anguſtias*, Sumus enim vas illud è luto quod cecidit è manibus figuli, & diſſipatum eſt, & lingua noſtra maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis noſtræ inflammata à gehenna. Et ſpiritus vitæ non eſt in nobis, niſi ille qui eſt verus figulus, qui cognouit,

ſigmentum noſtrum, qui finxit ſigillatim corda noſtra, dignetur nos reformare, & facere aliud vas in honorem de vaſe contumeliæ.

Bone Ieſu qui ver⁹ es Nazareus, ideſt ſanctus, & in Galilea cōcipi voluiſti, vt veram rotam perficeres, & vltimum primo coniungeres: & vas perditum reficeres, lutoq; ſpiritum vitæ qui erat in rota tuæ diuinæ perſonæ, infunderes: quiq; tot reuolutiones, tot circulos, & circuitiones in hoc mundo egiſti, vt ouem perditam requireres, & nos de lacu inferiori eriperes. Reforma quæſo & renoua vaſa cordium & corporum noſtrorum, animaſq; noſtras munda, purga & ſanctifica; vt purificati mente & corpore flores fructuſq; bonorum operū mente concipere, & opere producere poſſimus, & in vaſis mundis tibi illos offerre & cōſecrare, ac poſt rotam, & reuolutionem præſentis vitæ vt Sancti, & veri Nazarei, ac Deo conſecrati tibi repreſentari mereamur. *Amen.*

Digitized by Google

AD VIRGINEM

DESPONSATAM VIRO, CVI NOMEN ERAT IOSEPH de domo Dauid.

SERMO TERTIVS.

EXpoſita temporis atq; loci ratione, & mittentis ac miſſi delegatione, nunc ſuper eſt vt perſonæ, adquam Annuntiatio & legatio miſſa eſt, qualitates deſcribamus. Non enim ſufficeret ſcire quis miſerit, & quis miſſus ſit, & quo, & quādo, niſi etiam noſceremus adquam delegata ſit hæc miſſio. Irritum enim prorſus eſſet & inane, ſi diceremus ſexto menſe Miſſus eſt Angelus Gabriel a Deo, niſi etiā diceremus ad quem, & ad quid: Ad quid autem nunc temporis reſoluere non

poſſumus, non liceret per tempus & otium: ſed ad quem ſaltem noſtra Deo dãte declarabit oratio, ſubditur enim ab Euangeliſta, *Ad Virginem deſponſatã viro, cui nomen erat Ioſeph de domo Dauid*, Vbi vides non ſolum perſonam, ad quã Miſſus eſt Angelus, eſſe deſcriptã: ſed & qualitates eius, & nomen: imo & nomen coniugis, & genus, quod à D. Luca non ſine grandi miſterio factum eſſe cogitare debem⁹: tum quod à Spiritu ſancto eſſet edoctus, & illo dictante hæc omnia conſcripſerit, de quo ait Chriſtus, *Ille vos docebit omnia.* Tum etiam quod non minus excellens eſſet orator, & Euangeliſta, quàm erudit⁹ medic⁹ & pictor. Optimi enim oratoris eſt proprium, & genus, & patriam, & mores, & cætera omnia tam adiuncta, quam affixa narrare, & ideò Sanctus Euangeliſta tanquam diſertus orator, vt nihil in hac legatione pretermitteret: Poſtquã tẽpus, & locũ, & perſonas miſſi, & mittentis deſcripſit: nunc agreditur perſonam ad quã miſſa eſt hæc legatio, & mores, ac qualitates, cœteraque adiuncta aut affixa

deſcribere. Vt igitur ordinem ab eo nobis præſcriptum non prætereamus, prius agemus de perſona, ad quã Miſſus eſt Angelus, & de qualitatibus eius, deinde de coniuge, ac genere, cæteriſq; (ſi quæ ſunt) adiunctis. *Diſpoſitio totius Sermonis & diuiſio.*

Ad Virginem inquit, vt ſicut Eua adhuc virgo à malo Angelo fuerat ſeducta, ſic beatiſſima Virgo à bono Angelo eſſet edocta: & ſicut illa malo Angelo nimium credẽdo fuit occaſio noſtræ damnationis, ſic iſta bono Angelo aſſentiendo fieret occaſio noſtrę reparationis, hac enim de cauſa videtur ceciniſſe Pſaltes, *Dies diei eructat verbũ, & nox nocti indicat ſcientiam:* Quis namque eſt ille dies, qui diei eructat verbum? Aut quæ nã illa nox eſt, quæ nocti indicat ſcientiam? Si enim dicas hanc eſſe noctem horrore tenebrarum inuolutam, & luce huius Solis diurni priuatam; Aut diem eſſe, quem ſol ſuo curſu iteratis quotidie vicibus ſupra oriſontem noſtrum diſcurrens ab Oriente ad occaſum peragit. Ego tibi referam, quod neque hic dies poteſt eructare verbum diei; neque nox no- *Nox & dies quid myſtice ſignificent.*

eſt nobis colluctatio aduerſus carnem , & ſanguinem : ſed aduerſus principatus & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebraris harum & cæt. 2. Cor. 10. Et ad Ephe. 6. ait Sathanam transferre ſe in Angelum lucis. *Nox & dies myſtice expoſita.*

Teterrimus enim dæmon, qui eſt Angelus tenebrarum, & cœca noctis caligine eſt damnatus, ac priuatus viſione lucis æternæ, & propterea nox ſeu princeps tenebrarum appellatus, indicauit ſcientiam nocti, id eſt arborem ſcientiæ boni & mali, primæ parenti Euæ, quæ nox iure merito dici poteſt; quoniam ſicuti nox lucem oculis hominum præripit, hemiſpheriumque noſtrum horrore, atque caligine ſuffundit: Sic illa claram cognitionis lucem oculis hominum præripuit, illoſque tenebroſa noctis caligine inuoluit. Nam dum ampliorem voluit ſcientiam adipiſci, illam quam a Deo acceperat amiſit. Et ideo cœci naſcimur, non ſolum corpore, ſed etiam mente: nullum que eſt animal, quãtumuis irrationale, quod minori in pricipio cognitione polleat *Eua per noctem figurata.* *Ignorantia hominũ naſcentiũ.*

ad ea, quæ ſibi ſunt neceſſaria procuranda, & ea quæ ſibi ſunt noxia fugienda: aues enim, piſces, immo & feles, terreſtriaq; fere omnia animantia vix enata, ſciunt fugere noxia, & profutura expetere: homo verò tā tetra ignorantię caligine ſuffunditur, vt omnium penitus, & procurandorum, & fugiēdorum, naſcatur ignarus: & quod peiús eſt tenebroſa peccati originalis caligine ſuffus⁹ eſt, *Ecce enim* dicebat Pſaltes, *In iniquitatibus cōceptus ſuũ, & in peccatis concepit me mater mea.* Menſq; eius, quæ tanquam paruum hemiſpherium eſt, id eſt dimidia tantum ſphera, quia principium habuit, licet non ſit habitura finem, cæco non ſolum corporis ergaſtulo mancipatur: ſed etiam ſtatim vt corpori infunditur, hiſce omnibus & ignorantiæ & peccati tenebris, propter Euæ peccatum inuoluitur: Et corpus inſuper ſtatim tenebroſo mortis horrori dānatur nunquā enim incipit viuere, quin ſtatim incipiat mori aut ſaltē morti ob noxiũ eſſe. Vnde cōſtat euidēter Euam, quæ tātas per peccatum ſuum offudit tenebras in mun-

Pſal. 50.

dum, noctem dici poſſe: Et ſic, *Nox nocti iudicat ſcientiam* dicens *Nequaquam moriemini, ſed eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum*, vt igitur congruenter perditioni correſponderet reſtauratio, *eructa Dies diei verbũ*, id eſt Gabriel, qui eſt Angel' lucis, & dies dici poteſt, quia deũ ſemper facie ad faciẽ videt; immo eſt tanquã ſol in conſpectu Dei, quia *fulgebunt iuſti ſicut ſol in conſpectu Dei* (ait ſapiens) eructat verbum diuinũ incarnandum diei, id eſt beatiſſimæ Virgini, quæ dies merito dici poteſt, cum D. Ioann. Apocalip. 12. dicat eam vidiſſe ſole amictam. *Signum magnum* inquit *aparuit in cælo, mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius:* quã omnes ferè doctores dicũt eſſe beatiſſimã Virginem, tum quod anima eius ſemper amicta fuerit ſplendore diuinæ gratiæ, & tenebræ peccati nunquam in ea fuerint vllæ: tum quod corpus eius ſemper decoratum fuerit cãdore Virginitatis & pudicitiæ.

Dies eſt Angelus lucis.

Dies Beat. Virg. repreſentat.

Immo non ſolum dixerim ego illam ſole fuiſſe amictam, ſed etiam ſolem

Digitized by Google

iuſtitiæ virgineæ carnis ſuæ candore amiciuiſſe. Iuxta id quod prædixerat Deus per os Ezechielis. capit. 45. 32. *Solem nube tegam*, id eſt, nube carnis huius beatiſſimæ virginis ſolem iuſtitiæ contegam. Quicquid ſit, de ea ſaltem ortus eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter, qui de ſe ipſo ait. *Ego ſum lux mundi*, & de quo ait D. Ioannes *erat lux vera &c.*

Immo ipſa beatiſſima virgo dicitur. *Pulchra vt luna, electa vt ſol.* Vnde euidenter apparet diem vocari poſſe; & conſequenter etiam euidens eſt quomodo dies diei eructat verbum, id eſt, Angelus Gabriel annunciat virgini incarnationem verbi diuini.

3. p q. 3. a. 1. *Annunciatio verbi diuini cur virgini facta.*

Congruum enim fuit vt ait D. Tho. Beat. Virgini hoc myſterium annunciari, primo quidem, vt prius ſcilicet conciperet eum mente, quàm carne; vnde ait S. Leo ſerm. 1. de natiuitate *virgo regia Dauidicæ ſtirpis erigitur, quæ ſacro grauidanda fœtu diuinam humanamque prolem prius conciperet*

mente, quàm corpore. Nam licet Beata Virgo expreſſam, ac diſtinctam de myſterio incarnationis habuiſſet fidem: Non tamen cognouerat in ipſa, per ipſam, & cum ipſa fuiſſe perficiendum, donec per Angelum Dei reuelaretur, vt docuit D. Ambroſ. l. 2. In Lucam. Et idem Leo Papa ibidem, *ne ſuperni* (inquit) *ignara conſilij ad inuſitatos paueret effectus*: quæ quidem ſecunda poteſt eſſe ratio, cur ad eam miſſus fuerit Angelus. Si enim Betiſſima Virgo prius in ſe fuiſſet corporaliter experta, quam ab Angelo admonita, aliquo forſitan dubitantis animi torqueretur angore, videns ſe grauidam, & concepti fœtus non agnoſcens auctorem. Tertio denique, vt poſſet eſſe certior teſtis huius Sacramenti, quando de hoc ſupernè eſſet inſtructa, & ne deſponderet animo, cum ſe grauidam cerneret, cum ſponſum nutantem videret ad aſpectum ventris eius intumeſcentis. Mens enim ſibi bene conſcia, nulla torqueri ſolet facti conſcientia, vbi inſcia rei

2. ratio.

3. ratio.

ſolet rubore ſuffundi, & vteris intumeſcentis nouitate percelli.

Cur autem ad virginem miſſus ſit, variæ poſſunt afferri rationes. Prima quidem, quia ſicut Pater ęternus de ſe ipſo ſolo filium ſuũ produxit ab æterno, ſic voluit in tempore de Virgine ſolum produci ſine vllo viri conſortio. Et ſicut illa generatio æterna omnem aliam productionem aut emanationẽ præcedit, ſi non tempore vel natura, ſaltem origine, quia actus intellectus per quem producitur filius, præcedit actum voluntatis, per quem producitur Spiritus ſanctus: Sic voluit vt generatio filij temporalis fieret de virgine, quæ virum, aut viri contactum non nouerat, vt ſicut mens diuina in productione filij fœminam non nouerat, nec conſortium vllius creaturæ, immo nec alterius perſonæ ad intra: ſic corpus Virginis corpus verbi incarnati produceret abſque vllo viri commercio, aut labe aliunde cõtracta. Vt ſicut a ſolo patre procedebat filius ab æterno ſine matre, ſic a ſola matre procederet in tempore ſine patre: & ſicut de

Cur Angelus ſit miſſus ad virginem & cur de virgine naſci voluit Chriſtus.

ſola patris ſubſtantia erat ab æterno genitus: ſic de ſola matris ſubſtantia generaretur in tempore;

Deinde etiam ne duo patres eſſent in diuinis, vnus quo filius eſſe genitus ab æterno; & alius quo eſſet genitus in tempore. Indecens enim erat, vt vlla creatura in productione filij Dei commune haberet cum Deo conſortium, in ratione patris ac homo diceretur, & eſſet pater filij Dei, & titulum ſibi vendicaret, qui proprius eſt patris ęterni. Ita enim gaudet & lętatur pater in productione filij, vt hoc ius alteri concedere nuſquam velit. Si enim ipſe eſt Deus fortis zelotes, preſertim in iis quæ ſunt ad honorē ſuum, pecta dicat *honorem meum alteri non dabo*, quanto minus credibile eſt, quod in hoc honorem ſuum alteri concedere velit.

Patrem cur Christus habere non voluit in terris.

Cætera enim omnia honorem eius cōcernentia, pro quib⁹ dicitur zelotes, ſunt tranſitoria, ac multò maieſtati eius inæqualia, & poteſtate eius inferiora: filius verò & æqualis, & cōſubſtātialis, & maieſtatem ac poteſtatem eius non ſolum adæquans, ſed explens, ac

eiuſdem prorſus cum patre naturæ, eiuſdem virtutis infinitæ, & totam virtutem eius genitiuã explens: ita vt ſi hoc opus cum altero communicaret, nihil ſibi quoad hoc reſidui eſſe videretur. Et ſic multo magis huius honoris videtur eſſe debere zelotes, quã cuiuſuis alterius, quia opus generationis filij adæquat & explet totã eius potentiã, quod nullũ ens creatum facere poteſt. Et ideo de Virgine incorrupta voluit filium ſuum naſci, ne vllus homo in productione filij commune cum illo haberet conſortium. Vnde ſi doctores in tertium ſententiarum dicunt hac ratione filium, & non patrẽ, nec ſpiritũ. S. eſſe incarnatum, ne duo eſſent filij in diuinis, vnus ſecundum diuinitatem, alius ſecundum humanitatem, ſi alia perſona quàm perſona filij eſſet incarnata: optimo etiã de iure dixerim filium de Virgine eſſe conceptum, & Angelum ad Virginem, vt annunciaret Incarnationem filij Dei eſſe Miſſum; ne ſi ad mulierẽ iam viro cognitã mitteretur, aut filius per conſortium viri generaretur, duo eſſent patres eiuſdem filij: æqua-

le eſt enim inconueniens, quod eiuſdem filij duo ſint patres, ſicuti quod duo filij reperiantur in diuinis.

Immo multo maius, quia non ita refert, quod duæ perſonæ ſint à diuerſis perſonis productæ, quàm quod vna & eadem ſit à duobus patribus generata. Quamuis enim diuerſæ ſint naturæ diuina & humana, ſecundum quas alius pater poſſet eſſe in diuinis, & alius in humanis. Quia tamen vna & eadem eſſet filij perſona, non poſſet tota eſſe à patre æterno & tota à temporali, niſi commune eſſet cum creatore & creatura conſortium, & æqualem aliquo modo cū Deo homo ſibi vēdicaret honorem in generatione filij, & multo maius eſſet inconueniens, ſi à muliere vitiata, aut corrupta ſiue nupta, ſiue innupta, aut vidua conceptus fuiſſet filius Dei, etiam ſi abſque vllo viri conſortio carnem ex ea ſumpſiſſet. De illa ſiquidem motus ſemper rumor, aut aliqua infamia, vel aliqua ſuſpicio fuiſſet oborta: cum vix credibile fuiſſet ex Spiritu ſancto concepiſſe, quæ iam ſe hominibus proſti-

tuiſſet, & cuius pudor fuiſſet ſublatus. Ait de illibata Virgine, cuius inuiolati pudoris integrum ſemper manſit ſigillum, nulla potuit ſubeſſe ſuſpicio: & ideo ad intactam Virginem miſſus eſt Angelus, non autem ad mulierem iam corruptam. Deinde nõ decebat vt ille qui ad vitium tollendum venerat, de vitiata mulere naſceretur, & qui corruptionem aduentu ſuo tollere debebat, conciperetur de muliere corrupta; de eo ſiquidem ſcriptum erat. *Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem*, vt D. Paul. exponit, quod nõ ſolum debet intelligi de corpore in ſepulchro exiſtente, quod illud Deus nõ pateretur videre corruptionem: ſed etiam de corpore Chriſti in vtero matris concepto: Quia ſicut ſepulchrum Chriſti debuit eſſe nouum, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat: ſic venter qui Chriſtum geſtare debuit nouem menſium ſpatio, integer eſſe debuit, nullaque corruptione fœdatus, prout ipſe Deus predixerat per os Ezechielis Prophetæ. *Porta hæc clauſa erit, & vir non tranſibit per eam, quoniam Dominus*

Deus ingreſſus eſt per eam. Quod exponēs. *Maria virgo porta clauſa.*
D. Hieronimus dicit *Pulchrè quidem portam clauſam, per quam ſolus Dominus Deus Iſraël ingreditur, Mariam virginem intelligimus, quare ante & poſt partum virgo permanſiſit*: Et in Apologia ad Pammachium, ſeu aduerſus Iouinianum in fine: *Hæc eſt porta oriētalis* (*inquit Ezechiel*) *ſemper clauſa & lucida, operiens ſe vel ex ſe proferens ſancta ſanctorum, per quem ſol iuſtitiæ pontifex noſter ſecundum ordinem Melchiſedech Chriſtus Deus noſter ingreditur & egreditur.*

Hinc & ſapiens in Cāticis repreſentat colloquium ſanctiſſimæ Trinitatis Angelum Gabrielem ad Virginem mittere diſponentis, ac dicentis his verbis, *Quid faciemus ſorori noſtræ in die, quando alloquenda eſt*, hoc eſt in die annunciationis, quādo per Angelum eſt alloquēda. Et poſtea reſpondentis. *Si oſtium eſt, cōpingamus illud tabulis cedrinis*, Id eſt ſi oſtium virginitatis eius clauſum eſt, non ſolum non violetur in conceptu, vel in partu: ſed potius tabulis cedrinis compingatur, id eſt incorruptibilitate donetur. Cedrus enim eò quod omni

carie ſemper careat, integritatem & in-corruptibilitatem repreſentat. *Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea*, Id eſt ſi vndique eſt vallata contra demonem, & contra omne penitus vitium tam ſpirituale, quam corporeum, non ſolum non labefactetur; ſed potius *Aedificemus ſuper eam propugnacula argentea*, nempe humanitatem Verbi diuini, quæ eſt turris fortudinis a facie inimici.

Porrò Deum huiuſmodi decebat Natiuitas: qua non niſi de Virgine naſceretur. Talis congruebat & Virgini partus: vt non pareret niſi Deum, Proinde factor hominum vt homo fieret, naſciturus ex homine, talem ſibi ex omnibus debuit deligere: imo condere matrem: qualem & ſe decere ſciebat, & ſibi nouerat placituram. Voluit itaque eſſe Virginem, de qua immaculata immaculatus procederet omnium maculas purgaturus, inquit D. Bernar. ſuper Miſſus eſt. μια μένδη ἅυτη ἀιτια ἐστι δὲ, καὶ δευτερα, *Atque hæc quidem vna cauſa*, Eſt autem & altera inquit D. Cyrillus Hieroſolim. Cateches. 12. Et quænam eſt illa cauſa? διά παρθενου τῆς, εὐας ἦλθεν ὁ θάνατος. ἔδει δὲ διαπαρθενου,

παρθένε, μᾶλλον δὲ ἐκ παρθένε φανῆναι τὴν ζωὴν ἵνα ὥσπερ ἐκείνην ὄφις ἠπάτησεν, ὅτω καὶ ταύτην γαβριὴλ εὐαγγελίσηται. *Per Virginem Euam venit mors, operæpretium erat de Virgine appar. re vitam: vt ſicut illam Serpens decepit, ita hanc Gabriel annunciaret* ait, idem ibidem.

Miſſus eſt Angelus ad Virginem, Virginē carne, Virginem mente, Virginem profeſſione, Virginē denique qualem deſcribit Apoſtolus, mente & corpore Sanctam. Nec nouiter nec fortuito inuentam. Sed à ſæculo electam: ab altiſſimo præcognitam, & ſibi præparatam, ab Angelis ſeruatam, à Patribus præfiguratam, à Prophetis promiſſam. inquit D. Bernardus. Hom. 4. ſuper Miſſus eſt.

Εὔπρεπε γὰρ τῷ ἁγνοτάτῳ καὶ διδασκάλῳ τῆς ἁγνείας ἐξ ἁγνῶν ἐξεληλυθέναι παςαδῶν, *Decebat ſane puriſſimum, puritatis doctorem, ex puris prodire thalamis* εἰ γὰρ ὁ τῷ υἱῷ καλῶς ἱερατεύων ἀπέχεται γυναικὸς, αὐτὸς ὁ υἱὸς πῶς ἔμελλεν ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἔρχεσθαι. *Si enim qui apud Ieſum benè fungitur Sacerdotio, abſtinet à muliere*, Arrigite aures hæretici, non enim ego ſum: ſed D. Cirillus Hiero ſolimit. Catech. 12.

qui hæc dicit, & antè annos mille trecentos floruit, ex quo euidentiſſime comprobatur Sacerdotes Chriſti in primitiua Eccleſia non fuiſſe coniugatos, ſed virgines, vel celibes, vt hoc obiter dicam. *Si enim qui apud Ieſum Sacerdotio bene fungitur, abſtinet à muliere. Ipſe Ieſus quomodo ex viro & muliere proditurus eſſet*, ait idẽ Cirillus ibidem, nõ ergo ſolũ ad virginẽ miſſ' eſt Angelus.

Sed deſponſatam: conueniens enim fuit Chriſtum de deſponſata virgine naſci ait D. Thom. 3. p. q. 29. a. 1. Tum propter ipſum, tum propter matrem, tũ etiam propter nos. Propter ipſum quidem quadruplici ratione.

Primo quidem ne ab infidelibus, tanquam illegitime natus abiiceretur. vnde Ambroſ. dicit ſuper Lucã. *Quid Iudæis, quid hæreticis poſſet aſcribi, ſi natum viderentur ex adulterio perſequuti?*

Secundo vt conſueto modo eius genealogia per virum deſcriberetur. Vnde dicit Ambroſ. ſuper Lucam. *Qui in ſeculum venit, ſeculi debuit more deſcribi:* viri autem perſona quæritur, qui in ſenatu, & reliquis curiis ciuitatum ge-

neris aſſera dignitatē, cōſuetudo etiā nos inſtruit ſcripturarum, quæ ſemper viri originem quærit.

Tertio ad tutelam pueri nati, ne diabolus contra eum vehementius nocumenta procuraret: Et ideo Ignatius dicit ipſam fuiſſe deſponſatam vt partus eius diabolo celaretur.

Quam ſententiam ex Ignatio retulit Hieron. In Math. 1. & ea vtuntur alij Patres vt Ambroſ. l. 2. in Luc. in principio: & Damaſcen. l. 4. de fide cap. 15. Baſil. de humana Chriſti generatione Bernardus Hom. 3. Super Miſſus eſt, & hom. 4. In Vigil. natiuitatis Rupert. l. 11. de victor. verbi cap. 19. vnde Damaſcenus lib. 4. cap. 15. & Theophilact. Math. 1. dicunt demonem propter Iſaiæ Prophetiā ſolicite obſeruaſſe virginē, Ideoq; Mariā nuptam fuiſſe, vt facilius ipſe decipi poſſet

Quarto vt ad Ioſeph nutriretur, vnde & pater eius dictus eſt, quaſi nutriti⁹.

Fuit etiam conueniens ex parte virginis. Primo quidē, quia per hoc redditur immunis à pœna; ne ſcilicet lapidaretur à Iudæis tanquam adultera;

B. Virgo cur deſponſata.

Quæ ratio eſt Hyeronimi Math. 1. v. 2. Secũdo vt per hoc ab infamia liberaretur: vnde dicit Ambroſ. ſuper Lucam *quod deſponſata eſt, ne temeratæ virginitatis adureretur infamia,* cui grauis aluus, corruptelę videretur inſigne pręferre.

Tertio vt ei à Ioſeph miniſterium exhiberetur, vt Hyer. dicit, Theophilact. & Orig. nempe vt in Ægyptũ fugiens haberet virgo comitẽ & ſolatiũ. Ex parte etiã noſtra hoc fuit cõueniẽs.

Primo quidem quia teſtimonio Ioſeph comprobatum eſt Chriſtum ex virgine natum. Vnde Ambroſ. dicit ſuper Lucam *locupletior teſtis pudoris maritus adhibetur, qui poſſet & dolere iniuriam, & vindicare opprobrium, ſi non agnoſceret Sacramentum.*

Secundo quia ipſa verba virginis matris, magis credibilia redduntur, ſuam virginitatẽ aſſerentis. Vnde Ambroſ. dicit ſuper Lucã *fides Mariæ verbis magis adſciſcitur, & mẽdacij cauſa remouetur. Videretur enim culpa obumbrare voluiſſe innupta mendacio pregnans;* cauſam autem mentiendi deſponſata non habuit, cum coniugij premium, & gra-

tia nuptiarum, partus ſit fœminarũm. Quæ quidem duo pertinent ad firmitatem fidei noſtræ.

Tertio vt tolleretur excuſatio virginibus, quæ propter ſuã imprudentiã non vitant infamiam: Vnde Ambroſius dicit, *Non decuit virginibus ſiniſtra opinione viuentibus, velamen excuſationis relinqui, quod infamata mater quoque Domini videretur.*

Quarto quia per hoc ſignificatur vniuerſa Eccleſia, quæ cum virgo ſit, deſponſata etiam eſt vni viro Chriſto, vt Auguſt. dicit in l. de Sancta Virginitate cap. 12. ante medium tomo 6.

Poteſt etiam & quinta ratio eſſe, Quod mater Domini fuit deſponſata & virgo, quia in perſona ipſius & virginitas & matrimonium honoratur, contra hæreticos alteri horum detrahentes.

Et ſi licet nobis aliquid ſuperaddere his ſanctorum patrum rationibus, voluit filius Dei matrem ſuam eſſe deſponſatam, quia ſicut antiquitus dictum eſt de primo homine, *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum: faciamus ei ad-*

Digitized by Google

iutorium ſimile ſibi: Ita non ei viſum eſt eſſe bonum virginem matrē eſſe ſolam, ne partu pudicitiam violaſſe videretur, & ne ignominiæ nota inureretur. Sciebat enim Dominus teneram eſſe virginis & lubricam famam pudoris: ſeruatur itaque S. Mariæ ſicut pudoris integritas: ita inuiolabilis opinione virginitas ait Ambroſ.l.2.in Luc. & ideo factū eſt ei adiutoriū ſimile ſibi quia deſpōſata eſt viro caſtiſſimo.

Dic quæſo quis eam videns non deſponſatam, & grauidam, non potius diceret eſſe corruptã, quàm virginem? Non autem decebat hoc dici de matre Domini. Tolerabilius verò atque honeſtius fuit putari ad tempus Chriſtum de coniugio fuiſſe natum, quam de fornicatione. Sed non poterat inquies, Deus apertum aliquod oſtendere ſignum: quo videlicet fieret vt eius nec ortus infamaretur, nec mater criminaretur. poterat vtique: ſed non poterat latere dæmones, quod ſcirent homines. Oportebat autem a principe mundi aliquandiu celari diuini conſilij ſacramentum: non quod Deus ſi palam opus ſuum facere vellet, impediri poſſe ab illo metueret. Sed quia ipſe qui non ſolum potenter, ſed etiam ſapienter

quæcunque voluit fecit, ſicut in omnibus operibus ſuis quaſdam rerum vel temporum congruentias propter ordinis pulchritudinem ſeruare conſueuit: Ita in hoc quoque tam magnifico opere ſuo, noſtræ videlicet reparationis, non tantum potentiam ſuam, ſed & prudentiam oſtendere voluit: Et quanquam illud aliter quomodo vellet perficere potuiſſet, placuit ei tamen eo potius & modo & ordine hominē ſibi reconciliare, quo nouerat cecidiſſe, vt ſicut diabolus prius ſeduxit fœminā, & poſtmodum virum per fœminam vicit, ita prius à fœmina virgine ſeduceretur, & poſt à viro Chriſto apertè debellaretur, quatenus malitiæ fraudi dum ars pietatis illuderet, ac maligni fortitudinem Chriſti virtus contereret, Diabolo Deus & prudentior appareret & fortior, inquit D.Bern. Hom. 2. ſuper Miſſus eſt.

His igitur de cauſis mater Chriſti debuit eſſe deſpontata viro. Quamobrem ait Euangeliſta miſſum eſſe Angelum ad Virginem deſpōſatam viro, cui nomē erat Ioſeph de domo Dauid, quæ quidem pauciſſima verba ſatis clarè indicant qualis fuerit ſanctus Ioſeph, & quàm ſimilis, & conueniens

Sanctus Ioſeph vir dicitur à virtute.

Vir à virtute dicitur.

ſponſus beatiſſimæ Virgini. Dicitur enim vir à virtute, quaſi omnium virtutum eſſet ſacrarium, hoc enim nomen non competit niſi hominibus omni virtutum genere excultis, cum qui tales non ſunt, effœminati poſsint potius dici quam viri. Et ideo cum Iobis hiſtoriã ſacra ordiretur ſcriptura, vt ſtatim à principio intelligatur, qualis ipſe fuerit, dicere incipit, *vir erat in terra Hus nomine Iob.* Et cum de patre Samuelis, virtutum etiam laude preclaro narrationem exorditur: ſtatim etiã à principio ait, *fuit vir vnus de Ramathaïm ſophim, de monte Ephraim*, cuĩ nomen Elcana: Cum etiam narratur admirabilis cõuerſio Zachei, qui breui tempore ad tantam virtutum excellẽtiam euectus eſt, vt dimidium bonorum ſuorum daret pauperibus, ſtatim à principio dicitur *ecce vir nomine Zacheus*; ſicque omnibus fermè ſacræ ſcripturæ in locis vir à virtute ſolet nuncupari, idque non ſolum latinè, ſed etiam græcè, & Hebraicè. Nam Græce vir dicitur ἀνὴρ, ἀνὴρ verò dicitur ab ἀνδρεία quæ virtutem ſeu for-

titudinem ſignificat : & ideo hic non dicitur deſponſata ἀνθρώπῳ ſed μεμνηστευμένην ἀνδρὶ deſponſata viro : Hebraicè etiam tria ſunt nomina hominem ſignificantia, nempe Adam, Is, & Enos. Adam ſignificat terrenum, enos obliuioſum, is denique virum, vt diſtinctio fiat inter homines communes, qui terrena ſapiunt, & obliuiſcuntur cæleſtia, & viros virtute præditos: *Virum igitur nominat non ſolum quia maritus, ſed quia homo virtutis erat* inquit D. Bernard. Hom. 2. ſuper Miſſus eſt.

Vnde nunc etiã temporis Hiſpani qui ſub ditione Arabum octingentis fermè manſerunt annis, virum virtute preditum, vocant *Varon* & noſtri Galli illum vocant *Baron.* Lingua enim Arabum, ex qua forſitan Hiſpani hoc nomen mutuati ſunt, affinis eſt Hebraicæ in multis nominibus. vnde nil mirum ſi D. Lucas vocat D. Ioſephum omni virtute excultum virum, & non quemcumque virum : ſed virum, cui nomen erat Ioſeph, vt oſtenderet quod ſicut nomine, ita etiam ſignificatione nomi-

Digitized by Google

nis & virtute erat alteri Ioſepho Ægipti proregi æqualis, immo forſitan ſuperior. *Ioſepho enim illi data eſt*, vt ait D. Bernard. *Intelligentia in miſteryjs ſomniorum, noſtro datum eſt conſcium fieri cœleſtium ſacramentorum. Ille frumenta ſeruauit non ſibi, ſed omni populo: hic panem viuum è cælo ſeruandum accepit tam ſibi, quàm toti mundo. Illi ſubditi fuere AEgiptij: huic fuere ſubditi Deus incarnatus, eiuſque admirabilis mater. Illum honore affecit Pharao, hunc multo maiori honore affecit Deus. Illi Pharao dedit vxorem filiã Phutifaris ſacerdotis: huic dedit coniugem matrem ſuam. Illius caſtimonia magna fuit quod adulterium fugerit, huius multo maior, quod virginitatem ſeruauerit.*

Hom. 2. ſuper Miſſus eſt.

Comparatio ſancti Ioſeph cum Ioſeph Patriarcha.

Ille dictus eſt Saluator mundi quod ab Ægipto famem depulerit: hic Pater Domini veri ſaluatoris totius mundi eſt appellatus, eòquod Matris Dei coniux fuerit? Ille Ægiptum a fame liberauit: Iſte cœleſtem annonam & panem de cœlo deſcendentem conſeruauit. Ille longè a Domini ortu abfuit, hic cum Domino & matre eius habitauit: Vterque virtutem habuit ſuo con-

gruentem muneri : ſed hic tanto maiorem, quanto maiori munere functus eſt. Vnde illi etiã iure merito cõpetit benedictio Ioſephi filii Iacob, qua dictum eſt ei Geneſ. 49. *Filius accreſcens Ioſeph & decorus aſpectu.* Euidens eſt enim, quod ſit alluſio ad nomen Ioſeph, ſignificans incrementum. Nam ſi vehementer prior ille Ioſeph auctus eſt; qui ad proximum poſt regem Ægipti gradum eſt euectus, & ad principatum non ſolum fratrum ſuorum: ſed etiam totius Ægipti eſt prouectus: multo magis iſte, qui ad proximũ poſt regem regum gradum eſt ſuffectus, nempe ad gradum patris filii Dei, Licet enim non eſſet verus illius parens, putabatur tamen: & filius Dei voluit illi eſſe ſubditus, tãquam Patri nutricio, ac coniugi matris ſuæ. Sicuti nos ſolemus vocare patrem, qui noſtram duxit matrem in vxorẽ : quod etiam præſtantiſſimus eſt titulus eſſe coniux & ſponſus genitricis Dei. Mater enim Dei eum coluit, vt virum, & quaſi Dominum. Et idcirco merito poteſt dici *filius accreſcens* vel vt vertit

Filius accreſcens Ioſeph.

Digitized by Google

Varia interpretatio nominis Ioſeph.

Pagninus *Ioſeph, vt ramus creſcens & Montanus: Ioſeph filius fructeſcens, ſeu fructificans*, quia eo vſque fructificauit ſuauitatem odoris præſtantiſsimarum virtutum, vt Deus eum elegerit in cuſtodem matris ſuæ, & filij ſui nutricium: Decorus etiam dicitur aſpectu, vel vt habetur hebraicè *ſuper, vel iuxta fontem*, quaſi velit dicere Ioſeph auctum iri ad ſimilitudinem ramoſæ arboris, quæ plantata eſt iuxta decurſus aquarum, & quæ fructum ſuum dabit in tempore ſuo, vt dicitur Pſal. 1. ſic enim habet paraphraſtes Chaldeus *filius meus Ioſeph multiplicabitur tanquam vitis, quæ plantata eſt ad fontes aquarum.* Et certe ſi Chriſtus eſt fons vitæ vberrimus, Ioſephus noſter iure merito poteſt dici arbor plantata iuxta fontem aquæ viuę, quia fuit ipſi Chriſto ſemper proximus, ſicut arbor pulcherrima ſuis virētibus foliis pulcherrimū & limpidiſſimum fontem obtegens & obumbrans, cuius humore ſeu virore gratiæ, ita adauctus eſt filius acreſcens Ioſeph, vt qui vir prius dicebatur ſo-

lum à virtute, etiam poſtea dictus ſit vir à matris coniugio, fuit enim illi adiutorium ſimile, & virtute & caſtitate: immo & familia, quia æque fuit de domo Dauid ſicut Beatiſſ. virgo. ait enim noſter Euangeliſta, quod erat de domo Dauid, ideſt de regia ſtirpe præſtantiſſimi illius Regis, de quo dixerat Deus, inueni Dauid ſecundum cor meum, vt oſtenderet non minus virtute, quam etiam ſanguine & progenie illuſtrem eſſe Ioſephum, *Verè de domo Dauid nō tantū carne ſed fide, ſed ſanctitate, ſed deuotione, ait*, D.Bern.Serm. 2. ſuper Miſſus eſt. Non enim degenerauerat à virtute Dauidis, cum illum Deus (qui nullum immeritum anteponit bene merenti) magis extulerit, quàm vnquam Dauidem; nempe in filij ſui nutritium & matris coniugem. Quod ſi laus eſt longa generationum ſerie virtutem proauorum conſeruaſſe; Quid erit gloriam & honorem auxiſſe? illum que non ſolum vidiſſe, ſed illius etiam patrem vocatum fuiſſe, quem *multi reges cupierunt*

videre, & non viderunt; nempe Chriſtum hominem factum: Hoc igitur fuit adiutorium quod Deus dedit virgini ſimile ſibi, non quidem totaliter æquale, quia ſicut Adam Euam coniugem in adiutorium ſibi datam ſuperexcelluit, ſic cōtra beatiſſima Virgo exceſſit virtute Ioſephum coniugem in adiutorium ſibi datum. Nam ſimilitudo non dicit æqualitatem; ſed proportionem quamdā. Sufficit quod hic par coniugum, non fuit diſpar moribus virtute, & nobibitate, & ideo *Miſſus eſt Angelus ad Virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid.*

Ex quibus omnibus facile eſt deducere, quàm iſta omnia huic legationi conueniant: & tempus, & locus, & perſonæ non ſolum mittentis & miſſi ſed & virginis, ad quam Miſſus eſt Angel' Gabriel. Decebat enim quod eſſet Virgo & deſponſata viro nomine & re Ioſeph, ideſt caſto & ſancto, de domo Dauid, quia promiſerat Dominus, Meſſiam naſciturum in domo & fa-

Digitized by Google

milia Dauid. Lege namque diuina cautum erat, vt vnuſquiſque vxorem duceret in tribu familiæ ſuæ: & ideo licet Chriſtus nõ ex virili commercio ſed ex Virgine de Spiritu ſancto ſit cõceptus, nulli dubiũ eſſe poteſt ipſam beatiſſimã Virginem ſancto Ioſepho deſponſatam de tribu Iuda, & de familia Dauid eſſe oriundam.

Sed de nobis quid dicemus? nunquid qualitates illius imitamur? Quantũ diſtat ortus ab occidẽte, tantũ à qualitatibus eius, & virtutibus elõgamur. Ipſa enim fuit Virgo, nõ ſolum corpore: ſed etiã mente. Quis autẽ veſtrũ gloriabitur caſtum ſe habere cor? quot ſtupra, quot fornicationes, quot adulteria mẽte reuoluitis, & forſitã corpore & opere exercetis? Quot tact⁹, nutus, oſcula, amplexus toto vitæ curriculo exercuiſtis? quot turpiloquia, lenocinia, illecebras, incentiua libidinũ protuliſtis, vt mulierculas ad veſtram libidinem pellicere poſſetis? Proh nefas, *Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo*, Multi enim nũc facti ſũt ſicut, *Equi hinniẽtes*

in fœminas , vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat, nullus nunc eſt Ioſeph , nullus caſtus , rara Virgo , multæ deſponſatæ, vtinam omnes caſtæ, vtinam omnes exemplum beatiſſimæ Virginis imitarentur & Virgines , & deſponſatæ , & viduæ. Sed heu heu quot deflorate reperiuntur Virgines antequam nuptæ? quot medicamina , quot veneficia prius procurata? Quot aborſus voluntarij? quot præfocationes & euiſcerationes conceptorum fætuum,vt partus & flagitium perpetratum celari poſſit, non diabolo,ſed mūdo ? quot nuptæ generationem humanam præpediunt ? aut fœtus adulterinos marito elocāt?quot turpes congreſſus inter ipſos cōiuges, immo&inter ipſas viduas ſolent exerceri? Melius eſt tacere,quam plura referre , Quapropter non vlterius progrediar : ſed conticeſcam.

Digitized by Google

ET NOMEN VIRGINIS MARIA.

SERMO QVARTVS.

NOmina ſunt ad placitum, dicebat Philoſoph⁹, quod quamuis verum ſit, ſi liberam imponentis volũtatẽ cõſideremus: ſi tamẽ vlteri⁹ mẽtis oculos intendamus, & primã cauſam omnium motricem etiam liberarum mentium, & voluntatum ſpectemus perſpiciemus quod ea ipſa nomina quæ nobis videntur à caſu & fortuna, aut à ſolo hominis beneplacito impoſita, magna cum ratione ſunt à prima cauſa omnium motrice & effectiua, ordinata & diſpoſita, ad repreſentandum id quod per ſe ſignificant.

Nomina quamuis inconſiderate videantur impoſita, ſunt tamen diſpoſitione diuina indita.

Digitized by Google

Mundus Horologio cōparatus. Sicut namq; in Horologio multæ quidem ſunt rotæ, & omnes proprium motum habent, aliæ quidem ſic, aliæ autem ſic: omnes tamen illi motus ad motum primæ rotæ referuntur. Ita plane quamuis hoc in mundo diuerſæ ſint rotæ, diuerſiq; rotarum motus (aliæ enim mouentur naturalirer, aliæ violēter, aliæ voluntariè) omnes tamē iſti motus referuntur ad virtutem primæ cauſæ. Quamuis enim ipſa ſit immobilis, niſi tamen moueret cætera omnia, & niſi cum ipſis concurreret, nihil prorſus moueri poſſet. Cauſa enī ſecunda in cauſis eſſentialiter ſubordinatis (ſicut eſt creatura reſpectu Creatoris, tam in eſſendo, quā in operādo) non poteſt agere ſine prima, quia prima eſt quæ dat ſecundę eſſe & agere. Et ideo ſicuti omnia quæ fiunt in terris, licet fugiant actionem & cognitionē particularium agentium, non tamen fugiunt capacitatem cæli: Sic nec ea quæ fiunt a particularibus cauſis nunquā poſsūt effugere latitudinē primæ, quin ſemper intra ſphæram actiuitatis eius includātur. Quamobrem om-

Prima cauſa concurrit ſemper cum ſecunda.

Nihil ſine Deo fieri poteſt.

nia etiam illa, quæ fiunt ad placitum, vt impoſitio nominum, ad huc non eſfugiunt extra cancellos primæ cauſæ: ſed ſemper intra ſepta volũtatis, ordinis, & intẽtionis, ac diſpoſitionis eius recidũt. Et ideo licet quis incõſideratè alteri nomẽ impoſuiſſet, non tamen inconſiderate Deus, qui omnia videt, oĩa proſpicit, omnia intuetur: nomen etiã nomẽ imponi diſponit. Nõ enim datur cas⁹ nec fortuna: reſpectu ipſi⁹: ſed ſolũ fortuna reſpectu creaturę, quę cũ ſit finita, ĩ cognitione, in eſſẽtia, & in virtute operãdi, facilimè poteſt ab alia cauſa præpediri, quã tamẽ pręuidere nõ poteſt, cũ eius cognitio nõ ſit infinita, vt diximꝰ, nec tota ſimul & sẽper in actu, nec aliam cauſam ſuum effectum perpedientem prohibere valeat, & ideo ſequitur aliquãdo caſus & fortuna, id eſt effect⁹ fortuit⁹ & inopinatus reſpectu particulariũ cauſarũ: Sed nũquàm reſpectu cauſæ vniuerſalis, & infinitę, quia cum ſit actu ſemper intellectus eius infinitus, & vbiq; præſens, & omnipotens eius voluntas, à nulla alia cauſa poteſt effect⁹ ei⁹ præpediri,

Nihil Deũ fugit.

Caſus & fortuna nõ dicitur reſpectu Dei.

nec eius intellectus decipi; & ideo non datur reſpectu eius, effectus fortuitus, aut inopinatus. *Nam attingit à fine vſq; ad finem fortiter*, quoad potentiam omnipotentem, qua vtrumq; terminum actionis habet in ſua manu, & *diſponit omnia ſuauiter*, quoad infinitam cognitionem quam habet actualiter.

Qua de re *nihil ſub ſole ſine cauſa fit*. Vnde nec nomina ipſa quæ ad placitũ ſunt impoſita, abſq; magno ſunt indita myſterio. *Sicut enim dominum prædiorum limitibus affixi tituli proloquuntur* inquit Petrus Chryſologus Sermone 154.

Ita nomina ipſa ſæpe Sanctorum merita indicant, teſtantur inſignia.

Sed inter cætera omnia cuiuſlibet ſimplicis creaturæ nomina, nullum aliud videtur mihi admirabilius, & maiori cum myſterio inditum, quàm nomen Beatiſſimæ Virginis (excipio nomẽ Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti, quia inter ſimplices creaturas non cõputatur) Quod quàm verũ ſit ſi vim nominis ſpectemus, ſtatim apparebit.

Mariæ nomen.

Et nomen Virginis Maria, inquit D. Lucas cap. 1. Maria autem amarum

mare, Maria ſtella Maris, Maria illuminata, vel illuminatrix, Maria domina interpretatur. Quæ quidem ſunt quattuor ſignificationes huiuſce nominis, quæ aptiſſimè illi conueniunt. Maria enim eſt amarum mare dæmonibus, & ſtella Maris hominibus, & illuminata vel illuminatrix Beatis Spiritibus, Et domina creaturis omnibus. Et vt de ſingulis huius nominis interpretationibus pauca dicamus, & oſtendamus quàm propriè & præcisè hoc nomen diuino diſponente numine ſit impoſitum Virgini Beatiſſimæ, cur Maria ſeu amarum mare dicta ſit illa, quæ *Gaudia Matris habet cum Virginitatis honore* videamus.

Nominis Mariæ Ethymon.

Primo quidem, Maria ſignificat amarum mare, quod optime illi conuenit, præſertim contra diabolum. Sed velim prius aduertas quomodo Maria, ſit mare, & quomodo amarum, & poſtea perſpicies quomodo ſit amarum mare contra diabolum. Eſt enim Mare gratia affluendo: eſt amara, ſeu amaritudine plena, filio compatiendo: & eſt amarũ mare diabolo illũ ſubmergẽdo.

Maria amarum mare.

Digitized by Google

Maria vtique eſt mare per influentem Spiritus ſancti repletionem; Maria eſt amara per effluentē filij ſui Paſſionem: Maria eſt amarum mare Diabolo per ſubmergētē Diaboli ſuffocationē.

Maria eſt mare gratiarum.

Mare inquam eſt propter affluentem gratiarum abundantiam. Scimus quippe in ſacris litteris per aquam frequenter gratiam ſignificari, vt cum Chriſtus dicebat, *Si quis biberit ex aqua, quam ego dabo; & non ſitiet in eternum: ſed fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam*, Quod quidem debet intelligi de gratia quæ ſalit vſque in vitam æternam, gratia enim eſt gloria inchoata, & gloria eſt gratia conſummata. Cum igitur Deus (vt etiam in ſacris litteris habetur) congregationes aquarum appellauerit Maria, quid mirum ſi beatiſſima Virgo appellata ſit Maria? In ea quippe fuerunt congregationes aquarum gratiæ, quia in ipſa, *Statuit aquas quaſi in vtre.*

Omnia flumina intrant Mare & Mare non redūdat, Inquit Eccleſiaſt. flumina autē sūt chariſmata Spiritusſāčti, inquit D. Bona. in ſpeculo beatiſsimæ Virginis Lect. 3. iuxta illud ſaluatoris Iohan. 7.

Digitized by Google

Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, hoc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Omnia ergo flumina intrant mare, dum omnia chariſmata ſanctorum intrant in Mariam, flumē enim gratiæ Angelorum intrat in Mariam, & flumen gratiæ Patriarcharum & Prophetarum, & flumē gratiæ Apoſtolorum, & flumen gratiæ Martyrū, & flumen gratiæ Confeſſorum, & flumen gratiæ Virginum, & omnium ſanctorum & ſanctarum, *In me omnis gratia viæ & veritatis, in me omnis ſpes vitæ & virtutis.* Imo non ſolum omnia flumina creaturarum intrant in hoc mare beatiſsimę Virginis: ſed etiam omnia flumina perfectionum diuinarum: ipſe enim filius (*In quo ſunt omnes theſauri ſcientiæ & ſapiētiæ*) *Dei abſconditi*, Intrat in vterū, Virginis : immò qui *ſignat in theſauris abyſſos* intrat in Mare ſanctiſs. matris, & *in quo placuit omnē plenitudinē diuinitatis in habitare corporaliter*, ingreditur ingremiū Virginis: ille in quā qui de ſeipſo dicebat per os Ecl.c.24.v.41. *Ego ſapiētia effudi flumina, ego quaſi trames*

Flumina gratiarū.

Flumina perfectionum diuinarum.

aquæ immenſæ de fluuio, ego quaſi fluuius Dorix, & ſicut aquæductus exiui de paradiſo, dixi rigabo hortum meum plantationum, & inebriabo prati mei fructum, & factus eſt mihi trames abundans, & fluuius meus appropinquauit ad mare, ideſt ſapientia diuina, quæ effudit omnia flumina creaturarum, quę tãquam flumina alicui ſucceſſioni & viciſſitudini ſubiecta ſunt, *omnia enim per ipſum* filium, qui eſt ſapientia Patris, *facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.*

Et ipſe quaſi trames aquæ immenſæ de fluuio, ideſt de Patre, qui eſt tanquam perennis fluuius, à quo ſemper emanat filius ſine ſucceſſione tamen, aut viciſſitudine, & ideo dicitur quaſi fluuius Dorix, quoad generationẽ æternam. Dorix enim interpretatur generationis medicamentum, vt vult D. Bonau. in prologo primi ſentent. Eſt enim hæc generatio medicamentum generationis, quia non eſt in ea quid corruptibile, vt in aliis omnibus generationibus, vbi generatio vnius eſt corruptio alterius: nec vlla ſucceſſio aut tranſmutatio. *Apud*

Dorix quomodo interpretatur.

Digitized by Google

quem non eſt transmutatio, nec viciſsitudinis obumbratio, nec fit accipiendo partem, ſed totum eſſe, totamque ſubſtantiam patris, & totam adhuc illi relinquendo. Nam ſine diminutione generantis, & ſine vllo tranſitu ſubſtantiæ fit, aut deperditione, vt in aliis generationibus fieri videmus: & idcirco merito dicitur fluuius Dorix ideſt generationis medicamentũ, quoad æternam generationem; & ſicut aquæ ductus quoad humanam & temporaneam, quia ſicut aqua velata & cooperta eſt in aquæ ductu: ſic diuinitas erat velata & cooperta ſub aquæductu noſtræ humanitatis. Dixitque rigabo hortum meum plantationum, ideſt humanum genus, quod fuerat in horto paradiſi plantatum; *& inebriabo prati mei fructum*, ideſt fideles Eccleſiæ.

Et factus eſt mihi trames abundans, omni ſcilicet genere gratiæ, omnique genere meriti. *Nos enim omnes de plenitudine eius accepimus, & gratiam pro gratia* inquit D. Ioannes cap. 1. *& fluuius meus appropinquauit ad mare*, quia gratia quæ erat in humanitate, appropin-

quauit ad mare infinitatis, quia habuit gratiam vnionis hypoſtaticæ, quæ cum fiat in perſona diuina, quæ eſt infinita, meritò appropinquauit ad mare diuinitatis.

Quin & fluuius perſonæ diuinæ appropinquauit ad mare, quādo ingreſſus eſt in vterum B. Virginis, quæ mare interpretatur: Et ſic omnia flumina non ſolum creaturarum, ſed etiam creatoris rerum omnium intrauerunt mare. Quia cum vna perſona ſit ſemper cum alia propter identitatē eſſentiæ, & concomitantiam inſeparabilem cuiuſlibet perſonæ: immo vna ſit in alia per circuminceſſionem, & ſummam ſimplicitatem, & vnitatem (ego enim *in Patre*, *& Pater in me eſt*, dicebat Chriſtus) quò vna trium perſonarum ingreditur, ingreditur pariter & alia. Et ideo licet ſolus filius carnem aſſumpſerit humanā perſonaliter ſibi vnitā, ſimul tamen cū filio ſemper fuit Pater & Spir. ſanctus, quia nunquā ſeparantur loco aut tēpore; immo nec eſſentia. Et hac de cauſa cum filius qui eſt trames aquę immenſę de fluuio, in-

greſs' ſit in mare B. Virginis, ingreſſus eſt etiam Pater, ingreſſus eſt quoque ſpiritus ſanctus ideſt omnes perſone diuinæ. Et ſic omnia flumina intrauerunt mare.

O mare, ó mare mirandum B. Virginis. Sed amarum tamen in paſſione filij, quando ſuam ipſius animam doloris gladius pertranſiuit, vnde merito de ipſa poterat tunc dici illud 1. Ruth. *Non vocetis me Noëmi, ideſt pulchram: ſed vocate me mara, ideſt amaram, quia amaritudine valde repleuit me omnipotens.* Noëmi pulchra & amara, ſignificat Beatiſſimam Virginem pulchram quidem per Spiritus ſancti gratiam, qua ſemper fuit decorata: amaram verò per filij ſui paſſionē, aut per matris compaſſionem. Patiebatur enim filius in corpore, & ipſa tunc amariſſima mater compatiebatur in corde. Ille exterius torquebatur, illa interius cruciabatur. Amara fuit Noëmi, quia duo filij eius erant mortui. Amara tempore paſſionis fuit Beatiſſima Virgo Maria, quia duo filij eius erant tunc

Maria quomodo mare amarum.

mortui. Eſt enim mater Dei, eſt mater & hominis: Non quod in Chriſto ſint duæ perſonæ, quia licet Deus ſit & homo, non duo tamen, ſed vnus eſt Chriſtus. Et præterea Deus in quantum Deus, nunquã eſt mortuus, quia nec vnquam pati, nec vnquam mori poteſt. Et deniq; licet ſint duæ in Chriſto generationes, vna ęterna alia temporalis, non duo tamẽ ſunt filij, nec mater illum bis genuit, vnde ſi eſt mater ſecundum generationem temporalem, non eſt ſecundum æternam.

Duo filij Mariæ quomodo.

Attamen duo dicuntur eius filij nempe Deus homo, & homo iuſtus & peccator, peccatoris eſt mater per miſericordiam, & ideo dicitur mater miſericordiæ & iuſti per gratiam.

Vnde S. Bernardus à D. Bonauentura relatus in ſpeculo virginis lect. 3. *Tu mater regis, tu mater exulis: tu mater Dei: Tu mater iudicis, & tu mater Dei, & hominis.* Ideo exclamans Anſelmus ait, *O Beata fiducia, ô tutum refugium mater Dei, & mater noſtra.*

Iſti duo filij (inquit D. Bonauentura ibidem) in paſſione fuerunt mortui, vnus in corpore, alius in mente; vnus crucis acerbitate, alter mentis infidelitate. Et ideo viſcera Mariæ valde repleta fuerunt amaritudine. Sicut Auguſtinus ſanctus teſtatur dicens, *Illa pia mater immani dolore eiulans, pectora debilitata contundens, ita ipſius viſcera omniaque membra fatigauerat, vt inceſſu deficiens, vix peruenire poſſet ad Chriſti funus.* O Maria ô Maria, *magna eſt velut mare contritio tua, quis medebitur tibi?* verè ſicut mare magna eſt contritio tua, quia ſicut in mari nulla eſt aquæ gutta, quæ nō ſit amara, ſic in paſſione Chriſti, nulla fuit gutta ſanguinis, nulla lachrymarum gutta, vel a filio, vel a matre fuſa, quæ non fuerit amariſſima. *Cum clamore valido & lachrymis* clamabat ad patrem filius, & cum gemitibus & ſingultibus validis ſuſpirabat ad filium mater: Ille ſanguinem fundebat, iſta lachrymas: illius corpus flagellis tundebatur, iſta pectus ſuum tundebat ſuſpiriis: illi manus & pedes crucifigebantur, iſti cor in cruce cum

Amaritudo virginis.

filio configebatur. O quam amara igitur fuit tunc Maria, *Sacerdotes eius gementes*, id eſt Apoſtoli, *virgines eius ſqualidæ*, id eſt Sancta Martha, & aliæ eius ſociæ; *& ipſa oppreſſa amaritudine.* O quã vere tunc dicere poterat beatiſsima Virgo, *Repleuit me amaritudinibus, potauit me abſynthio.*

Theren. 3. ver. 15.

Iob 21. ver. 25.

Moriebatur enim filius eius in amaritudine animæ abſq; vllis opibus, nudus ſcilicet ante oculos propriȩ parentis, & abſque vlla amicorum ope, habens pro lecto duriſsimum crucis lignum: pro ceruicali aut puluillo ſpineam coronam, pro ſolamine blaſphemias inimicorum, pro cibo fel, pro potu acetum, pro ſomno mortem. *O mors ô mors, quam amara eſt memoria tua homini pacem habenti in ſubſtantÿs ſuis viro quieto, & cuius viæ directæ ſunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum,* Inquit Eccleſiaſt. cap. 41. quod quãuis de morte ſingulorum hominũ innuere videatur, quæ amariſſima eſt homini pacẽ habenti in ſubſtãtiis, amariſſimũ eſt enim quando mors illi vitam præripit, cum putabat ſe dulcedine & vo-

luptatibus frui: hoc tamen potiſſimũ de morte Chriſti poteſt dici. Quàm enim amara eſt memoria eius, homini pacem habenti in ſubſtantiis ſuis. *Nam ſi in viridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet?* Si moritur filius Dei in amaritudine animæ ſuæ abſq; vllis opibus, quid erit de peccatore pacẽ habente in ſubſtantiis ſuis? *Iſte enim moritur diues & fœlix, viſcera eius plena ſunt adipe, & medullis oſſa illius irrigantur.* Filius autem Dei in amaritudine. Sed ad Beatiſſimã Virginem Mariam reuertamur.

Mare amarum fuit Maria diabolo & omnibus Angelis eius, tũ quod fuerit ſicut mare, vbi omnia gratiarum flumina & paſſionum intrauerunt. Dolet enim vehementer quod alia prçſtantior ſubuecta ſit creatura, in locum omniũ poſt Deum ſupremum, ex quo fuit ipſe deturbatus: & quod etiã ſit femina, quæ in tãtam ſublimitatem ſit eleuata, vt in matrem Dei ſit electa: cũ à fœmina ſit nũc proſtratus, qui fœminã prius proſtrauerat, & caput eius protritum à Virgine, qui Virginem ſupplantauerat, vnde canit in ſpiritu *Maria diabolo amara.*

Prophetico Pſaltes Pſalmo 73. V. 13. *Deus autem Rex noſter ante ſecula operatus eſt ſalutẽ in medio terræ*, ideſt in vtero virginis vt, ait D. Hier. *Tu confirmaſti in virtute tua mare, cõtribulaſti capita draconũ in aquis. Tu cõfregiſti capita draconis, dediſti eũ eſcã populis Æthiopũ.* vbi D. Hyer. *operatus eſt ſalutem* inquit *in medio terræ in Iudæa, quæ medium terræ dicitur, ſiue in vtero virginali.* Et ſic ego quoque dixerim quod confirmauit in virtute ſua mare, ideſt Beatiſſ. Virginem Mariam: illam enim confirmauit, & in gratia & in gloria ſuper omnes angelorũ choros, *& contriuit capita draconum*, ideſt dæmonum, in aquis gurgitis infernalis. Sic enim D. Aug. hoc in loco Draconum capita interpretatur dæmonum ſuperbiam, & paulo poſt. *intelligimus* inquit *dracones omnia dæmonia ſub diabolo militantia.*

Sed quem poſtea vocat ſpecialiter draconem, dum ait, *Tu confregiſti capita Draconis*, niſi principem dæmonum? *illi enim dracones* inquit ibidem Auguſt. *habent principem ſuum, & primus eſt magnus draco.* Quem ergo ſingularem draconem

Digitized by Google

conē, cui⁹ caput confractum eſt, niſi ipſum Diabolum intelligere debemus? Ita vt verificatum nunc ſit illud, quod Deus fuerat dęmoni cōminatus, *Inimicitias ponam inter te & mulierem, ipſa cōteret caput tuū*, Nunc enim beatiſſima Virgo contriuit caput dęmonis: fuit igitur amarum mare dęmoni, & omnibus Angelis eius; & non ſolum ſecundum gratiam adeptam, ſed etiam ſecūdum Paſsionem pro filio ſuſceptam. Quemadmodum enim mare rubrum amarum fuit Ægyptijs in ipſo ſubmerſis, cum reduxit dominus ſuper eos aquas maris, & operuit aqua tribulantes eos, vnus ex eis non remanſit: ſic amarum fuit Mare rubrum paſſionis Chriſti, & compaſsionis beatiſsimæ Virginis dæmonibus. *Inimicos enim eorum operuit mare*, vt ait Pſal. 77. v. 53. Et ideò Deus fecit *Magnalia in Aegypto, mirabilia in terra Chā, terribilia in mari rubro*, Vt idem ait pſal. 105. v. 22. Ægyptus enim interpretatur *tenebræ*, & ideò ſignificat tenebras exteriores inferni. Chā verò interpretatur *calidus*, vt ait D. Hieron. de nominib⁹ hebraicis, & ideo

Dracones ſignificant Dæmones.

Mare rubrum Paſſio Chriſti.

Digitized by Google

ſignificat dæmonem calidum & aſtutum, & mare rubrum ſignificat Paſſionem Chriſti, & compaſſionem Beatiſſimę Virginis: fecit ergo magnalia in Ægypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro. Nam vt ait D. Bernard. relatus à D. Bonau. in ſpeculo Virginis lect. 3. *Non ſic timent hoſtes viſibiles quaſi caſtrorum multitudinem copioſam; ſicut aëreæ poteſtates Mariæ vocabulũ, patrociniũ, & exemplũ: fluunt, & pereũt, ſicut cera à faciè ignis vbicunque inueniũt crebram huius nominis recordationem, deuotam inuocationem, ſolicitam imitationem.*

2. *Pars. Sermonis.* Sed iam oculos ad ſtellam conuertamus. Maria enim non ſolum mare, ſed interpretatur etiam ſtella maris. Nautarum autem mos eſt, cum in longinquas enauigẽt regiones oculos ad ſidꝰ conuertere, quod dicitur ſtella maris; quia cum in cælo fixum ſit, & parum aut nihil moueatur ad motum ſui orbis, ex eius contuitu: facile cognoſcunt quò iter dirigere debeant. Cum enim dignouerint ex charta (vt vocant) marina, quibus in gradibus quælibet regio ſit conſtituta, ex eleuatione poli ſeu ſtellæ maris, facilè

Stella maris Maria.

Digitized by Google

percipiunt mediis etiam in fluctibus, vbi via eſt inuia, & inter ſirtes & gurgites, quà euadere tutò poſsint, & quò peruenire, & pertingere valeant, licet illuc nunquã fuerint, nec portum, aut ſtationem vnquã viderint. Et ſic etiã qui oculos mentis, & deuotionis affectum ad Beatiſſimam Virginem intendunt. Quamuis enim per mare huius ſeculi ſcopulis & ſirtibus plenum enauigent per mille pericula procellarum & prædonum infernalium: facile tamẽ ad beatum patriæ littus perueniunt. Si enim gradus quibus in cælum eleuata eſt conſiderent, eamque imitari ſtudeant, per viam etiam inuiã inter Scyllam & Charibdim pertranſire poſſunt. Propter quod bene Innocentius ait, *Quibus auxilijs poſſunt naues inter tot pericula peruenire vſq; ad littus patriæ? Certè* inquit *per duo, ſcilicet per lignũ & per ſtellã*, ideſt per fidẽ crucis, & per virtutem lucis, quã peperit nobis Maria Maris ſtella. Bene autẽ ſtellę Maris cõparatur B. Virgo; tum quia ſtella maris nunquã occidit: tum quia viã nautis dirigit: tũ quia totum cęlum circa eam vertitur,

Per duo peruenitur littus patriæ.

tanquam circa centrum , aut certe maxime , omnium vicina eſt centro, circa quod omnia voluuntur ſidera.

Sicut enim ſtella maris nunquã occidit: ſic Beatiſſima ſemperque Virgo Maria nunquã occidit peccato originali vel actuali, nec vnquam verſa eſt ad occaſum: ſed ſemper ſupra oriſontem gratiæ perſtitit. Qua propter de illa canit D. Bernardus, *Stella ſemper rutilans ſemper clara.*

Candela accenſa in triduo Paſſionis quid repreſentet

Illam itaque Eccleſia repræſentat per lumen, quod in triduo paſſionis paſſionis nunquam extinguitur, cæteris candelis ex vtraque parte extinctis in candelabro triangulari. Sola enim relinquitur in vertice eius accẽſa, per quam repræſentatur Beatiſſima Virgo Maria, quia cæteris omnibus diſcipulis & Apoſtolis Chriſti in fide deficientibus, & ad occaſum gratiæ vergentibus, ipſa ſola in vertice Poli ſemper conſtitit, & à fide nunquam defecit, nec à gratia excidit.

Cereus Paſchalis quid pretendat.

Ille etiam Cereus Paſchalis, qui ante diem Reſurrectionis Chriſti accenditur, ſplendorem huius ſtellæ Maris nobis quaſi ante oculos ponit. Tẽpo-

re ſiquidem & tempeſtate Paſsionis, tamquam in media Maris tempeſtate fluctuantibus, quaſi fax accenſa, & pharus prætenditur periclitantibus ne ſubmergantur: ſed ad portum dominicæ Reſurrectionis fœliciter perueniſ aut. vnde canit Eccl. *Oramus te domine, vt Cereus iſte in honorem tui nominis conſecratus, ad noctis huius caliginem deſtruendam indeficiẽs perſeueret, & in odorem ſuauitatis acceptus ſupernis luminarib⁹ miſceatur, flammas eius Lucifer matutinus inueniat: ille inquam Lucifer, qui neſcit occaſum, ille qui regreſſus ab inferis humano generi ſerenus illuxit.*

Stella etiam maris viam nautis inter fluctus & vndas ad portum pandit, & Beatiſsima virgo Maria eſt ſtella, quæ per mare huius ſeculi nobis viam exemplo ſuo pandens, nos ad portum Paradiſi fæliciter deducit, vnde ait D. Bernar. hom. 2. ſuper Miſſus eſt, *Ne auertas oculos tuos à fulgore huius ſideris, ſi non vis obrui procellis. Si inſurgunt venti tentationum, ſi incurris ſcopulos tribulationum, reſpice ſtellam, voca Mariam.*

Ne igitur chariſsime in mari huius

mundi demergaris (inquit D. Bonau. in ſpeculo Serm. 3.) ſtellam ſequaris, Mariam imiteris, ſecuriſſimum eſt enim ipſam ſequi, ſicut idem Beatus Bernardus teſtatur dicens, *Ipſam ſequens non deuias, ipſam rogans non deſperas: ipſam cogitans non erras: Ipſa tenente non corruis: Ipſa protegente non metuis: Ipſa duce non fatigaris: ipſa propitia peruenis.*

Ecce ſtella quam viderant Magi in Oriente antecedebat eos, vſque dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer: Sic Maria Maris ſtella, eos qui ſuo vtuntur ductamine & exemplo, illamq; imitari ſtudent, ſemper antecedit vſquequo ad cælum deducat, vbi reſidet puer, ideſt Chriſt° Filius eius, qui ſemper eſt puer, quia ſemper naſcitur à Patre æterno, *Dominus dixit ad me Filius meus es tu, ego hodie genui te:* Semper enim Pater æternus ſeipſum intelligit, & intelligendo ſe, cõceptum ſui ipſius ſemper producit, &conſequenter ſuum verbum.

Stella ergo *iſta ſicut flamma coruſcat, & regem regum Deum demonſtrat*, vt canit Eccleſia: quod quamuis de ſtella, quæ

Magos ad preſepium perduxit, hoc intelligat, de Beatiſſima tamen virgine hoc merito dici poteſt. Nam *Sicut ſidus radium, profert Virgo filium*, inquit D. Bernardus.

Sſtella Maris omnium maximè immobilis.

Denique ſicut ſtella maris maximè omniùm vicina eſt centro, circa quod cæteræ omnes voluuntur: ita etiam B. Virgo maximè omniũ vicina eſt Deo, qui eſt centrum rerum omnium, quod quidem immobile in ſe permanẽs, dat cũcta moueri: omnia enim alia aliquo motu mouẽtur, aut ſecundum ſubſtãtiam, vt quæ generantur aut corrumpuntur; Aut ſecundum qualitatem, vt quę alterantur ſecundum habitum, vel diſpoſitionem; aut ſecundum Paſſionem vel paſsibilem qualitatem; vel ſecundum naturalem potentiam vel impotentiam; aut ſecundum formam vel figuram: Aut ſecundum quantitatem, vt quæ augentur vel minuuntur: Aut ſecundum locum, vt quæ ſurſum, vel deorſum, dextrorſum, aut ſiniſtrorſum, ante vel retro ferũtur. De⁹ autẽ nec ſecundũ vllam mouetur loci differentiam, nec ſecundum quan-

Digitized by Google

titatem, neç ſecundum qualitatem, nec ſecundum ſubſtantiam. Non ſecundum ſubſtantiam, quia purus actus eſt. Non ſecundum qualitatem, quia ſumme ſimplex eſt. Nō ſecundū quantitatem, quia immenſus eſt. Neç ſecundum locum, quia vbique eſt.

Et ſic Beatiſsima virgo, quæ omnium ſimplicium creaturarum propius ad Deum accedit, minus omnium mouetur, præſertim Paſsionibus & affectionibus iræ, inuidiæ ſuperbiæ, auaritiæ, gulæ, luxuriæ, & cæteris, quibus heu nimium cæteri homines mobili impetu feruntur. Et præterea, *Ipſa ſideri aptiſsimè cōparatur; quià ſicut ſine ſui corruptione ſidus, ſuū emittit radiū, ſic abſq; ſui læſione Virgo parturit filium. Nec ſideri radius ſuam minuit claritatem, nec Virgini filius ſuam integritatem. Ipſa eſt igitur nobilis illa ſtella ex Iacob orta, cuius radius vniuerſum orbem illuminat, cuius ſplendor & præfulget in ſupernis, & inferos penetrat, terras etiam perluſtrans, & calefaciens magis mentes quàm corpora: Ipſa inquam eſt prelara & eximia ſtella, ſuper hoc mare ſublata, micans meritis, illuſtrans exemplis. Ne auertas occulos à ful-*

gorè huius ſideris, ſi non vis obrui procellis, inquit D. Bernardus Serm. 2. ſuper Miſſus eſt. Quàmobrem merito etiam nomẽ Mariæ interpretatur illuminata ſeu illuminatrix, quod etiã rite cõpetit Beatiſsimæ Virgini. Fuit enim illuminata ſimul, & illuminatrix: illuminata inquam à Deo, & illuminatrix aliorum; Si enim filius eius eſt *lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Quidni putabimus propriam matrem illuminaſſe? Nos enim videmus quod lumen eò magis vnumquodque illuſtrat & illuminat, quò propius ad illud acceſſerit, vt ſi candela fuerit ſuper candelabrum accenſa, qui propius ad illam acceſſerit, copioſius ab illa illuminabitur. Cum igitur Chriſtus ſit lux vera (*Candor eſt enim lucis æternæ*) *& cum ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ Patris*, & Beatiſsima Virgo propius ad illum acceſſerit, tum affinitate ſpirituali, tũ etiã corporali conſanguinitate. Affinitate ſpirituali, quia mens eius fuit purior. Conſanguinitate etiam corporali, quia elegit eam Deus in

matrē, quid mirum, ſi dicamus illam cęteris omnibus abundantius & vberius à Deo illuminari? Cum præſertim accenſum ſit hoc lumen diuinum ſuper cādelabrum humanitatis ex illa aſſumptæ. Et quidem quoad affinitatem ſpiritualem, *Accedite ad eum & illuminamini, & facies veſtræ non confundētur*, dicebat regius Vates Pſalmo 33. verſ. 6.

Quoad affinitatem verò corpoream ſeu couſanguinitatem, *Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo*, poteſt nunc dicere Beatiſsima Virgo. Et ideò ſicuti lux corporea, quamuis in inſtāti, aut tempore ſaltem imperceptibili per totum diffundatur ſpatium: clarius tamē sēper illuſtrat loca viciniora quā remota. Sic credibile eſt quod lux illa diuina & incorporea, quamuis vbiq; diffundatur, & intimè preſens ſit rebus omnibus, maximè tamen illuſtrat eos qui propius illi accedunt, vnde ait D. Dionyſius quod ſuperiores ſpiritus immediate adeo illuſtrantur: inferiores verò recipiunt illuminationem per ſuperiores. Cum igitur lux illa diuina

iam iam corporea fieri vellet, aut lampade corporea in vtero Beatiſſimæ virginis vellet includi, cui dubiũ eſſe poterit quod hęc ſanctiſsima Virgo cæteris omnib' magis fuerit illuminata? Scimus enim lucẽ in lãpade incluſam, plus lampadem illuſtrare, quam cætera omnia. Quidni igitur *lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hũc mundum*, plus Virginem matrem, quã cætera omnia illuſtrarit, & illa poſtea ſic illuminata, hęc omnia inferiora vitæ ſuę ſplẽdore, & virtutũ exẽplis irradiarit? cæteriſqueomnib' præluxerit?

Luna plena, aut plenè à ſole illuminata ita totum ſuo ſplendore perfundit terrarum orbem, vt denſas licet noctis tenebras diſrũpat, cæcamq; tenebrarum caliginem diſcutiat, & viam viatori pandat, & quaſi facem illi prætendat & præferat Quanto magis igitur Beatiſſima Virgo Maria *Pulchra vt luna* à ſole iuſtitiæ illuſtrata & illuminata totum terrarum orbem ſplendore ſui luminis illuſtrat.

Ecce enim ſi magnum ſoli opponas aut exponas ſpeculum, radius in eius faciem vel ſuperficiem illiſus, ita refle-

ctitur, vt in loca etiã tenebroſa ſplẽdorem ſuum eiaculetur, & ſoli etiam inuiſa, & tetra caligine obſita illuſtrat & illuminat, itaut ſol in ipſis etiam angulis, aut domorum & locorũ receſſibus, quæ maximè à ſole ſunt remota & auerſa, relucere videatur, & vbi ſol nunquam viſus eſt eluceſcere putetur. Quanto magis igitur Beatiſſima Virgo, quæ dici poteſt ſpeculum ſine macula, cum radium ſolis æterni in ſuis viſceribus cõceptum, & è ſuis promicantem & prodeuntem præcordiis, atque in orbem effuſum & diffuſum, animas non ſolum Soli expoſitas: ſed etiã tetra peccatorum caligine obſitas, & à Sole iuſtitiæ auerſas ita illuſtrat & illuminat, vt ſol ipſe in illis etiam quæ ſemper in tenebris delituerant, & nunquã ſolis iubar viderant, nec in eis ſolis vnquã fulgor enituerat, videri videatur vnde merito illuminatrix poteſt dici.

Tres ſunt (inquiunt Theologi) Beatorum Spirituum in ſubditos & inferiores Spiritus actiones, purgare, perficere, & illuminare. Purgant enim & detergunt mentes, & animos inferiorum Spirituum, non quidem quoad

culpã, quia culpa peccati nulla in beatis poteſt eſſe purganda aut detergēda, cum ſint in termino, in quo amplius peccare non poſſunt, quandoquidem ſunt in gratia confirmati: ſed quoad Intelligētiam, ne errore in ſecretis Sacramentorum diuinorum cognoſcendis prolabantur.

Perficiunt etiam, quia complent & explent virtutem & actiones eorũ, vbi enim virtus inferiorũ ſufficere de ſe nõ poſſet ad intelligentiã alicuius miſterij diuini patefaciendã, adiuuat & perficit Superior, vt magis illuſtratus & illuminatus à Deo. Sic enim legimus in Daniele, quod Angel⁹, qui loquebatur cũ eo dixit principē Perſarũ reſtitiſſe ſibi viginti & vno diebus: ſed Michaëlē vnũ de Principib⁹ primis veniſſe in adiutoriũ eius, ac propterea perfecit & cõpleuit quod ipſe ſolus non poterat. Similiter cũ dixit Gabrieli, *Gabriel fac intelligere viſionē*, oſtendit operationem vnius, aliquando perfici ab alio. Nam viſionem quã viderat Daniel, Gabriel perfecit ſeu perfectè ediſſeruit.

Illuminant deniq; & illuſtrãt, quia ſecreta myſteria, quæ ſunt immediatè à

Deo ſupremis ſpiritibus reuelata, etſi quæ sūt forſitan, ſacris in Prophetarū ſcripturis velata & abſcondita: aut in futuris à libera voluntate contingentibus Superiori manifeſta, illa poteſt reuelare inferiori, & ſic eū illuminare.

Quāto magis igitur Beatiſ. V. M. quæ omnium creaturarum eſt filio Dei, qui eſt lux vera, maximè propinqua, & purgat, & perficit, & illuminat mentes hominum. Purgat inquam non ſolū à tenebris ignorantiæ, ſed etiā à ſordib⁹ nequitię, & prauis affectibus immūditię. Perficit etiam nō ſolū in operibus iuſtitiæ, ſed etiam in virtutibus, & profectibus gratiæ.

Atq; illuminat non ſolum in tenebris huius miſerię; ſed etiā deducit in itinere Patriæ, & perducit ad lumen glorię. Quapropter merito illuminatrix poteſt appellari.

Quarto deniq; & vltimo Maria interpretatur Domina. Mar enim Caldaïce idem eſt quod Sar, & Mir apud Arabes idē eſt quod Sir apud Gallos, ideſt Dominus ſeu Princeps. vnde Sara idem eſt quod Domina, ſeu prīceps fœmina.

Digitized by Google

Et ſimiliter à Mir Arabicè ſeu Mar Chaldaïce quod Dominũ ſignificat deducitur Mara ſeu Miria, ideſt domina ſic etiamnũ Chriſtiani ſancti Thomæ in India & Babylonia prælatos ſeu Epiſcopos Chaldeos vocãt Mar, vt Mar Abrahã, Mar Ioſeph, Mar Simeon, ideſt (vt Galli dicũt) ſir Abraham, ſir Ioſeph, ſir Simeon, vnde Maria idem eſt quod Sara, ideſt domina, ſeu principiſſa. Et certe Sara fuit vera virginis figura. Sara quippe fuit Abrahamo deſpõſata, qui Pater excelſus, vel Pater multarum gẽtiũ eſt nuncupatus; Et Beatiſſima virgo Maria Patri excelſo, ſeu Patri multarũ gẽtium, Deo ſcilicet Patri fuit deſpõſata, cum eius vnicum filium in terris produxerit. Qua propter dictum eſt ei ab Angelo. *Virtus altiſſimi obrumbrabit tibi*, Sara filium genuit, quẽ riſum vocitauit, quia *riſum* inquit *fecit mihi Domin⁹, & omnis qui audierit corridebit mihi*, Et Maria gaudium in ventre portauit. In Iſaac filio Saræ promiſſa eſt benedictio vniuerſæ terræ. Et in filio Mariæ completa eſt benedictio vniuerſæ creaturæ.

Cap. 51. ver. 2. *Attendite* ergo *ad Abraham Patrem veſtrũ, & ad Sarã quæ peperit vos*, Ait Iſaias Propheta, ideſt ad Chriſtũ Dominum, & ad Beatiſsimam virginem Mariam, quæ peperit filium Dei, per quem regenerati eſtis, & ſic aliquomodo poteſt dici peperiſſe vos, quia illũ peperit, per quem ad vitam æternam eſtis regenerati. Quod enim eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati inquiunt Philoſophi; & quæ mater generantis eſt etiam aliquando mater generati. Attẽdite igitur ad illã tanquam ad Saram & Dominam noſtram miſericordiæ matrem.

Verè enim rerum omnium dominafacta eſt, cum creatoris mater extitit, inquit D. Damaſc. & Cardinalis Petrus Damiani *data eſt* inquit *tibi omnis poteſtas in cælo & in terra*, & *rupertus* Cant. 4. *prædicabatur dete* inquit *quod ſis mater Chriſti, ac proinde regina cælorum, totum iure poſſidens filÿ regnũ*, D. quoque Anſelm⁹. Illã curia cæleſtis Dominam vocat, & materno iure cælorum regnum ſuum effeciſſe, Noſterque D. Bonau. *Virgo* inquit *reuera eſt Domina cæleſtium, terreſtrium & infernorum.*

Lib. 4. de fidei. cap 15.

In ſermo. de Natiui. deiparæ.

Lib. de excellenam Virginis. cap. 7.

ET

ET INGRESSVS ANGELVS AD EAM DIXIT AVE.

SERMO QVINTVS.

S*Vrge Aquilo & veni Auſter, perſla hortum meum, & fluent aromata illius*, ait ſponſa in Canticis cap. 4. v. 16. Quinam autem ſit iſte Aquilo, quinam verò Auſter, non vacat myſterio. Scio quidem ad litteram Aquilonem eſſe ventum Boream frigidiſſimum, à Septemtrione flantem in hyeme: Auſtrumverô eſſe ventum Meridionalẽ omnium calidiſſimũ,ſeu potius temperatiſſimum, quem propterea nonnulli Zephirum, alij fauoniũ nuncupant, qui educit flores & fru-

ctus in principio veris, ac propterea ſpõſã diuinit⁹ edoctã lepidè & cõcinnè dixiſſe, *Surge Aquilo, & veni Auſter, perfla hortũ meum, & fluent aromata illius:* Quando namq; incumbit Aquilo ſuper terram in hyeme, omnia rigent, omnia gelu, aut niue, aut glaciè, aut grandine ſunt concreta: terra torpet, frigus vrget, prata horrent, ſata rigent, homines frigẽt. *Frigid⁹ vent⁹ Aquilo flauit, & gelauit criſtall⁹ ab aqua* inquit Eccl.

Eccleſiaſticus c.43. v.23. Quando verò Auſter aut Zephyrus, & fauonius incipit in vere terram afflare, cõcretum gelu diſſoluitur, niues reſoluuntur, & glacies, ac grandines in ſuauem imbrem conuertuntur; terra floret, frigus ceſſat, prata virent, ſata rident, homines collætantur: & ideo tunc fluunt aromata hortorum floreſcentium, quia tunc in caules pubeſcẽtium frondium, ac calices naſcentium florum, baccaſq; turgentium fructuum virentes herbę, arboreſquę, & arbuſta prorumpunt, & ſuauis odor florum, fructuumq; ac frondium à vento per liquidum aëra diſpergitur.

Sed non arbitror ſpõſam ſpiritus ſan-

cti ſolum de ventis elementaribus proloquutam fuiſſe: Non enim de his ſtultarum iuuencularum lenocinijs,& voluptatibus cura eſt illi, quia non eſſet amica Dei, ſi has voluptatum illecebras requireret: aliquid igitur aliud debet latere ſub cortice litteræ. Quid igitur inquies? Audi& intelliges.

Ego nanq; arbitror per Aquilonem& Auſtrum duos Angelos intelligi, vnũ bonũ, alterum malũ, vnum lucis alterum tenebrarum; vnum ſalutis nuntium, alium mortis & dãnationis procuratorem: Gabrielẽ ſcilicet & dæmonem: Dæmonem inquàm primorum parentum deceptorem, qui eos in peccatum impulit, vnde mors & omnia mala poſtea ſunt ſubſequuta,& per totum orbem longè latéq; propagata, & multorum tandem damnatio æterna. Et ideo per Aquilonem merito poteſt dæmon intelligi, quia *ab Aquilone pãdetur omne malum ſuper omnes habitatores terræ*, ait Domin⁹ Ieremiæ primo v. 25. & rigor æternæ damnationis ab eo reprobis infligitur, *Ignis namq; grando, nix glacies, ſpiritus procellarũ pars calicis eorũ*.

Dæmon per Aquilonem repræſentatur.

& ipſe ſe ſeſſurum iactabatur, *in lateribus Aquilonis*, vt videre eſt apud Iſaiā c. 14. v. 13. vbi illum introducit dicentem *ſuper Aſtra cœli exaltabo ſolium meū, ſedebo in monte teſtamēti, in lateribus Aquilonis, aſcendam ſuper altitudinem nubium, & ero ſimilis altiſſimo.* Gabrielem vero ſignificari per Auſtrum ſuauemque Zephyrum & fauonium hyemis rigorem & frigora diſſoluentem, aërisque ac veris eſfloreſcentia tempora reducentem, ſatis clarum eſſe poteſt: ipſe enim nubilum omne diſcuſsit, longamq; hyemem & glaciem, qua totus orbis hactenus obriguerat diſſoluit.

Gabriel per Auſtrū ſignificatur.

Et propterea *Deus ab Auſtro veniet & ſanctus de monte Pharan,* præcinit in ſpiritu Prophetico Abacuch, ideſt poſtquam afflauerit Auſter Gabrielis, Deus veniet, & ſanctus de Mōte Pharan Beatiſ. ſcilicet Virginis, quia Pharan interpretatur frugifer vt ait D. Hieronymus de nominibus Hebraïcis; & Beatiſsimæ Virginis vter⁹ bene poteſt dici mons frugifer, quia Sola virgo fructū vitæ protulit.

Quæ eſt igitur ſponſa niſi Eccleſia?

Digitized by Google

quæ dicit ſurge Aquilo, abi in malam rem furcifer dæmon, ſurgere compellens dæmonem. Nam vt ait Chriſtus *Nunc princeps huius mundi eijcietur foras.*

Et veni Auſter Sanctiſsime ſcilicet & ſuauiſsimè Angele Dei Gabriel, perfla hortum meum, caſtiſsimum nempe & Virginitatis flore vernantem hortulũ Mariæ illam alloquens, & fluent aromata illius, ideſt virtutum & chariſmatum ſuaueolentia verba.

Videamus ergo quomodo venit Auſter, ideſt Gabriel, & quomodo perflat hortum illius, & in ſubſequentibus Sermonibus videbimus quomodo fluant aromata illius. *Et ingreſſus Angelus ad eam*, ecce quomodo venit Auſter Gabriel. *Dixit Aue*, ecce quomodo perflat hortum illius: cætera videbimus in ſubſequẽtibus. Et vt à primo exordiamur, *Ingreſſus Angelus ad eã. Diſce Virginẽ moribus diſce Virginem verecundia, diſce oraculo, diſce myſterio* inquit D. Ambr. l. 2. in Lucã, *Sola in penetralib⁹ quã nemo virorũ videret, ſolus Angelus reperiret, ſola ſine comite, ſola ſine teſte, ne quo degenere deprauaretur affatu* ait idẽ ibi-

Diuiſio & Ordo dicendorum.

Exemp.ũ mulierum.

dē. Non inuenit eam foris vagantem, non circumcurſantem per vicos & plateas, non in ſpectaculis & theatris ſpectantem, non in choreis cõpoſito gradu ad ſonitum & numerum muſicum ſaltantem, non in foro aut per compita oberrantem, non in alienis ædibus nugantem, non per lares & focos cum alijs mulierculis murmurantem: ſed in ſuo ſedulam cubiculo, ſed domi ſolitariã, in ſecreto & in abſcondito, æterno Patri ſeruientem, precibus & orationibus vt credere fas eſt vacantem, & meditationi & contemplationi, vt caſtam turturem & ſimplicem columbam decet, incumbentē. Vnde merito Iſaias in ſpiritu Prophetico c. 7. illam prȩuidens dicebat. *Ecce ſecreta ſeu abſcõdita concipiet, & pariet filium.* Vbi enim nos legimus, ecce Virgo cõcipiet & pariet filium, Hebraice habetur, ahalma, ideſt ſecreta & abſcõdita ſeu ἀποκρυφὴ concipiet vt Hier. interpretatur: & in Geneſi vbi Rebeca dicitur *alma*, legim⁹ Aquilam non adoleſcentulã nec puellam, ſed abſconditam tranſtuliſſe, *ergo* inquit D. Hieronymus in 7. cap. Iſaiæ

Alma quid ſignificet.

dicẽs Alma non ſolum puella vel virgo, ſed cũ ἐπιτάσει *virgo abſcondita dicitur & ſecreta, quæ nunquam virorum patuerit aſpectibus, ſed magna parentum diligentia cuſtodita ſit. Lingua quoque Punica, quæ de Hebræorum fontibus manare dicitur, proprie virgo Alma appellatur.* Non igitur eam foris curſitantem inuenit Angelus: ſed in cubiculo abſconditã, & turbas hominũ atque cõſortia procaciũ fugiẽtem. Quapropter dicitur *ingreſſus ad eam Angelus.*

Heſter quæ ita placuit magno regi Aſſuero *vt adamaret eam pluſquam omnes mulieres; & poneret diadema regni in capite eius, & faceret eam regnare in loco Vaſthi,* interpretabatur abſcondita, erat enim virgo abſcõdita viro, pulchra nimis, & decora facie, quando pueri & ſerui regis miſſi ſunt ad quærendam ei ſponſam regnaturam loco Vaſthi, quam è ſuis ipſe ædibus propter ſuperbiam & inobedientiam expulerat. *Exemplum Heſter.*

Caſta quoque Iudith quæ ita fuit grata & accepta Domino, vt ei victoriam de inimicis ſuis traderet, & amputaret caput Holofernis, erat etiã abſcõdita: *in ſuperioribus* quippe *domus ſuæ fecerat* *Exẽplum Iudith.*

ſibi ſecretũ cubiculum, in quo cum puellis ſuis clauſa morabatur, vt oſtenderet viduis, ac virginib⁹, immo & nuptis euagationes & circumcurſationes eſſe ſummopere fugiendas. Quandoquidem & Samnitum filiæ nimium vagæ, & curioſæ videndi ludos & ſpectacula Romæ edenda, raptæ ſunt à Romanis. Quamobrẽ Phydias pulcherrimam ſculpſit mulierem, domi ſedentem, nudis pedibus, teſtudinem prementem, cui ſimulachro hos verſus ſubſcripſit Alciatus Emblemate 195.

Me ſic effinxit Phidias, ſexumque referri,
Fœmineum noſtra iuſsit ab effigie:
Quodq; manere domi, & tacitas decet eſſe puellas.
Suppoſuit pedibus talia ſigna meis.

Mos Aegypti optimus.

Ægyptijs enim mulieribus olim non fuit licitum calceis vti, vt domi ſe continere cogerẽtur. Nam nihil eſt quod mulier magis abhorreat, quam videre ſe nudam in publico. Et Valerius Maximus teſtis eſt quoſdam ſuas repudiaſſe vxores, eò quod cum alijs fuiſſent collocutæ.

Hac enim de cauſa Sulpitius Gallus

vxorem ſuam dimiſit, quod eam aperto capite foris verſatam cognouerat, *Lex enim* inquit *tibi meos tantum præfinit oculos, quibus formam tuam approbes. His decoris inſtrumenta compara, his eſto ſpecioſa, horum te certiori crede notitiæ, vlterior tui conſpectus ſuperuacua irritatione accerſitus in ſuſpicione & crimine ſubhæreat neceſſe eſt*, prout refert Valer. Max. lib 6. capite de ſeueritate. *Repudium vxoris Sulpitii Galli ob quid.*

Ita Phidias Elienſibus mulierẽ finxit pro Dea pulchritudinis, quæ nudis pedibus teſtudinem premeret, idq; innuebat pulchram mulierem domi ſe continere debere; ſicut teſtudinem, quæ nunquã domo dilabitur; ſed ſemper illam quantumuis grauem ſuper humeros geſtat γυναικὶ γὰρ σιγή τε, καὶ τὸ σωφρονεῖν κάλλιστον, εἴσω θ' ἥσυχον μένειν δόμων inquit Euripides in Heraclidis: idemq; pæne docet Virgilius 2. Georg. vbi dicit, *Caſta pudicitiam ſeruat domus.*

Et Propertius ſubinde cecinit.

Felix Admeti coniux, & lectus Vlyſſis,
Et quæcunque viri fœmina limen amat:
Non illis ſtudium vulgo conquirere amãtes.
Illis ampla ſatis forma pudicitia.

Hoc etiam agalma Phidiæ eodem pene modo emblemate lepido expreſſit Hadrianus Iunius.

Teſtudo premitur pede, clauã dextra retẽtat:
Vacat obſtruendo dentium ſepto altera,
Nec vaga diſcurſet coniux neu futilis eſto,
Ipſamque cura opum tuendarum addecet.

Teſtudo quid ſignificet. Idem etiam annotauit Pierius lib. 28. hieroglyph. Cur autem teſtudo ſub pedibus eius ſit poſita, vnicuique facillimè conſtare poteſt, quia teſtudo nunquam domo digreditur, & quantumuis grauem humeris impoſitam habeat teſtam, tutius tamen eam gerere, & in ea ſeſe continere putat, quam ex ea dilabi, ne predæ pateat animãtiũ, aut pede proteratur. Quantumuis enim pedibus conculcetur, dummodo domi maneat, nihil illi mali, aut damni continget. Quod & de pulchra honeſtaq; muliere dicere poſſumus: dummodo enim domi ſeſe cõtineat, quantumuis humilis & abiecta eſſe videatur, ac penè conculcata: nihil etiã illi dedecoris, nihil mali eueniet.

Et quantumuis grauem habeat teſtã humeris impoſitam, in ſuportabilem-

que geſtet ſarcinam: honos tamē eius nulli patebit prædæ, & tutius ſemper ſe domi continebit, quàm ſi foras erumpat. Hinc Virginitatis & caſtitatis cultrices, diſcant domi ſeſe continere debere; Sicut faciebat Sāctiſſima Virgo; niſi ineſtimabilem virginei pudoris theſaurū amittere velint, aut famam ſaltem caſtitatis deperdere, parenteſq; ſuos probro & dedecore afficere, vt contigit Dinæ, quæ quia diuagari, & per vicos & plateas ciuitatis diſcurrere voluit, pudore amiſſo, & decuſſo virginitatis flore, reuerſa eſt domū. *Egreſſa eſt autē Dina filia Lya, vt videret mulieres regionis illius, quam cum vidiſſet Sichem filius Hemor Heuæi, princeps terræ illius, adamauit eam, & rapuit, & dormiuit cum illa, vi oprimens Virginem: Et conglutinata eſt anima eius cum ea, triſtēque deliniuit blanditÿs,* inquit ſacer textus. Geneſis 34.

Dina curioſa quāti cauſa mali.

Ecce quod vagis mulieribus huc illucque curſitantibus ſolet euenire: Virgo proceſſit, ſed corrupta receſſit. Sic ſolent mulieres vanæ & vagæ, ſinō corpore, ſaltem fama pollui. Sic & principes ſolent, & potentes huius ſe-

culi; quam non poſſunt prece nec pretio, vi rapere & cõprimere, & poſtea triſtem delinire blanditijs. Et quod peius eſt adglutinatur poſtea anima vnius cum anima alterius: itaut deinceps nolint nefaſtos deſerere concubitus, nec ab inuicem diuelli. Vnde poſtea ſequntur cædes.

Sicuti etiam contigit poſt raptum & ſtuprum Dinæ. *Arreptis enim duo filij Iacob Simeon & Leui frater eius, gladijs ingreſſi ſũt vrbem cõfidenter, interfectiſque omnib' maſculis, Hemor & Sichem pariter necauerunt, tollentes Dinam è domo Sichem ſororem ſuã.* Ecce cædes ecce cædes, nec ſatis hoc, *Nam irruerunt ſuper occiſos cæteri filij Iacob, & depopulati ſunt vrbem, in vltionem ſtupri,* inquit ſacer textus, ecce depopulationes & direptiones vrbiũ, ob vagæ Virginis ſtuprum. Oportebat quod Dina prodiret in publicum! vt ſpectatum procederet! Quanti cauſa mali eſt vana & vaga mulierum concurſatio? Nec ſatis hoc ad huc, nam infamia multa poſtea ſubſequitur, quæ nunquam poteſt deleri. Cum enim Iacob magno cum animi dolore ſtuprũ

Irriſio.

filiæ audiuiſet, & tot hominũ propterea cladem, vrbiſque direptionẽ, imo è pectore ſuſpiria trahẽs, &ingemiſcẽs, *Fœtere* inquit *me feciſtis Chananeis, & Pherezeis*, ſic enim nonnulli vertũt, vbi nos legimus, *Odioſum feciſtis me Chananeis & Phereſæis*, quaſi diceret, ante eram ille, de quo Pater meus Iſaac dicebat, *Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus*: nunc autẽ fœtere me feciſtis odore peſſimo, & odioſum me reddidiſtis omnib' hominib', quia fœtor malæ famę ex violato virginis vagę pudore, & cœdibus inde obortis naſcitur. Quam obrem non ſatis dignam matris familias nomine olim putabant mulierem, ſi in publico verſaretur. Et ideo Conſtantinus leg. Nemo Cod. de offic. diuer. iud. vetuit ne mater familias in publicum protraheretur, nempe ob verecundiam ſexus, leg. 2. verſ. 1. Cod. de ijs qui ven. ætat. imp. Sed & mulieres virorum cœtibus immiſceri non conuenit, ait Bonifacius in c. mulieres de iudicijs in 6. Et Plutarchus in eò quem de mulierum virtutibus ſcripſit libello, περὶ ἀρετῆς γυναικων,

Longè aliter inquit *ego de mulierum virtute ſentio, quam Thucydides. Is enim eam in primis landandam eſſe mulierem vult, de qua vel minimus aut in bonam, aut in malam partem rumor. Etenim cenſet optitime, vt corpus, ita & famam ſapientis fœminæ domi eſſe debere incluſam, neque in publicum exire debere. At mihi hac in parte concinius videtur Gorgias, qui mulieris non formā, ſed famā vult multis eſſe notā*, Hæc Plutarchus, cuius ſi propria verba audire mauultis, attēdite loquentē, οὐ τὴν αὐτὴν τῷ Θουκυδίδῃ γνώμην ἔχομεν, ὁ μὲν γὰρ, ἧς ἂν ἐλάχιστος ᾖ παρὰ τοῖς ἐκτὸς ψόγου περὶ ἢ ἐπαίνου λόγος, ἀρίστην ἀποφαίνεται. καθάπερ τὸ σῶμα. καὶ τοὔνομα τῆς ἀγαθῆς γυναικός οἰόμενος δεῖν κατάκλεισον εἶναι, καὶ ἀνέυδοξον. ἡμῖν δὲ κομψότερος μὲν ὁ γοργιας φαίνεται. κελεύων μὴ τὸ εἶδος, ἀλλὰ τὴν δόξαν εἶναι πολλοῖς γνώριμον τῆς γυναίκος.

Et Columella de re ruſtica in procemio 12. libri *Iure* inquit *à natura comparata eſt mulier ad domeſticam diligētiam: vir autem ad exercitationem forenſem & extraneam. Itaque viro calores & frigora perpetienda, cū etiam itinera & labores pacis ac belli, ideſt ruſticationis & militarium ſtipendiorum diſtribuit. Mulieri*

deinceps, quod omnibus his rebus eam fecerat inhabilem, domeſtica negotia curanda tradidit. Et quoniam hunc ſexum cuſtodiæ & diligentiæ aſsignauerat, idcirco timidiorem reddidit quàm virilẽ. Nam metus plurimum confert ad diligentiam cuſtodiendi. Et tamen nonnullæ mulieres, ita ſunt vagæ, quod ad inſtar Lunæ magis ſint obſcuræ & occultæ, quò magis Soli, ideſt viro, cui ſoli ſunt cõiunctæ, copulantur; & quò magis ab eo ſunt ſeiunctæ, maiori ambitu, & ſplẽdore renident, omniũ oculis conſpiciẽdæ: ſicut Luna, quæ quo magis à Sole recedit, magis eluceſcit, & maiori ambitu, & fulgore irradiata coruſcat. *Mulieres vagæ Lunæ comparatæ*

Sed iam videamus quomodo Auſter perflet hortum Virginis. *Et ingreſſus Angelus ad eam dixit Aue*, Nos igitur auram flatus & afflatus eius captantes, *Verbum bonum & ſuaue perſonemus illud Aue, quo initiata eſt noſtra redemptio,* inquit D. Bonau. in ſpeculo B. Virg. lect. 2. Ecce enim Sanctiſsimæ Virgini propter omnimodam culpæ carentiam, & omnimodam vitæ innocentis puritatem, merito in principio

Triplex væ. ſalutationis Angelicæ dicitur *Aue* ideſt ſine væ, vel abſque væ. Eſt autem triplex væ, vt idē ait ibidem, væ miſeriæ, væ culpæ, & væ pænæ: væ inquam miſeriæ originalis, væ culpæ actualis, & væ penæ infernalis. Vnde ait D. Ioannes in Apocalypſi cap. 8. *Audiui vocem vnius aquilæ volantis per medium cælum, & dicentis voce magna, væ, væ, væ, habitātibus in terra.* Merito igitur Angelus per *Aue quid ſignificet.* hoc verbum *Aue* ſalutationem ſuam eſt exorſus, vt oſtendetet Beatiſſimam Virginem omni væ carere. verbum enim hoc tribus tantum litteris conſtat a. v. e. A. quod eſt prima & priuatiua littera, patrem ſignificat, qui eſt prima ſanctiſſimæ Trinitatis perſona, & ab alio nō procedit: & ideo Hebraïce dicitur Ab vel Abba. V. ſignificat verbū, id eſt filium. Et E. ſignificat Spiritū Sanctum, qui Gallicè ſcribitur per E. *Tres perſonæ in B. V. per gratiā reſidentes.* Eſprit. Cum igitur hæ tres litteræ, tres ſignificent perſonas diuinas in Beatiſſima Virgine per gratiam reſidentes, merito illi dicitur *Aue*, ideſt ſine væ.

Quin & tribus tantum vicibus repe-

rimus

ſimus hoc verbum *Aue* dictum in Euã-gelio. Primo quidem B. V. quãdo erat conceptura filium Dei, cum ab Angelo Gabriele ill⸱ dicitur, *Aue gratia plena.*

Tribus tãtum vicibus Aue reperitur in Euangelio.

Deinde verò cum Chriſtus capitur in horto traditus à Iuda, ſalutatur per hoc verbũ *Aue* Accedens enim ad Ieſũ dixit *Aue rabbi* Matth. 26. 30. Deniq; cum ſpinea corona capiti eius imponitur: nam milites plectentes coronam de ſpinis, impoſuerunt capiti eius & veſte purpurea circũdederunt eum: Et veniebant ad eum; & dicebant, *Aue Rex Iudeorum*, Ioannis 19. Matth. 27. verſ. 29. & Marci 15. verſ. 18.

Quod quamuis ironice fuerit dictum, non tamẽ ironicè à Deo fuit permiſſum: ſed cum magno myſteriò, quia cum nihil ſub ſole ſine cauſa fiat, qui honores magno cum ludibrio ſe facere putabant; Deus qui nouit etiam ex malo bonum elicere, omnẽ ludibrium vertit in magnum myſteſterium. *Vos cogitaſtis de me malum, Deus autem vertit illud in bonum*, dicebat Ioſeph fratribus ſuis; & ſic myſticus Ioſeph Chriſtus dice re poteſt. Sed quod

Digitized by Google

Tria væ à Chriſto ſublata.

nam iſtud poteſt eſſe myſterium? Myſterium quidem hoc mihi eſſe videtur; quod cum Chriſtus veniſſet ad omne væ tollendum. Tribus vicibus illi *Aue* dicitur, quia tria tantum ſunt væ, originalis culpæ, actualis, & pænæ. Et quia in peccato non erat concipiendus, ſed tollebat væ originalis culpæ, nil mirũ ſi matri eũ concepturæ dicatur *Aue*. Et rurſus quia per paſſionẽ tollebat væ actualis culpæ, illi etiam paſſuro dicitur *Aue*. Et quia demum per coronam gloriæ, quam præfigurabat ſpinea corona capiti eius infixa, quæ cadere non poterat, tollit væ omnis pęnæ, illi dicitur *Aue*.

Et idcirco merito etiam Beatiſſimæ Virgini triplici de cauſa dicitur Aue, ideſt ſine vę: erat enim ſine væ originalis culpæ, ſine væ actualis malitiæ, & ſine væ perditionis æternę. Et vt de ſingulis pauca dicamus.

Primo conſiderandum eſt, quod Beatiſſima Virgo immunis fuit à væ & maledictione originalis culpæ, *Fundamenta* namq; *eius in montibus Sanctis, diligit Dominus portas Syon ſuper omnia*

tabernacula Iacob. Ideſt fundamenta conceptionis eius excelſiora ſunt, quā montes excelſi Sanctorum. Ipſa enim ſtatim adepta eſt confirmationem in gratia, quā vix ſublimiores ſancti poſt exactam præſentem vitam adipiſcuntur. Et ideò *diligit Dominus portas Syon*, per quas ſcilicet ingreſſa eſt in hunc mundum, *ſuper omnia tabernacula Iacob*, aliorum ſcilicet fidelium & electorum, qui per Iacob ſignificantur, qui ſupplantauit Eſaü, vt benedictionem patris acciperet. Eſaü enim rufus repreſentat dæmonem rufum, & venatorem animarum. Et ideò de electis dicitur *Iacob dilexi:* de reprobis verò, *Eſau autem odio habui.* Dilexit igitur Dominus portas Sion, ideſt cōceptionem & Natiuitatem Virginis, per quas ingreſſa eſt in hunc mundum, *ſuper omnia tabernacula Iacob*, Ideſt electorum, quia de illa, & non de alia naſci & ipſe voluit. Et idcirco conueniens erat, vt eſſet ſine væ originalis culpæ. Alioquin enim dæmon dicere potuiſſet Chriſto, mulier iſta prius fuit ſerua mea, quàm Mater tua.

Eſau quid repreſentet.

In iniuriam namq; cedit Filij, quicquid vertitur in ignominiam matris. Qua propter dicebat Regius vates. *Non accedet ad te malnm, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo*, quod quamuis de tabernaculo gloriæ cæleſtis poſſit intelligi, ad quam non poteſt accedere flagellum: de tabernaculo tamen Beatiſſimæ Virginis poteſt etiam exponi: de illa ſiquidem canit Eccleſia, *qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo*. Ad hoc igitur tabernaculum flagellum originalis culpæ non appropinquauit, quia vt ait idem vates, *Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus*, Sãctificauit inquam non poſt peccatum originale contractum: ſed in ipſa conceptione ante quamcũque peccati labem. *Nam Deus in medio eius non commouebitur. Adiuuabit eam Deus mane diluculo*. Diluculo autem & mane eam nõ adiuuaſſet, ſi illam prius in peccatum originale labi permiſiſſet in ipſo vitæ naſcẽtis exordio. Nã Deus non fuiſſet in medio eius per gratiam, ſi dæmoni ſubiecta fuiſſet per culpam. Sed valde fuiſſet commota & turbata, ſi in indi-

gnatione Dei eſſet concepta.

Vnde etiam fuit exempta à triplici væ naturalis miſeriæ, videlicet à væ miſeriç naſcentium, à væ miſeriæ parientium, & à væ miſeriç morientium. Væ miſeriç naſcentium, eſt vç fomitis nobis innati, quo ſecundum originalem corruptionem tam infirmi ad bonum, & tam proni ad malum ſumus. quod quilibet cum fomite natus dicere poſsit cum Hieremia cap. 10. *Væ mihi ſuper contritione mea, peſſima plaga mea,* Quod quãuis D. Hieronim[9] interpretetur de Hieruſalẽ, eò quod vehementer afflicta ſit, & plagã ſuſtineat inſanabilem. Ego tamen arbitror hoc de myſtica Hieruſalem, nempe anima intelligi debere, de qua dicitur, *Hieruſalem, quæ ædificatur, vt ciuitas,* hæc enim poteſt dicere ſtatim dum infunditur corpori, *væ mihi ſuper contritione mea, peſſima plaga mea. Ego autem dixi plane hæc infirmitas mea eſt, & portabo illam.* Quamuis enim ab Adamo fuerit actualiter contracta, quia tamen ipſe erat omnium Pater, in omnes hoc vitium transfudit poſteros, excepto Ieſu Chriſto per na-

Maria à triplici væ immunis.

turam, quia erat filius Dei, ſicut & fi-lius hominis. Ac Beatiſſima Vir-gine eius matre per gratiam, locus enim debet eſſe proportionatus lo-cato, *Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioquin dirumpet vi-num vtres, & vinum effundetur, & v-tres peribunt*: Sed vinum nouum in vtres nouos mitti debet inquit D. Marcus cap. 2. v. 22. Matth. cap. 9. v. 15. & D. Lucas cap. 5. v. 23.

Quodnam enim ſit iſtud vinum, niſi nectar diuinitatis Filij Dei? aut mu-ſtum humanitatis eius? *Quodnamq; bonum eius, & quod pulchrum eius ſi noſti, niſi frumentum electorum, & vinum ger-minans Virgines*, inquit Propheta Ma-lach.

Et quiſnam, vter niſi vterus Beatiſ-ſimæ Virginis: vter enim dicitur, qua-ſi vterus, aut vterus quaſi vter, quia vt vter recipit vinum gratiæ cæleſtis. Nō igitur decebat vt vinum nouum huius noui hominis, mitteretur in vtrem ve-terem, ideſt in vterum labe veteris ho-minis coinquinatum, *In maleuolam enim animam non introibit ſapientia, nec*

habitabit in corpore ſubdito peccatis, ideſt ſapientia diuina non introibit in animam aliquo vitio infectam, nec habitabit in corpore peccatis obnoxio. Et ideo ſi Beatiſſima Virgo peccato originali fuiſſet obnoxia, nunquam verbum diuinum ex ea carnē ſumpſiſſet. Quia ſi duo contraria ſeſe non poſſunt compati in eodem ſubiecto, multo minus, Deus & peccatum. Quamuis enim peccatum prius fuiſſet deletum, Caro tamen Virginis prius fuiſſet caro peccati, quàm Chriſti. Et ideo caro, quam aſſumpſiſſet Chriſtus de Virgine, non fuiſſet vndequaque puriſſima.

Vnde ſicut nos videmus, quod non poſſunt, ſe compati mixta, in quibus contrarietas elementorum reſidet, etiamſi videatur eſſe ſopita, vt patet in ſale & ferro candenti: ſed vnū ſtatim reſilit in aliud. Sic nec Chriſtus Virgini fuiſſet inſitus, ſi illa fuiſſet aliquando peccato originali infecta, etiamſi illud vitium per ſanctificationem fuiſſet deletum.

Quia nemo immitit cōmiſſurā panni rudis

in veſtimentum vetus, tollit enim plenitudinem eius à veſtimento, & peior ſciſſura fit, inquit ipſe Dominus Matth. 9. Marci 2. & Lucæ 5. Vbi pro cōmiſſura panni rudis, habetur commiſſura à nouo veſtimento, quaſi velit dicere. Si nemo commiſſuram à nouo veſtimento immittit in veſtimentum vetus; nec ipſemet Chriſtus, qui hoc dicit commiſſuram veſtimenti ſui noui, nempe humanitatis, quā aſſumere volebat immitere debuit in veſtimentum vetus, ideſt in corpus infectū veteri peccato, nempe originali: nullum enim in hominibus eſt ita vetus peccatum, ſicut originale. Non fuit igitur Beatiſſima virgo originali peccato infecta: ſed fuit ſine væ originalis culpæ. Et ideo etiam væ fomitis caruit, non enim vnquam ſenſit aliam legem in membris ſuis cōtradicentem legi mentis ſuæ.

Væ miſeriæ pariētium.

Fuit etiā immunis à væ miſeriæ pariētiū, de quo dictū eſt Euę Gene. 3. v. 16. *Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos, in dolore paries filios*. Fuit namque ſine grauedine grauida, & ſine dolore puerpera, Virgo ante partum,

Virgo in partu, & Virgo poſt partum. Vnde Auguſtinus ſerm. 3. de Natiuit. prout habetur in milleloquio, *O quam beata mater iſta eſt, quæ ſine contaminatione concepit munditiam, & ſine dolore peperit medicinam* inquit.

Væ autem prægnantibus & nutrientibus illis diebus, inquit Chriſtus Matth. 24. Væ inquam prægnantibus ex adulterio & fornicatione, quæ fætus ſuos elidunt, ne turpitudo earũ appareat, vt pleræque ſolent, quæ ſeſe ſimulãt Virgines, & tamen nil Virginitatis, niſi laruam & fucum habent. O maledictæ tales prægnantes, quæ prius filijs mortem conſciſcunt, quàm vitam tribuerint. Maledictę etiam prægnãtes, quæ peccatis conſcientiam nimium habẽt onuſtam, & grauidam, & tamen illa in confeſſione parere & pandere nolunt. *Colligata eſt enim inquitas Ephraim, abſconditum peccatũ eius, dolores parturientis venient ei*: inquit Oſeas cap. 13. v. 13.

Illique euenit, ſicut Ericio, de quo ait Pierius in Hierogliph. quod partum concepti in vtero fętus quantum poteſt protrahit, vnde dolores maxi- *Ericij parturientis Hieroglyphicum.*

mos poſtea perpetitur. Et idẽ illis ſicut iſtis animalib' eueniet, grãdi peccatorum cumulatorum ſarcina grauidis, quæ de die in diem differunt illa per confeſſionem edere: dolores enim vehemẽtes, & inſupportabiles patientur, quia *venerunt filij vſque ad partum, & virtus non eſt pariendi*, vt dicitur Eſa. 37. Sicut igitur mulier quæ cum venerit tempus pariendi parere nõ poteſt, dolores maximos perpetitur, & tamen moriatur neceſſe eſt. Sic & anima quæ per confeſſionem non parit peccata; dolores æternos patietur, & tamen morietur morte peccatorum peſſima. Væ igitur prægnantibus; ſed væ etiam nutrientibus huiuſcemodi, quę quamuis peccata per confeſſionem pariant, illa tamen adhuc ſemper nutriunt, aut nutriuntur in illis.

Aue autem Beatiſſimæ Virgini, quę fuit ab his omnibus parientium maledictionibus immunis. Sed *Aue* etiam, quia longè fuit à vę miſeriæ morientium, quod eſt væ reſolutionis mortalia corpora corrumpentis, quod qui-

dem vę homini inflictum eſt, quando in peccatum eſt prolapſus: tunc enim dictum eſt ei, *Puluis es & in puluerem reuerteris*. Gen. 3. Beatiſſima enim Virgo fuit ab hoc væ corruptionis poſt mortem præſeruata, quia in corpore & in anima fuit in cælum euecta. Nam ſicut ab originali peccato fuit per filium præſeruata, ſic à pœna huius peccati præſeruari debuit. Vbi enim non eſt peccatum, nec debet eſſe peccati corruptio.

Et ideò arca fœderis Domini intus & foris non ſolum deaurata fuit: ſed etiam de lignis Sethim imputribilibus confecta. Arca autem fœderis domini typus & figura fuit Beatiſſimæ Virginis, quia in illa Deus cum humana natura fœdus iniјt inuiolabile, cum noſtram naturam aſſumpſit.

Beata V. arcæ comparata.

Et hęc arca erat etiam intus & foris deaurata, quia interius gratia, exterius pulchritudine, & Virginitate erat ornata: nec vnquã interius, vel exterius vllum peccatum admiſit, nec interius in ventre matris, quãdo fuit concepta, originali ſorde fuit infecta: nec exte-

rius actuali culpa vitiata. Et ideo iurè meritò fuit etiam imputribilis, & à vitio corruptionis præſeruata.

Vnde ait Regius Propheta Pſ. 131. *Surge Domine in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ, Tam præclarum enim theſaurum dignius eſt cælum ſeruare, quam terram, tantamq; integritatē meritò incorruptibilitas, non putredinis vlla reſolutio ſequitur*, inquit D. Auguſt. de Aſſumptione Virginis lib. vnico cap. 6. tom. 9.

Hoc enim Corpus eſt arca Sanctiſſima Dei, quam decuit non putrefieri; Sed ad inſtar Filij ſui ante omnem putrefactionem ſuſcitari, ait etiam D. Bonau. in ſpeculo B. Virg. lect. 2. Vnde merito illi dicitur, *Aue* fuit enim ſine væ miſeriæ morientium, quia *prætioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius*.

De peccatoribus autem idem dicī non poteſt, quia *Mors peccatorum peſſima*. Qua de re ait Eccleſiaſticus cap. 41. *Væ vobis viri impij, qui dereliquiſtis legem Domini altiſſimi, & ſi nati fueritis, in maledictione naſcemini, & ſi mortui fueritis*

in maledictione pars veſtra erit.

Beatiſſima autem Virgo & in iuſtiſtia originali eſt concepta, & in gratia nata, & in charitate conſummata. Vnde merito illi dicitur *Aue.*

Sed poſtquam oſtendimus Beatiſſimam Virginem immunem fuiſſe à Væ naturæ ſeu originalis culpæ, quę naturã infecit & in cõceptione naſcentium, & in dolore parientium, & in corruptione morientium (hæc enim omnia ex peccato originali originem ſumpſere.) Nunc oſtendendum eſt, quomodo etiam immunis fuit à væ culpæ actualis. Eſt autem triplex væ culpæ actualis, nempe væ culpæ cordis, væ culpæ oris, & væ culpæ operis, de quibus omnibus videtur, Aquila in Apocalipſi proclamaſſe, *Væ, væ, væ, habitantibus in terra*, & de hoc triplici væ dicitur Eccleſiaſt. 21. *væ duplici corde, & labijs ſceleſtis, & manibus malefaciẽtibus;* Væ nãq; peccatorib' pro culpa cordis de quibus Iſaias cap. 29. verſ. 15. clamat *Væ qui profundi eſtis corde, vt à Domino abſcondatis conſiliũ, quorũ ſunt in tenebris opera, & dicũt quis videt nos, & quis nouit nos?*

Triplex væ culpæ actualis.

Peruerſa eſt hæc cogitatio veſtra, quaſi ſi lutũ contra figulum cogitet, & dicat opus factori ſuo. Non feciſti me, & figmẽtum dicat fictori ſuo, non intelligis.

Idem enim ſecreto videntur dicere creatori, qui profundi ſunt corde, & cogitant mala in cordibus ſuis, putãtque a Domino abſcondere conſilium, & quorum ſunt in tenebris opera, & dicunt quis videt nos? & quis nouit nos? omnia enim ſunt nuda & aperta oculis eius, *Scrutans* quippe *corda, & renes Deus. Quia tenebræ non obſcurabuntur à te & nox ſicut dies illuminabitur, ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius.*

Non eſt enim ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum.

Dominus diſſipat conſilia gentium, reprobat autẽ cogitationes populorum, & reprobat conſilia Principum. Sit abditiſſimũ quãtumlibet illud conſiliũ: Sit conſilium quod apud Reges dicitur Secretum, in intimo Regis cubiculo & penetrali per actum, vt erant conſilia Regis Syriæ: Deus tamen illud diſſipat, & reprobat, quãdo eſt inique tractatum, vt per Heliſeum Prophetam omnia huiuſce

Regis conſilia, & machinamenta diſſoluit. Vnde indignans & frendens Rex Syriæ. Quis inquit proditor mei eſt apud Regem Iſraël? cumque illi quis diceret Eliſeum eſſe Prophetam, qui indicat Regi Iſraël omnia quęcūque agit in conclaui ſuo: miſit currus & equites, omneque robur exercitus nocte ad illum capiendum; ipſi verò capti ſunt, & in medium Samariæ à viro Dei deducti, vt videre eſt 4. Reg. 6. Ecce igitur quomodo reprobat cōſilia principum. Immo diſſipat etiam cogitationes populorum, vt optime dixit Ioſeph fratribus ſuis, *Vos cogitaſtis de me malum, Deus aut vertit illud in bonum.* Quinetiam cum Nabuchodonoſor non recordaretur quid ſomniaſſet, & prius cogitaſſet, Deus illi oſtendit per Danielem dicentem, *Tu Rex cogitare cœpiſti in ſtratu tuo quid eſſet futurū poſt hac, & qui reuelat myſteria oſtendit tibi, quæ ventura ſunt: mihi quoque non in ſapientia, quæ eſt in me pluſquā in cunctis viuentibus ſacramentum hoc reuelatum eſt: ſed vt interpretatio Regi manifeſta fieret, & cogitationes mentis tuæ ſcires.*

Digitized by Google

Non igitur ſciebat cogitationes ſuas, niſi Deus reuelaſſet, melius ergo Deus illas cognoſcebat, quam ipſe.

Quapropter optime Eſaias ibidem ſubdit. *Peruerſa eſt hæc veſtra cogitatio, quaſi ſi figmentum dicat fictori ſuo, non intelligis. Peruerſa eſt enim hæc veſtra cogitatio, vt factorem putetis neſcire quod fecit, & creatorem ignorare creaturam ſuam* inquit in hunc locum D. Hieronym. Deus enim eſt intime præſens rebus omnibus, & maximè ſubſtantijs ſpiritualibus, vt animabus & Angelis, vnde Angeli non indigent Deo loqui, ipſe enim nouit abſcondita cordis. Væ igitur eis qui profundi ſunt corde, vt à domino abſcondant conſilium. Eſt enim prauè de Deo ſentire, aut fidē in illum non habere, immo & credere illum eſſe ignorantem, ac proinde non eſſe Deum, ſi putemus aliquid ſecreto cogitare, quod ipſe non norit.

Quapropter Chriſtus dicebat Phariſæis, qui cogitabant mala in cordibus ſuis, & putabant eum capere in ſermone, aut à Deo technas eorum abſcondi, ſicut & nunc temporis faciunt

ciunt hypocritæ,ſimulatores,& doloſi *Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ foris apparent hominibus ſpecioſa, intus autem plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia.*

O quam longe ab iſto væ fuit innocentiſſimũ cor Mariæ, inquit D. Bonau. in ſpeculo B.V. lect. 2. ipſa enim dicebat; *Et exultauit Spiritus me⁹ in Deo ſalutari meo.* Vnde euidenter oſtẽdebat nullam in corde ſuo eſſe prauam cogitationem. Spiritus enim humanus in Deo ſalutari exultare non poteſt, ſi in maligno cogitatu adhuc eſt inuolutus; *Cor ſiquidẽ machinans cogitationes peſſimas,* vnum eſt ex ſeptem quæ dicitur Deus odiſſe 6. Prouerb. v. 18.

Maria longe fuit ab omni væ cogitationis malæ.

Et ideo cum cor & Spiritus Beatiſſ. Virg. totus in Deo fuerit exhilaratus; & exultauerit in Deo ſalutari ſuo, certum eſt in eo nullam prauam cogitationem fuiſſe.

Spiritus enim meus ſuper mel dulcis canit nomine eius Eccleſia.

Longe etiã fuit à væ malæ dictionis.

Aue etiam merito Beatiſſimæ Virgini dicitur quia lõge fuit à peccato oris

quod eſt male de Deo, aut de proximo loqui, vel obloqui, & detrahere vnde dicitur Eſaiæ 5. v. 20. *Væ qui dicitis bonũ malum, & malum bonum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum*, vbi D. Hier. *Eiuſdem criminis eſt* (inquit) *bonum, Lucem, & dulce contrarijs vocare nominibus: cuius malum, tenebras, & amarum, vocabulis appellare virtutum.*

Sex ſpecies peccatorum ore perpetrantur. Sex igitur videntur eſſe ſpecies criminum, quæ ore perpetrantur. detractio, qua bonum negamus, vel malum eſſe dicimus: & ideo dicitur, *Væ qui dicitis bonum malum.* Adulatio, qua malũ laudamus, & dicimus eſſe bonum, nominaq; virtutum vitijs imponimus, vt auaritiam parſimoniam vocitantes: profuſionemq; appellantes liberalitatem, & cæt. *Laudatur enim peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniqu⁹ benedicitur.* Vt ait vates Pſal. 9. Iactantia, qua ponimus tenebras in lucem, cum nos ipſos, vel alios falſa laudatione extollimus, vt nos vel alios licet immeritos in honorem, officium, vel dignitatem extollamus, vt hypocritę facere ſolẽt, qui

Detractio.

Adulatio.

Iactantia.

indignis dignitates procurãt, de quib⁹ intelligi poteſt illud Iſa. c. 18. v. 1. *Væ terræ cymbalo alarũ* Iactabundus enim eſt ſicut cimbalũ tinniens, & alatũ, quia ſeſe per iactãtiã in aëra leuat, Qua propter dicebat idem Propheta c. 28. *Væ coronæ ſuperbiæ, ebrÿs Ephraïm, & flori decidenti, gloriæ exultationis eius.*

Calũnia, qua lucem ponimus in tenebras, vt illi, qui deditâ operâ virtutes aliorũ per inuidiam calumniantur, & quantũ fieri per eos poteſt, ſplendori nominis eorum tenebras offundũt, de quibus dicitur Iſa. 5. *Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo.* *Calũniæ.*

Mendaciũ, & periurium, quo amarũ ponimus in dulce, vt cũ mulier aliquid egit, quod non vult maritũ reſciſcere: aut filius vel filia, quod timent parẽtes vlciſci: tunc enim iurãt, & deierãt, ſe id nõ egiſſe, & ſæpe etiam mater pro filiis mentitur, & ponit amarũ in dulce, vt illos excuſet, ad pacem (vt dici ſolet) habendã. Quin & falſa plerũq; dicũtur teſtimonia, & amarum ponitur in dulce ad ſaluandam (vt aiunt) aliorum *Mendaciũ.*

vitam. Quibus dicitur Iſa. cap. 30. *Væ filij deſertores dicit Dominus, vt faceretis conſilium, & non ex me; & ordiremini telam, & non per ſpiritum meum, vt adderetis peccatum ſuper peccatum*, Peccatum enim ſuper peccatum addit, qui peccatorem mendaciter excuſat.

Maledictum. Maledictum deniq; tam in Deũ, quã in homines vibratum, ponit dulce in amarum. Quid enim Deo dulcius, à quo ſunt omnia bona, & tamen ponit omnẽ eius dulcedinem in amaritudinem, qui illi maledicit, aut blaſphemat, aut improperat. Et ſimiliter qui proximũ, & maximè qui filios, & filias diris deuouet, aut cõuitijs & improperijs vicinos afficit. Vnde ait Abac. 2. v. 15. *Væ qui potũ dat amico ſuo mittẽs fel ſuũ.*

Longe autem fuit ab iſto væ Beatiſſima Virgo, quia de illa canitur, *Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, Propterea benedixit te Deus in æternum*. Et rurſus, *fauus diſtillans labia tua ſponſa, mel & lac ſub lingua tua. Nihil enim toruum in oculis Mariæ, Nihil in verbis procax*, inquit D. Ambroſ. lib. 2. de Virgin.

In ore igitur Mariæ, non fuit fel & venenũ

diaboli: Sed mel & lac ſpiritus ſancti, inquit D. Bonau. in ſpeculo Virg. Ser. 2. §. 1. Qua propter merito dictum eſt illi *Aue*. At hoc non ſolum quia fuit immunis ab omni væ & maledictione linguæ: Sed etiam quia lõgè fuit ab omni væ & maledictione operis, de quo dicitur Eſa. 3. v. 11. *Væ impio in malum, retributio enim manuum eius fiet ei*, Nihil enim in actu eius inuerecundum fuit (inquit D. Ambroſ. lib. 2. de Virg.) Sed omnia opera eius in fide. *Maria lõge fuit ab omni væ mali operis.*

Et ipſa eſt, quæ merito poteſt dicere cum proauo ſuo Dauide, *Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea Regi*, Illa enim eſt cuius cor eructauit verbum bonum, nempe verbum Patris æterni, verbum quod erat in principio apud Deum, & Deus erat Verbum, Verbum per quod omnia facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Et illa etiam eſt, quæ propriè dicit & dicat opera ſua Regi. Nulla eſt enim alia ſimplex creatura humana, quæ hoc verè & totalites dicere poſſit. Nulla enim eſt, quæ integrè, & totaliter omnia opera ſua dicat & dicet Regi, quia ſemper *Pſal. 44.*

aliquod opus elabitur, quod non totaliter Deo, ſed aliquãdo mũdo, aliquãdo oſtentationi, aliquando carni, aliquando vanitati, aliquando etiam hipocriſi & vitio eſt dicatum. Et ideo dicit Eſa. c. 5. *Vę qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis.*

Sed in Beatiſſima Virgine nihil fuit vitio, nihil vanitati, nihil carni, nihil oſtentationi, nihil mundo dicatum: ſed totum Deo. Et ideo merito poteſt dicere, *Dico ego opera mea Regi.* Alij *namque opera ſua faciunt vt videantur ab hominibus, Nemo enim in occulto quicquam facit, & quęrit ipſe in palam eſſe.*

Triplex væ pœnæ ęternæ.

Deniq; Beatiſſima Virgo non ſolum immunis fuit à væ culpæ originalis, nec ſolum à væ culpæ actualis, ſed etiã à væ pœnæ gehennalis. Eſt autem triplex væ gehennalis pœnę, vę ſcilicet pœnę damni, væ pœnæ ſenſus, & væ remorſus conſcientiæ. Primum væ conſiſtit in priuatione & carentia viſionis diuinæ. Secundum vero conſiſtit in diuerſis tormentorum generibus, quibus damnati cruciabuntur. Tertium deniq; conſiſtit in conſidera-

Digitized by Google

tione breuis vitæ præteritę, propter quam amiſſum eſt Regnum cœlorum, & æternitatis pœnæ futuræ, quæ ſubſequetur in Barathro damnatorum.

Primum reſpicit magnitudinem pænarum. Secundum multitudinem ſuppliciorum. Tertium deniq; æternitatem tormẽtorũ. Primũ quidem reſpicit magnitudinem, quia tantus erit dolor animi, quãta erit põderatio boni amiſſi: Et ideo cũ immenſum ſit bonũ amiſsũ, immẽſa erit animi triſtitia.

Secundum pertinet ad multitudinẽ pænarũ, non enim vno tantũ plectentur ſuppliciorum genere: Sed omnibus tormentorum ſpeciebus. Qui nãque in omnibus peccauerunt ſenſibus, omnibus debent torqueri ſenſuum pænis, vt ſecundum quantitatẽ delicti, ſit & plagarum modus.

Tertium ſpectat ad æternitatem, in inferno enim nulla redemptio.

De his ergo tribus dici poteſt illud Apoc. 8. *Væ væ, væ, habitantibus in terra*, Væ enim damnatis propter pænæ magnitudinẽ. Væ dãnatis propter pænarum multitudinem. væ deniq; dãnatis

propter ſuppliciorum æternitatem.

Longè autem fuit Beatiſsima Virgo ab his omnibus pænis & maledictis gehennæ, cũ ſit in æterna gloria exaltata ſuper choros Angelorum ad cæleſtia regna. Merito igitur ingreſſus
Peroratio. Angelus ad eam dixit, Aue, quia fuit exemplum omnis pudicitiæ & longè fuit ab omni væ, gehennæ, atq; culpę.

Sed de nobis quid dicemus? nunquid etiam ſumus exemplum omnis modeſtiæ? & longè ab omni væ iniquitatis & culpæ?

Proh Deus immortalis ſumus potius in ſcãdalũ, & in exẽplum omnis immodeſtiæ, & immũditiæ; & in væ & maledictũ omnis culpæ & miſeriæ, *Væ Genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequã, filijs ſceleratis, dereliquerunt Dominũ, blaſphemauerunt ſanctum Iſraël, abalienati ſunt retrorſum*, inquit Iſaias cap. 1. v. 4. & capite 3. v. 9. *Væ animæ eorum quoniam reddita ſunt eis mala. Dicite iuſto quoniam bene, quoniam fructum ad inuentionum ſuarum comedet. Væ impio in malum, retributio enim manuum ſuarum fiet ei.*

AVE GRATIA PLENA.

SERMO SEXTVS.

NOn ſatis adhuc preſſimus, aut expreſsimus vim huius ſalutationis Angelicę: quamobrem calcanda iterum atque premenda & imprimenda mentibus veſtris eſt energia ſalutationis huius *Aue gratia plena.* Et primo adhuc ad examen reuocemus hoc verbum *Aue* & poſtea videbimus, quid ſibi velit Angelus pertitulũ,& encomium laudis, quo vocat Virginem gratia plenã Diuerſi enim apud diuerſas nationes ſunt ſalutandi modi. Hebrei ſiquidem dicunt *Schalom lac* ideſt *Pax tibi,* vt patet quia Chriſtus ſuos diſcipulos trina vice ſalutans ſemper dixit, *Pax*

Diuerſi ſalutandi modi apud diuerſas nationes.

vobis, & mittens diſcipulos ſuos ad prædicandum, ſemper idem repetijt, *primum dicite Pax huic domui*, ex quo apparet hanc fuiſſe ſolitam ſalutandi formulam Hebræis.

Græci verò dicunt χαῖρε ideſt gaude, vt patet apud Poëtam, qui de Pſitaco loquens, quem ſalutare Cæſarem Grecè docuerant ait, *Quis expediuit Pſitaco ſuum* χαιρε, *picaſq; docuit noſtra verba conari?*

Latini verò *ſalue* aut *Aue*, dicunt, vt euidenter conſtat ex aſſueta loquendi formula: hæc autẽ idiomata tunc erant in vſu apud Hebreos, quia materna aut vernacula lingua erat Hebrea, ſeu Siriaca quæ illi affinis eſt.

Græca etiam quia diu fuerant ſub imperio Græcorum, vt patet ex libris Machabeorum: & Latina etiam ſeu Romana, quia tunc erant ſub ditione Romanorum, & ideo nonnulli dubitarunt, qua lingua Angelus Virginem ſalutarit. Certe D. Lucas expreſſit Grecā ſalutandi formulam χαιρε Ianſenius verò putat Hebraice fuiſſe ſalutatam, vt pote vernacula lingua. Alijs autem videri poſſet fuiſſe potius ſalu-

tatã Latinè, cum iam imperiũ Romanum à multo tempore eſſet in Paleſtina introductum, & ſalutandi modus ſoleat in nationibus exteris inuehi ſimul cum imperio: immo & lingua, vt patet ex titulo ſuper crucem Chriſti affixo, qui ſcriptus erat Hebraicè Grecè & Latinè, & ex nationibus in quibus imperium Romanum maximè viguit Italia ſcilicet, Gallia, Hiſpania, quarum idiomata adhuc Latinè linguæ ſunt affinia.

Sed quicquid ſit de hac concertatione, quamuis veriſimilius ſit Hebraicè, ſeu vernacula ſalutatam lingua fuiſsè: D. tamen Lucas ſalutationem expreſsit ſecundũm conſuetudinem Greci (in quo ſcribebat) idiomatis: ſatis eſt quocumque modo eam ſalutarit, miram habere in quolibet idiomate ſignificationem ſalutationem eius, nam *Schalom lac*. Seu Pax tibi ſignificabat Soli Virgini pacem eſſe datam, nondum enim generi humano erat reconciliatus Deus: Sed numquam à Beatiſsima Virgine fuit auerſus, quia ſine mortali peccato nõ ſolũ,

ſed etiam ſine veniali vixit: immo ſine originali concepta eſt, quod nulli alteri conceſſum eſt, niſi eius filio. Et præterea tantã habebat interi⁹ & exterius pacem coram Deo, ſecũ, & cum proximo, vt ei ſoli hæc ſalutatio competeret, *Pax tibi*: Alij enim omnes omnimodam pacem non habent. *Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem*, Quia remanet in nobis fomes peccati. Vnde dicebat Apoſtolus, *Sentio aliam legem in membris meis, contradicentem legi mentis meæ*, In ipſa verò non fuit lex concupiſcentiæ, nec fomes peccati, nec concupiſcentia carnis aduerſus ſpiritum: ſed lex illa fuit ſublata, & fomes extinctus, emortuaq; concupiſcentia.

Et ideò iure merito illi dicit Angelus *Pax tibi*, præſertim cum ipſa in ſe reconciliauerit ima ſummis, terrena cœleſtibus, humana, diuinis. Nam in ea tam arcto confœderata ſunt nodo, vt numquam fuerint ab inuicem ſeparata diuina humanaq; natura.

Si etiam græcè hæc eadem recenſeantur verba ab Angelo pro-

Digitized by Google

lata, non abs re illi dicitur χαῖρε, ideſt gaude; quia ſola Beatiſsima Virgo ante aduentum Chriſti habuit occaſionem gaudendi, cum numquam fuerit in culpa, ex qua omnis luctus proceſsit: qui nãq; in peccato ſunt cõcepti, occaſionem non habent gaudendi, ſed potius mœrendi, quia illos multa mala ſequntur; & ideo omnes homines in hunc mundum venientes, tanquam in vallem miſeriarũ deiecti & exules, ſtatim incipiunt flere & lamentari, quaſi dolentes vicem ſuam, antequam perfectam cognitionem habeant, quòd propter peccatum primorum parentum è paradiſo voluptatis in tam lugubre exilium ſunt detruſi. In hoc autem exilium licet B. Virgo fuerit etiam per Natiuitatem demiſſa, quia tamen id ſine vllo tam actuali quã originali peccato illi obuenit, ſed ſolum ad maius meritum & premium adipiſcendum; occaſionem propter hoc dolendi non habuit, ſed potius gaudendi, ſicut qui ſponte propter ſolum Dei amorem, & non propter ſua flagitia vel facinora aſperri-

nam finis pœnitentiam, aut vitam agit aſperam, vel mortem perpetitur cruentam & crudelem (qualem pœnitentiam fecit, & vitam egit, ac mortem pertulit D. Ioannes Baptiſta) occaſionem non habet mærendi, ſed potius gaudendi: & ideo cum Beatiſſima Virgo nullo vnquam facinore fuiſſet polluta, nec in Adā, nec in ſe; aut in Deum peccaſſet, vel in proximum, quicquid perpeteretur in hoc mundo mali, ei ſemper potius in gaudiū, quam in mærorem verti debebat; cum in meritum & præmium illi redundaret. Dulce eſt enim ſine vlla ſcelerum conſcientia propter Deum pati: quapropter illi merito dicitur χαῖρε, id eſt gaude vel lætare.

Et potius hoc verbo vſus eſt Angelus, quam alio: aut ſaltem Euangeliſta, qui ſalutationem Angelicam græco ſermone retulit, Spiritu ſancto dictante: quamuis multa alia eiuſdem ſignificationis ſint apud Græcos verba. Nam verbum χαῖρε à charitate aut gratia videtur apud Græcos deductum, vel ſaltem ad nomen Charita-

tis & gratiæ accedere. χαρίς enim χάριτος Charitatē ſignificat apud Græcos & gratiam. vnde χαῖρε quod inde videtur eſſe deſumptum ſignificat quidem ga udere, ſed quaſi cum Charitate, quare Angelus qui gratia plenā nomine Deì ſalutat Beatā Virginem, merito ait χαίρε κεχαριτωμένη, quaſi vellet dicere , gaudè cum Charitate gratia plena.

Quod ſi velimus hanc etiam ſalutationē Latinè examinare , non abſre inueniemus Latinū Interpretem vertiſſe *Aue gratia plena.* Prima ſiquidem dictio *Aue* videtur nomen *Euæ* penitus inuertere , & euertere : Si enim conuertas hoc vocabulum *Aue* pro *Aue* inuenies *Eua* , &pro *Eua* inuenies *Aue* , quaſi hæc ſalutatio ſtatim aprimordio velit innuere , quod nomen Euæ mutatum eſt in Maria , & maledictio quæ propter peccatū inflicta eſt Euę , conuerſa eſt in benedictionem Mariæ. *Eua enim luxit , iſta exultauit: Eua lachrymas , Maria gaudium in ventre portauit ; quia illa peccatorem, iſta edidit Innocentem. Mater generis no-*

aliquod opus elabitur, quod non totaliter Deo, ſed aliquādo mūdo, aliquādo oſtentationi, aliquando carni, aliquando vanitati, aliquando etiam hipocriſi & vitio eſt dicatum. Et ideo dicit Eſa. c. 5. *Vę qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis.*

Sed in Beatiſſima Virgine nihil fuit vitio, nihil vanitati, nihil carni, nihil oſtentationi, nihil mundo dicatum: ſed totum Deo. Et ideo merito poteſt dicere, *Dico ego opera mea Regi.* Alij *namque opera ſua faciunt vt videantur ab hominibus, Nemo enim in occulto quicquam facit, & quęrit ipſe in palam eſſe.*

Triplex væ pænæ ęternæ.

Deniq; Beatiſſima Virgo non ſolum immunis fuit à væ culpæ originalis, neç ſolum à væ culpæ actualis, ſed etiā à væ pœnæ gehennalis. Eſt autem triplex væ gehennalis pœnę, vę ſcilicet pœnę damni, væ pœnæ ſenſus, & væ remorſus conſcientiæ. Primum væ conſiſtit in priuatione & carentia viſionis diuinæ. Secundum vero conſiſtit in diuerſis tormentorum generibus, quibus damnati cruciabuntur. Tertium deniq; conſiſtit in conſidera-

Digitized by Google

tione breuis vitæ præteritę, propter quam amiſſum eſt Regnum cœlorum, & æternitatis pœnæ futuræ, quæ ſubſequetur in Barathro damnatorum.

Primum reſpicit magnitudinem pænarum. Secundum multitudinem ſuppliciorum. Tertium deniq; æternitatem tormẽtorũ. Primũ quidem reſpicit magnitudinem, quia tantus erit dolor animi, quãta erit põderatio boni amiſſi: Et ideo cũ immenſum ſit bonũ amiſsũ, immẽſa erit animi triſtitia.

Secundum pertinet ad multitudinẽ pænarũ, non enim vno tantũ plectentur ſuppliciorum genere: Sed omnibus tormentorum ſpeciebus. Qui nãque in omnibus peccauerunt ſenſibus, omnibus debent torqueri ſenſuum pænis, vt ſecundum quantitatẽ delicti, ſit & plagarum modus.

Tertium ſpectat ad æternitatem, in inferno enim nulla redemptio.

De his ergo tribus dici poteſt illud Apoc. 8. *Væ væ, væ, habitantibus in terra*, Væ enim damnatis propter pænę magnitudinẽ. Væ dãnatis propter pænarum multitudinem. væ deniq; dãnatis

propter ſuppliciorum æternitatem.

Longè autem fuit Beatiſsima Virgo ab his omnibus pænis & maledictis gehennæ, cũ ſit in æterna gloria exaltata ſuper choros Angelorum ad cæleſtia regna. Merito igitur ingreſſus
Peroratio. Angelus ad eam dixit, Aue, quia fuit exemplum omnis pudicitiæ & longè fuit ab omni væ, gehennæ, atq; culpę.

Sed de nobis quid dicemus? nunquid etiam ſumus exemplum omnis modeſtiæ? & longè ab omni væ iniquitatis & culpæ?

Proh Deus immortalis ſumus potius in ſcãdalũ, & in exẽplum omnis immodeſtiæ, & immũditiæ; & in væ & maledictũ omnis culpæ & miſeriæ, *Væ Genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequã, filijs ſceleratis, dereliquerunt Dominũ, blaſphemauerunt ſanctum Iſraël, abalienati ſunt retrorſum*, inquit Iſaias cap. 1. v. 4. & capite 3. v. 9. *Væ animæ eorum quoniam reddita ſunt eis mala. Dicite iuſto quoniam bene, quoniam fructum ad inuentionum ſuarum comedet. Væ impio in malum, retributio enim manuum ſuarum fiet ei.*

AVE GRATIA PLENA.

SERMO SEXTVS.

NOn ſatis adhuc preſſimus, aut expreſsimus vim huius ſalutationis Angelicę: quamobrem calcanda iterum atque premenda & imprimenda mentibus veſtris eſt energia ſalutationis huius *Aue gratia plena.* Et primo adhuc ad examen reuocemus hoc verbum *Aue* & poſtea videbimus, quid ſibi velit Angelus per titulū,& encomium laudis, quo vocat Virginem gratia plenā Diuerſi enim apud diuerſas nationes ſunt ſalutandi modi. Hebrei ſiquidem dicunt *Schalom lac* ideſt *Pax tibi,* vt patet quia Chriſtus ſuos diſcipulos trina vice ſalutans ſemper dixit, *Pax* *Diuerſi ſalutandi modi apud diuerſas nationes.*

vobis, & mittens diſcipulos ſuos ad prædicandum, ſemper idem repetijt, *primum dicite Pax huic domui*, ex quo apparet hanc fuiſſe ſolitam ſalutandi formulam Hebræis.

Græci verò dicunt χαῖρε id eſt gaude, vt patet apud Poëtam, qui de Pſitaco loquens, quem ſalutare Cæſarem Grecè docuerant ait, *Quis expediuit Pſitaco ſuum* χαιρε, *picaſq; docuit noſtra verba conari?*

Latini verò *ſalue* aut *Aue*, dicunt, vt euidenter conſtat ex aſſueta loquendi formula: hæc autē idiomata tunc erant in vſu apud Hebreos, quia materna aut vernacula lingua erat Hebrea, ſeu Siriaca quæ illi affinis eſt.

Græca etiam quia diu fuerant ſub imperio Græcorum, vt patet ex libris Machabeorum: & Latina etiam ſeu Romana, quia tunc erant ſub ditione Romanorum, & ideo nonnulli dubitarunt, qua lingua Angelus Virginem ſalutarit. Certe D. Lucas expreſſit Grecā ſalutandi formulam χαιρε Ianſenius verò putat Hebraice fuiſſe ſalutatam, vt pote vernacula lingua. Alijs autem videri poſſet fuiſſe potius ſalu-

tatā Latinè, cum iam imperiū Romanum à multo tempore eſſet in Paleſtina introductum, & ſalutandi modus ſoleat in nationibus exteris inuehi ſimul cum imperio: immo & lingua, vt patet ex titulo ſuper crucem Chriſti affixo, qui ſcriptus erat Hebraicè Grecè & Latinè, & ex nationibus in quibus imperium Romanum maximè viguit Italia ſcilicet, Gallia, Hiſpania, quarum idiomata adhuc Latinè linguæ ſunt affinia.

Sed quicquid ſit de hac concertatione, quamuis veriſimilius ſit Hebraicè, ſeu vernacula ſalutatam lingua fuiſsè: D. tamen Lucas ſalutationem expreſsit ſecundum conſuetudinem Greci (in quo ſcribebat) idiomatis: ſatis eſt quocumque modo eam ſalutarit, miram habere in quolibet idiomate ſignificationem ſalutationem eius, nam *Schalom lac*. Seu Pax tibi ſignificabat Soli Virgini pacem eſſe datam, nondum enim generi humano erat reconciliatus Deus: Sed numquam à Beatiſsima Virgine fuit auerſus, quia ſine mortali peccato nō ſolū,

ſed etiam ſine veniali vixit: immo ſine originali concepta eſt, quod nulli alteri conceſſum eſt, niſi eius filio. Et præterea tantã habebat interiꝰ & exterius pacem coram Deo, ſecũ, & cum proximo, vt ei ſoli hæc ſalutatio competeret, *Pax tibi*: Alij enim omnes omnimodam pacem non habent. *Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem*, Quia remanet in nobis fomes peccati. Vnde dicebat Apoſtolus, *Sentio aliam legem in membris meis, contradicentem legi mentis meæ*, In ipſa verò non fuit lex concupiſcentiæ, nec fomes peccati, nec concupiſcentia carnis aduerſus ſpiritum: ſed lex illa fuit ſublata, & fomes extinctus, emortuaq; concupiſcentia.

Et ideò iure merito illi dicit Angelus *Pax tibi*, præſertim cum ipſa in ſe reconciliauerit ima ſummis, terrena cœleſtibus, humana, diuinis. Nam in ea tam arcto confœderata ſunt nodo, vt numquam fuerint ab inuicem ſeparata diuina humanaq; natura.

Si etiam græcè hæc eadem recenſeantur verba ab Angelo pro-

lata, non abs re illi dicitur χαῖρε, ideſt gaude; quia ſola Beatiſsima Virgo ante aduentum Chriſti habuit occaſionem gaudendi, cum numquam fuerit in culpa, ex qua omnis luctus proceſsit: qui nãq; in peccato ſunt cõcepti, occaſionem non habent gaudendi, ſed potius mœrendi, quia illos multa mala ſequntur; & ideo omnes homines in hunc mundum venientes, tanquam in vallem miſeriarũ deiecti & exules, ſtatim incipiunt flere & lamentari, quaſi dolentes vicem ſuam, antequam perfectam cognitionem habeant, quod propter peccatum primorum parentum è paradiſo voluptatis in tam lugubre exilium ſunt detruſi. In hoc autem exilium licet B. Virgo fuerit etiam per Natiuitatem demiſſa, quia tamen id ſine vllo tam actuali quã originali peccato illi obtuenit, ſed ſolum ad maius meritum & premium adipiſcendum; occaſionem propter hoc dolendi non habuit, ſed potius gaudendi, ſicut qui ſponte propter ſolum Dei amorem, & non propter ſua flagitia vel facinora aſperri-

mam ſubit pœnitentiam, aut vitam agit arduam, vel mortem perpetitur cruentam & crudelem (qualem pœnitentiam ſubijt, & vitam egit, ac mortem pertulit D. Ioannes Baptiſta) occaſionem non habet mærendi, ſed potius lætandi: & ideo cum Beatiſſima Virgo nullo vnquam facinore fuiſſet obſtricta, nec in Adã, nec in ſe; aut in Deum peccauiſſet, vel in proximum, quicquid perpeteretur in hoc mũdo mali, ei sẽper potius in gaudiũ, quam in mærorem verti debebat; cum in meritum & præmium illi redundaret. Dulce eſt enim ſine vlla ſcelerum conſcientia propter Deum pati: quapropter illi merito dicitur χαῖρε, id eſt gaude vel lætare.

Et potius hoc verbo vſus eſt Angelus, quàm alio; aut ſaltem Euangeliſta, qui ſalutationem Angelicam græco ſermone retulit, Spiritu ſancto dictante: quamuis multa alia eiuſdem ſignificationis ſint apud Græcos verba. Nam verbum χαῖρε à charitate ſeu gratia videtur apud Græcos deductum, vel ſaltem ad nomen Charita-

tis & gratiæ accedere. χαρίς enim χάριτος Charitatē ſignificat apud Græcos & gratiam. vnde χαῖρε quod inde videtur eſſe deſumptum ſignificat quidem gaudere, ſed quaſi cum Charitate, quare Angelus qui gratia plenā nomine Dei ſalutat Beatā Virginem, merito ait χαίρε κεχαριτωμένη, quaſi vellet dicere, gaudè cum Charitate gratia plena.

Quod ſi velimus hanc etiam ſalutationē Latinè examinare, non abſre inueniemus Latinū Interpretem vertiſſe *Aue gratia plena*. Prima ſiquidem dictio *Aue* videtur nomen *Euæ* penitus inuertere, & euertere: Si enim conuertas hoc vocabulum *Aue* pro *Aue* inuenies *Eua*, & pro *Eua* inuenies *Aue*, quaſi hæc ſalutatio ſtatim a primordio velit innuere, quod nomen Euæ mutatum eſt in Maria, & maledictio quæ propter peccatū inflicta eſt Euę, conuerſa eſt in benedictionem Mariæ. *Eua enim luxit, iſta exultauit: Eua lachrymas, Maria gaudium in ventre portauit; quia illa peccatorem, iſta edidit Innocentem. Mater generis no-*

ſtri pœnam intulit mundo: genitrix Domini noſtri ſalutem attulit mundo: auctrix peccati Eua: auctrix meriti Maria. Eua occidendo obfuit, Maria viuificando profuit. Illa percuſſit, iſta ſanauit. Pro inobedientia enim obedientia commutatur, fides pro perfidia compenſatur, inquit D. Auguſt. ſerm. 18. de ſanctis, qui eſt ſecundus de Annunt. Domini, vnde canit Eccleſia, *Sumens illud Aue Gabrielis ore, funda nos in pace mutans nomen Euæ.*

Antitheſis Euæ & Mariæ.

Nam ſicut inobediens facta, & ſibi, & vniuerſo generi humano cauſa facta eſt mortis: ſic Maria habens prædeſtinatum votum & tamen Virgo obediens & ſibi, & vniuerſo generi humano cauſa facta eſt ſalutis, inquit D. Ireneus lib. 3.

Euæ inobedientiæ nodus ſolutionem accepit per obedientiam Mariæ. Quod enim alligauit Virgo Eua per incredulitatem; hoc Maria ſoluit per fidem, ait idem D. Iren. ibidem.

De hoc eleganti carmine cecinit Arator lib 1. in Acta Apoſt. *Sancta Maria Dei genitrix intacta creantis.*

A natoque creata ſuo: mala criminis Euæ.
Virgo fæcũda fugat: nulla eſt iniuria ſexus.

Reſtituit

Reſtituit quam prima tulit perſona, ruinam.

Crudelis nimiũ Eua, per quam ſerpens antiquus peſtiferum etiam ipſi viro virus infudit: ſed fidelis Maria, quæ ſalutis Antidotum & viris & mulieribus propinauit. Illa miniſtra fuit ſeductionis, hæc propitiationis: illa ſuggeſſit præuaricationem, hæc interiecit redemptionem, inquit D. Bernardus Sermone de laudibus Mariæ.

Per fœminam mors, per fœminam vita: per Euam interitus per mariã ſalus: illa corrupta ſequuta eſt ſeductorẽ, hæc integra peperit ſaluatorem: Illa poculum à ſerpente propinatum libẽter accepit, & viro tradidit, ex quo ſimul mereretur occidi; hæc gratia cæleſti deſuper infuſa vitam protulit, per quam caro mortua poſſet reſuſcitari, inquit D. Auguſt. de Symbolo ad Cathecumenos lib. 3. cap. 4. Redditur nãq; pro fæmina, fæmina: „ Virgo prudens pro fatua, humilis pro „ ſuperba, *Aue* pro *Eua*, gratia plena pro „ ingrata. Et lib. de quinque hæreſibus cap 6. *Eua inobediens meruit pœnam, Maria obediendo conſequuta eſt gratiam: Illa guſtando prohibitum maledicta, hæc credens Angelo benedicta: illa nobis mortem contulit, hæc Virgo nobis vitam peperit.*

M

Eua quippe fuit mater morientiũ, ſanctiſſima verò virgo MARIA mater viuẽtiũ: illa viro fuit occaſio perditionis, MARIA verò ſingulis hominib' occaſio ſalutis. *Eua* omniũ prima virginitatẽ perdidit, Maria oĩm prima virginitatẽ Deo cõſecrauit: *Eua* per angelũ tenebrarũ ſeducta eſt, MARIA verò per angelũ lucis ſalutata, *Expugnatur mulier à muliere: prima aditũ & locũ introeũdi peccato dedit, hæc verò introeundi iuſtitiæ ſubſeruiuit & ancillata eſt: Illa conſiliũ ſerpentis amplexa atq; ſequuta eſt, hæc interfectorem ſerpentis præbuit & lucis auctorẽ peperit*, inquit D. Greg. Nyſſenus hom. de Natiuitate Chriſti.

S. quoq; Iuſtinus Martyr in Dialogo cum Triphone idipſum innuit dicens, *Homo natus eſt de Virgine, vt per quam viam fraude ſerpentis ſubintrauit inobedientia, per eandem ſequeretur venia. Cum enim integra Virgo eſſet Eua, concepto verbo ſerpẽtis, inobedientiam mortemq; peperit: At Virgo Maria poſtquam concepit fidem cum gaudio afferente ſibi Gabriele lætum nuntium reſpondit, fiat mihi ſecundum verbum tuum.*

Mors per Adam, vita per Chriſtum, Euam ſerpens ſeduxit, Maria Gabrieli conſenſit: ſed ſeductio Euæ attulit mortem, conſenſus

Mariæ peperit ſaluatorem: reſtauratur per Mariam quod per Euam perierat: per Chriſtum redimitur, quod per Euam fuerat captiuatum: Per Gabrielem promittitur, quod per diabolum fuerat deſperatum: denique peccatum aboletur per Chriſtum, quod per Adam fuerat cõtractum; redditur per Mariam vita, quæ per Euam fuerat interempta, inquit D. Chryſoſt. hom. de interdict. ab Adam.

Attendite fratres medicinalis gratiæ lineas diuina nobis benignitate mõſtratas. Tunc ad Euã Angelus malus acceſſit, vt per Euã homo quẽ Deus fecerat à Deo ſepararetur: nũc autẽ ad Mariã bonus Angelus venit, vt in ea humanę naturæ Dei vnigenitus vniretur. venit ad Euã diabol⁹, vt vitam nobis malignus auferret: venit ad Mariam Gabriel, vt vitam reddendam hominibus nunciaret, inquit S. Fulgent ſerm. de duplici Chriſt. Nati. Hanc etiam antitheſim Mariæ & Euæ innuit Dominus in creatione mundi, quia *vocauit Dominus aridam terram, congregationes autem aquarum appellauit Maria,* Gene. 1. Quid enim per terram ſignificetur, quid verò per aquam, quid demum per maria videamus.

Si nanque recreatio creationi correſpondet, iſta omnia non vacant myſterio. Vt igitur dicam quod ſentio. Per aridam terram intelligit Euam cui dicitur *puluis es & in puluerem reuerteris*, puluis enim eſt arida terra. Et Dauid ipſe dicebat, *In terra deſerta inuia, & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi.* Et Propheta clamabat, *Tu es terra immunda & non compluta.*

Eua terra arida.

Congregationes verò aquarum ſignificant cõgregationes gratiarum, quia ſæpiſſime ſacris in litteris aqua gratiam ſignificat, vt cum Chriſtus dicebat. *Qui biberit ex aqua, quã ego dabo ei non ſitiet in æternum, ſed fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam eternã.* Aqua enim à Deo data, & ſaliens in vitam æternã, eſt gratia, quæ datur à Deo, & ſalit in vitam æternam, quia gratia mutatur in gloriam. Quid eſt enim gloria niſi gratia conſummata? Et quid eſt gratia, niſi gloria in choata? & ideo non ſitiet in æternum, quia *Replebimur in bonis domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis nos Domine.*

Aqua gratiam ſignificat.

Per Mare denique Beatiſſima Vir-

Maria per mare ſignificatur.

go Maria repreſentatur, quia nomen Maria amarum mare ſignificat, propter amaritudines, quas ipſa ſubiit in Paſſione filij *Magna* enim *ſicut mare contritio tua*, ô Virgo Maria: beneque potes dicere, *Cibauit me abſinthio, potauit me amaritudinibus*, quia *tuam ipſius animam doloris gladius pertranſiuit*, Sed iſta modo ſileamus ſolum de gratia ipſi B. Vigini collata loquamur. Cõgregationes igitur aquarum appellauit Maria, per hoc ſignificans, quod ſicut in creatione aquarum congregationes Maria ſunt appellatæ: ſic in recreatione congregationes ſpiritualiũ aquarum ſeu gratiarum appellari debebant Maria, quia vt ait D. Bonauentura in opuſculo de laudibus Virginis cap. 6. *Sicut in Mari aquarũ, ſic in Maria sũt cõgregationes gratiarum. Tanta nãque profunditas, & magnitudo fuit in Maria, vt ipſa bene mare plenum dici poſſit.* Et certe magn⁹ gratiarũ cumulus erat neceſſari⁹ ad ſub eundum tantum mare Paſſionũ, quas Virgo Maria in morte filij erat paſſura.

Omnia igitur flumina intrant Mare vt ait ſapiens. Quia ſicut omnia flumi-

na quantumuis magnas aquarũ moles contraxerint ſecumque deuoluant, illæ tamen omnes intrãt in mare, & Mare propterea non reddundat, nec intumeſcit. Ita licet magnæ ſint gratiarum moles, quas omnes alij ſancti contraxerunt, magnaque chariſmatum fluenta, omnia tamen intrant Mare Beatiſſimæ Virginis Mariæ & tamen mare non redundat, nec intumeſcit ſuperbia bene ergo poteſt dicere gratia plena. *Et in plenitudine ſanctorũ detentio mea*, Vltra namque omnem ſanctorum plenitudinem ſeſe exporrigit & extendit plenitudo Virginis, quæ ipſum gratiæ pelagus inexhauſtum & immenſum in ſe concludit, & omnes aliorũ ſanctorum gratias & perfectiones in ſe includit & longè ad huc vlterius detentio eius ſe ſe extendit. *Ideo namque in plenitudine ſanctorum Mariæ detentio fuit, quia in mirifica perfectione ſua plenitudo perfectionis omnium ſanctorũ illi non defuit*, inquit D. Bonauentura.

Multos quidem plenos gratia fuiſſe legimus vt Beatum Stephanum Act. 6. *Stephanus enim plenus gratia & fortitudi-*

ne faciebat prodigia, & ſigna magna in populo. S. Ioannē Baptiſtam Lucæ. 1. dixit enim Angelus, *Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ*, Apoſtolos omnes Act. 2. *quia repleti sūt omnes S. S.* Vnde ait D. Bernardus. Hom. 3. ſuper, *Miſſus eſt. Legimus in Actis Apoſtolorum & Stephanum plenum gratia, & Apoſtolos fuiſſe repletos Spi. Sancto: ſed lōgè diſsimiliter à Maria: nec in Stephano habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter, quēadmodum in Maria: nec Apoſtoli conceperūt de Spiritu Sancto, quomodo Maria*. Nam vt ait Sophro. Ser. de Aſſump. & habetur inter opera D. Hiero. *Licet in ſanctis Patribus gratia fuiſſe credatur, non tamen eatenus plena, in Mariam verò totius gratiæ quæ in Chriſto eſt plenitudo venit, quanquam aliter*. Nā in Chriſto fuit per vnionē aut propter vnionē hypoſtaticā, in Maria verò per infuſionem gtatuitā. In Chriſto fuit ex proprio, in Maria verò ex alieno beneficio. In Chriſto fuit ex ſeipſo, in Maria verò ex dono. In Chriſto fuit tanquam in fonte omnis gratiæ, in Maria verò tanquam in alueo a fonte promanante.

Plenitudo gratiæ quadruplex.

Plenitudo quippe gratię alia eſt ſufficientiæ, quomodo, *Stephanus* dictus eſt, *Plenus gratia & fortitudine*. Alia eſt abundantiæ, quomodo dictum eſt, *omni habenti dabitur & abundabit*: Et hoc modo Apoſtoli dicti ſunt repleti Spiritu ſancto. Tertia dicitur ſuperabundantiæ, quomodo Beatiſſima Virgo dicitur, *gratia plena*: Quarta, dicitur determinationis immenſę, ſeu menſuræ indeterminatæ, quomodo verbum caro factum dicitur *Plenum gratiæ & veritatis*, Ioannis 1. Non enim dedit ei Deus *Spiritum ad menſuram*, Sed nos omnes de plenitudine eius acccepim⁹ Plus autem cæteris omnibus, quę propius ad illum acceſſit Beatiſſima ſcilicet Virgo, quæ Mater eius fuit. Quapropter ſicut de plenitudine Chriſti nos omnes accepimus. Sic *de plenitudine Beatiſſ. Virginis accipiunt omnes, captiuus redemptionem cæcus illuminationem, æger curationem, triſtis conſolationem, peccator veniam, iuſtus gratiam, Angelus lætitiam, Tota Trinitas gloriam, perſona Filij carnis ſubſtantiam*, inquit D. Bernardus Serm. de Verb. Apoc. 12. Quamobrē

De plenitudine Virginis omnes accipiunt.

nomine eius dicitur, *Venite ad me omnes qui concupiſcitis me, & à generationibus meis implemini*, vnicuiq; enim *data eſt gratia ſecundum menſurã donationis Chriſti*, Maria autem plenè ac penè ſine menſura, cum datus ſit illi ipſemet Chriſtus, in quo eſt immenſus gratiarum Theſaurus, immo fons indeficiẽs, & inexhauſta gratiarum abyſſus.

Eſt enim plenitudo fontis, plenitudo fluminis, plenitudo riuuli, & plenitudo vaſculi. Plenitudo fontis fuit in Chriſto. *Plenitudo fõtis fluuij riuuli, & vaſculi.*

Plenitudo fluminis fuit in Beatiſſima Virgine, quia *fluminis impetus lętificat Ciuitatem Dei, Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus*, Beatiſſimam ſcilicet Virginem, de qua dicitur *Hieruſalem quę ædificatur vt ciuitas.*

Plenitudo riuuli fuit in Beatis Apoſtolis, Ipſi enim fuerunt tanquam riui, per quos aqua doctrinę Chriſti, & fluẽta gratiæ eius ad nos ſunt deducta.

Plenitudo deniq; vaſculi eſt plenitudo ſingulorum Sanctorum, *vni* enim *dedit* Deus *quinq; talenta, alij duo, alij verò vnũ, vnicuiq; ſecundum propriam virtutem*

Digitized by Google

ſeu capacitatem.

Merito igitur poteſt dicere, *Et in plenitudine ſanctorũ detentio mea*, verè nãq; in plenitudine ſanctorũ detentio eius, cui non defuit fides Patriarcharũ, ſpes Prophetarũ, Zelus Apoſtolorum, conſtantia Martyrum, ſobrietas Confeſſorum, caſtitas Virginũ, fœcunditas cõiugatarum, nec puritas Angelorum.

Talibus nãque decebat Virginem oppignerari muneribus vt eſſet gratia plena, quæ dedit cælis gloriã, terris Deũ, pacemq; refudit, fidem gentibus, finem vitijs, vitæ ordinem, moribus diſciplinam, inquit Sophronius Ser. de Aſſum. inter opera diui Hieron.

Statuit aquas quaſi in vtre, ait regius vates, quid autem ſibi velit, nõ inutile erit diſquirere. Aliquid nãq; latet ſub cortice huius litteræ. Si enim ſtatuit aquas, quaſi in vtre, Quomodo adhuc fluunt & refluunt? Si verò fluunt & refluũt, quomodo ſtatuit eas quaſi in vtre? age igitur videamus quid hoc ſibi velit? Scio quidem dici poſſe Deum ſtatuiſſe aquas quaſi in vtre, quia *concluſit oſtijs mare*, & quaſi in vtre illud recluſit, *Quando appendebat fundamenta terræ, & legem ponebat aquis, ne tranſirent*

Digitized by Google

ſines ſuos. Sed aliquid aliud myſticè per hoc ſignificatur. Quid igitur? quod ſicut immenſas aquarũ moles in Mare ita reclusit, tãquã eſſent omnes in vtre. Sic omnes gratiarum cumulos per omnia aliorũ ſanctorũ fluenta diſperſos, in B. V. M. tanquam in Mare concluſit, vt aquas videatur ſtatuiſſe quaſi in vtre, & tunc præſertim. *Quando appendebat fundamenta terræ*, Humanitatis ſcilicet à verbo ſeu ſapientia diuina in vtero Virginis aſſumenda. *Et legem ponebat aquis* gratiarum, *ne tranſirent fines ſuos*, quia in pura creatura non poſſunt vltra hos fines pretergredi, quàm eligi & per gratiam diſponi adhoc vt fiat mater Dei. Si enim poteſt dari maior filius quã Deus, poterit dari maior mater quam mater Dei, & maior gratia matri, quã fieri mater Dei. Sed ſi nõ poteſt eſſe nec reperiri maior filius, quã Deus, nec maior mater quã mater Dei, nec maior gratia matris in ratione matris, quã fieri mater Dei. Et ideo legem poſuit aquis gratiarum ne tranſirent hos fines in ratione matris. *Quid enĩ sãctitatis, quid iuſtitię, quid religionis quid perfectionis sĩgulari huic Virgini deeſſe*

Fundamēta terræ conceptio humanitatis Chriſtĩ.

potuit, quæ totius diuinæ gratiæ Chariſmate plena fuit? inquit Petrus Damianus Serm. de Natiuitate Mariæ.

Vter quid ſignificet.

Statuit aquas quaſi in vtre, ideſt omnia gratiarum fluenta in Maria Virgine, quaſi in vtre. Vter enim dicitur ab vtero, aut vterus ab vtre, quia vterus eſt tanquam vter, & vter tanquam vterus, vnde in vtero Beatiſſimę Virginis Filius Dei, in quo ſunt omnes gratiæ Theſauri abſcōditi, fuit recluſus, & conſequenter omnes gratiæ quaſi in vtre ſunt ſtatutæ.

Pluuia in vellus.

Deſcendit quippe *ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram*, ſicut pluuia inquam in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram; quia longe amplior & vberior copia gratiarum effuſa eſt atq; diffuſa in vellus B. Virg. quam in cæteros omnes terrigenas, quia fons ipſe gratiarum in vterū eius delapſus eſt, cum omnibus gratiarū fluentis: in cęteros verò ſolùm per riuulos aut per ſtillicidia gratiarum prolabitur, & ideo in ipſam deſcendit ſicut pluuia in vellus quondam Gedeonis, in reliquos vero terrigenas ſi-

cut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram; guttatim ſcilicet in alios, vbi affatim & vbertim inundanti gratiarum copia in Beatiſſimam Virginem Mariã prolapſus eſt. *Rectè ergo Maria velleri comparatur, quæ ita concepit Dominum, vt toto eũ hauriret corpore, nec eius diſciſſuram corporis pateretur: ſed eſſet mollis ad obſequium. Solida ad ſanctimoniam. Rectè inquam Maria velleri comparatur, de cuius fructu ſalutaria populis veſtimenta texuntur. Vellus planè Maria eſt, ſiquidem de molli ſinu eius agnus egreſſus eſt, qui & ipſe Matris lanicium, hoc eſt carnem geſtans, molli vellere cunctorum operit vulnera peccatorum,* ait D. Ambroſ. Serm. 9. qui eſt terti⁹ de Natiuit. *Atq; idcirco gratia plena cognominata eſt, eo quod ab impletione Spiritus ſancti omnibus gratijs abũdarit*, inquit S. Athanaſius in Ser. de Sãctiſſima Deipara, *Et diſtillantibus cælis tota ſe ei infudit plenitudo diuinitatis, adeò vt ex hac plenitudine omnes accipiamus, qui ſine illa nonniſi terra arida ſumus*, ait D. Bernar. Ser. 2. ſuper Miſſus eſt.

Et Petrus Chriſologus Ser. 143. *Cæleſtis ergo imber Virgineum in vellus placido ſe*

infudit illapſu, & tota diuinitatis vnda bibulo ſe noſtræ carnis celauit in vellere, donec per patibulum crucis expreſſum, terris omnibus in pluuiam ſalutis effunderet.

Bene ergo dicitur gratia plena, quia *cæteris quidem per partes: Mariæ verò ſe tota infudit plenitudo gratiæ*, Inquit D. Hyeron. aut quiſquis ille ſit qui ſcripſit ſermonē de Aſſump. inter opera D. Hyeron. inſertum & Chryſologus Ser. 1. de Annun. *gratia plena, quia in alijs gratia, in te tota gratiæ pariter venit plenitudo.* & Serm. 3. Idem penè dicit quod ille author Ser. de Aſſump. Virg. apud D. Hyeron. quia *ſingulis* inquit *gratia ſic eſt largita per partes, Mariæ vero ſimul ſe tota dedit gratiæ plenitudo, omnes de plenitudine eius accepimus*, D. etiā Ambr. in Luc. *Bene* inquit *ſola gratia plena dicitur, quæ ſola gratiā, quā nulla alia meruerat conſequuta eſt, vt gratiæ repleretur authore.* Cui etiam ſimile dicit Beda, *bene gratia plena vocatur, quæ nimirum gratiā, quā nulla alia meruerat aſſequitur, vt ipſum videlicet gratiæ concipiat & generet authorem.*

Duplex plenitudo gratiæ.

Duplex eſt autem plenitudo gratiç, vt ait D. Tho. 3. p. q. 7. art. 10. vna ex parte ipſiꝰ gratiæ, alia ex parte ſubiecti ſeu

animæ gratiam habentis conſiderata.

Exparte quidem ipſius gratiæ dicitur eſſe plenitudo ex eo, quod aliquis pertingit ad ſūmū apicē gratiæ, & quantū ad eſſentiā, & quantū ad virtutē, quia ſcilicet habet gratiam in ſummo, & in maxima excellētia, qua poteſt haberi, & in maxima extenſione ad omnes effectus gratiæ, & talis gratiæ plenitudo eſt propriè Chriſti.

Exparte verò ſubiecti eſſe dicitur gratiæplenitudo, quādo quis habet gratiā plenā, ſecundū ſui capacitatē & cōditionē, prout eſt intēſa in eo gratia vſq; ad terminū ei à Deo præfixum: & hoc modo B. V. præ cæteris omnibus ſanctis dicta eſt gratia plena, quia in tanta excellētia habuit gratiam, quod digna fuerit, quæ fieret mater Chriſti: cæterī enī ſancti aliquomodo dicūtur gratia pleni, ſed ſolū vt ſint digni Deo miniſtri. Maria verò vt digna ſit Dei Mater. Vnde quanta eſt differētia inter dignitatē matris, & conditionē ſerui; tanta eſt diffentia inter gratiam Virginis, & cæterorum omnium.

Merito igitur B. V. poteſt dici gratia

na quantumuis magnas aquarũ moles contraxerint ſecumque deuoluant, illæ tamen omnes intrãt in mare, & Mare propterea non reddundat, nec intumeſcit. Ita licet magnæ ſint gratiarum moles, quas omnes alij ſancti contraxerunt, magnaque chariſmatum fluenta, omnia tamen intrant Mare Beatiſſimæ Virginis Mariæ & tamen mare non redundat, nec intumeſcit ſuperbia bene ergo poteſt dicere gratia plena. *Et in plenitudine ſanctorũ detentio mea*, Vltra namque omnem ſanctorum plenitudinem ſeſe exporrigit & extendit plenitudo Virginis, quæ ipſum gratiæ pelagus inexhauſtum & immenſum in ſe concludit, & omnes aliorũ ſanctorum gratias & perfectiones in ſe includit & longè ad huc vlterius detentio eius ſeſe extendit. *Ideo namque in plenitudine ſanctorum Mariæ detentio fuit, quia in mirifica perfectione ſua plenitudo perfectionis omnium ſanctorũ illi non defuit*, inquit D. Bonauentura.

Multos quidem plenos gratia fuiſſe legimus vt Beatum Stephanum Act. 6. *Stephanus enim plenus gratia & fortitudi-*

ne faciebat prodigia, & ſigna magna in populo. S. Ioannē Baptiſtam Lucæ. 1. dixit enim Angelus, *Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ*, Apoſtolos omnes Act. 2. *quia repleti sūt omnes S. S.* Vnde ait D. Bernardus. Hom. 3. ſuper, *Miſſus eſt. Legimus in Actis Apoſtolorum & Stephanum plenum gratia, & Apoſtolos fuiſſe repletos Spi. Sancto: ſed lōgè diſsimiliter à Maria: nec in Stephano habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter, quēadmodum in Maria: nec Apoſtoli conceperūt de Spiritu Sancto, quomodo Maria.* Nam vt ait Sophro. Ser. de Aſſump. & habetur inter opera D. Hiero. *Licet in ſanctis Patribus gratia fuiſſe credatur, non tamen eatenus plena, in Mariam verò totius gratiæ quæ in Chriſto eſt plenitudo venit, quanquam aliter.* Nā in Chriſto fuit per vnionē aut propter vnionē hypoſtaticā, in Maria vero per infuſionem gtatuitā. In Chriſto fuit ex proprio, in Maria verò ex alieno beneficio. In Chriſto fuit ex ſeipſo, in Maria verò ex dono. In Chriſto fuit tanquam in fonte omnis gratiæ, in Maria verò tanquam in alueo a fonte promanante.

Plenitudo gratiæ quadruplex.

Plenitudo quippe gratię alia eſt ſufficientiæ, quomodo, *Stephanus* dictus eſt, *Plenus gratia & fortitudine.* Alia eſt abundantiæ, quomodo dictum eſt, *omni habenti dabitur & abundabit*: Et hoc modo Apoſtoli dicti ſunt repleti Spiritu ſancto. Tertia dicitur ſuperabundantiæ, quomodo Beatiſſima Virgo dicitur, *gratia plena*: Quarta, dicitur determinationis immenſę, ſeu menſuræ indeterminatæ, quomodo verbum caro factum dicitur *Plenum gratiæ & veritatis*, Ioannis 1. Non enim dedit ei Deus *Spiritum ad menſuram*, Sed nos omnes de plenitudine eius acccepim⁹ Plus autem cæteris omnibus, quę propius ad illum acceſſit Beatiſſima ſcilicet Virgo, quæ Mater eius fuit. Quapropter ſicut de plenitudine Chriſti nos omnes accepimus. Sic *de plenitudine Beatiſſ. Virginis accipiunt omnes, captiuus redemptionem cæcus illuminationem, æger curationem, triſtis conſolationem, peccator veniam, iuſtus gratiam, Angelus lætitiam, Tota Trinitas gloriam, perſona Filij carnis ſubſtantiam,* inquit D. Bernardus Serm. de Verb. Apoc. 12. Quamobrē

De plenitudine Virginis omnes accipiunt.

Digitized by Google

nomine eius dicitur, *Venite ad me omnes qui concupiſcitis me, & à generationibus meis implemini*, vnicuiq; enim *data eſt gratia ſecundum menſurã donationis Chriſti*, Maria autem plenè ac penè ſine menſura, cum datus ſit illi ipſemet Chriſtus, in quo eſt immenſus gratiarum Theſaurus, immo fons indeficiẽs, & inexhauſta gratiarum abyſſus.

Plenitudo fõtis fluuij riuuli, & vaſculi.

Eſt enim plenitudo fontis, plenitudo fluminis, plenitudo riuuli, & plenitudo vaſculi. Plenitudo fontis fuit in Chriſto.

Plenitudo fluminis fuit in Beatiſſima Virgine, quia *fluminis impetus lętificat Ciuitatem Dei, Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus*, Beatiſſimam ſcilicet Virginem, de qua dicitur *Hieruſalem quę ædificatur vt ciuitas*.

Plenitudo riuuli fuit in Beatis Apoſtolis, Ipſi enim fuerunt tanquam riui, per quos aqua doctrinę Chriſti, & fluẽta gratiæ eius ad nos ſunt deducta.

Plenitudo deniq; vaſculi eſt plenitudo ſingulorum Sanctorum, *vni* enim *dedit* Deus *quinq; talenta, alij duo, alij verò vnũ, vnicuiq; ſecundum propriam virtutem*

Digitized by Google

ſeu capacitatem.

Merito igitur poteſt dicere, *Et in plenitudine ſanctorũ detentio mea*, verè nãq; in plenitudine ſanctorũ detentio eius, cui non defuit fides Patriarcharũ, ſpes Prophetarũ, Zelus Apoſtolorum, conſtantia Martyrum, ſobrietas Confeſſorum, caſtitas Virginũ, fœcunditas cõiugatarum, nec puritas Angelorum.

Talibus nãque decebat Virginem oppignerari muneribus vt eſſet gratia plena, quæ dedit cælis gloriã, terris Deũ, pacemq; refudit, fidem gentibus, finem vitijs, vitæ ordinem, moribus diſciplinam, inquit Sophronius Ser. de Aſſum. inter opera diui Hieron.

Statuit aquas quaſi in vtre, ait regius vates, quid autem ſibi velit, nõ inutile erit diſquirere. Aliquid nãq; latet ſub cortice huius litteræ. Si enim ſtatuit aquas, quaſi in vtre, Quomodo adhuc fluunt & refluunt? Si verò fluunt & refluũt, quomodo ſtatuit eas quaſi in vtre? age igitur videamus quid hoc ſibi velit? Scio quidem dici poſſe Deum ſtatuiſſe aquas quaſi in vtre, quia *concluſit oſtijs mare*, & quaſi in vtre illud recluſit, *Quando appendebat fundamenta terræ, & legem ponebat aquis, ne tranſirent*

Digitized by Google

ſines ſuos. Sed aliquid aliud myſticè per hoc ſignificatur. Quid igitur? quod ſicut immenſas aquarũ moles in Mare ita recluſit, tãquã eſſent omnes in vtre. Sic omnes gratiarum cumulos per omnia aliorũ ſanctorũ fluenta diſperſos, in B. V. M. tanquam in Mare concluſit, vt aquas videatur ſtatuiſſe quaſi in vtre, & tunc præſertim. *Quando appendebat fundamenta terræ*, Humanitatis ſcilicet à verbo ſeu ſapientia diuina in vtero Virginis aſſumenda. *Et legem ponebat aquis* gratiarum, *ne tranſirent fines ſuos*, quia in pura creatura non poſſunt vltra hos fines pretergredi, quàm eligi & per gratiam diſponi adhoc vt fiat mater Dei. Si enim poteſt dari maior filius quã Deus, poterit dari maior mater quam mater Dei, & maior gratia matri, quã fieri mater Dei. Sed ſi nõ poteſt eſſe nec reperiri maior filius, quã Deus, nec maior mater quã mater Dei, nec maior gratia matris in ratione matris, quã fieri mater Dei. Et ideo legem poſuit aquis gratiarum ne tranſirent hos fines in ratione matris. *Quid enĩ sãctitatis, quid iuſtitię, quid religionis quid perfectionis sĩgulari huic Virgini deeſſe*

Fundamẽta terræ conceptio humanitatis Chriſtĩ.

potuit, quæ totius diuinæ gratiæ Chariſmate plena fuit? inquit Petrus Damianus Serm. de Natiuitate Mariæ.

Vter quid ſignificet.

Statuit aquas quaſi in vtre, ideſt omnia gratiarum fluenta in Maria Virgine, quaſi in vtre. Vter enim dicitur ab vtero, aut vterus ab vtre, quia vterus eſt tanquam vter, & vter tanquam vterus, vnde in vtero Beatiſſimę Virginis Filius Dei, in quo ſunt omnes gratiæ Theſauri abſcõditi, fuit recluſus, & conſequenter omnes gratiæ quaſi in vtre ſunt ſtatutæ.

Pluuia in vellus.

Deſcendit quippe *ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram,* ſicut pluuia inquam in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram; quia longe amplior & vberior copia gratiarum effuſa eſt atq; diffuſa in vellus B. Virg. quam in cæteros omnes terrigenas, quia fons ipſe gratiarum in vterũ eius delapſus eſt, cum omnibus gratiarũ fluentis: in cęteros verò ſolùm per riuulos aut per ſtillicidia gratiarum prolabitur, & ideo in ipſam deſcendit ſicut pluuia in vellus quondam Gedeonis, in reliquos vero terrigenas ſi-

Digitized by Google

cut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram; guttatim ſcilicet in alios, vbi affatim & vbertim inundanti gratiarum copia in Beatiſſimam Virginem Mariã prolapſus eſt. *Rectè ergo Maria velleri comparatur, quæ ita concepit Dominum, vt toto eũ hauriret corpore, nec eius diſciſſuram corporis pateretur: ſed eſſet mollis ad obſequium. Solida ad ſanctimoniam. Rectè inquam Maria velleri comparatur, de cuius fructu ſalutaria populis veſtimenta texuntur. Vellus planè Maria eſt, ſiquidem de molli ſinu eius agnus egreſſus eſt, qui & ipſe Matris lanicium, hoc eſt carnem geſtans, molli vellere cunctorum operit vulnera peccatorum,* ait D. Ambroſ. Serm. 9. qui eſt terti' de Natiuit. *Atq; idcirco gratia plena cognominata eſt, eo quod ab impletione Spiritus ſancti omnibus gratijs abũdarit,* inquit S. Athanaſius in Ser. de Sãctiſſima Deipara, *Et diſtillantibus cælis tota ſe ei infudit plenitudo diuinitatis, adeò vt ex hac plenitudine omnes accipiamus, qui ſine illa nonniſi terra arida ſumus,* ait D. Bernar. Ser. 2. ſuper Miſſus eſt.

Et Petrus Chriſologus Ser. 143. *Cæleſtis ergo imber Virgineum in vellus placido ſe*

in ſudit illapſu, & tota diuinitatis vnda bibulo ſe noſtræ carnis celauit in vellere, donec per patibulum crucis expreſſum, terris omnibus in pluuiam ſalutis effunderet.

Bene ergo dicitur gratia plena, quia *cæteris quidem per partes: Mariæ verò ſe tota infudit plenitudo gratiæ*, Inquit D. Hyeron. aut quiſquis ille ſit qui ſcripſit ſermonē de Aſſump. inter opera D. Hyeron. inſertum & Chryſologus Ser. 1. de Annun. *gratia plena, quia in alijs gratia, in te tota gratiæ pariter venit plenitudo.* & Serm. 3. Idem penè dicit quod ille author Ser. de Aſſump. Virg. apud D. Hyeron. quia *ſingulis* inquit *gratia ſic eſt largita per partes, Mariæ vero ſimul ſe tota dedit gratiæ plenitudo, omnes de plenitudine eius accepimus*, D. etiā Ambr. in Luc. *Bene* inquit *ſola gratia plena dicitur, quæ ſola gratiā, quā nulla alia meruerat conſequuta eſt, vt gratiæ repleretur authore.* Cui etiam ſimile dicit Beda, *bene gratia plena vocatur, quæ nimirum gratiā, quā nulla alia meruerat aſſequitur, vt ipſum videlicet gratiæ concipiat & generet authorem.*

Duplex plenitudo gratiæ.

Duplex eſt autem plenitudo gratię, vt ait D. Tho. 3. p. q. 7. art. 10. vna ex parte ipſi⁹ gratiæ, alia ex parte ſubiecti ſeu

animæ gratiam habentis conſiderata.

Ex parte quidem ipſius gratiæ dicitur eſſe plenitudo ex eo, quod aliquis pertingit ad ſūmū apicē gratiæ, & quantū ad eſſentiā, & quantū ad virtutē, quia ſcilicet habet gratiam in ſummo, & in maxima excellētia, qua poteſt haberi, & in maxima extenſione ad omnes effectus gratiæ, & talis gratiæ plenitudo eſt propriè Chriſti.

Ex parte verò ſubiecti eſſe dicitur gratiæ plenitudo, quādo quis habet gratiā plenā, ſecundū ſui capacitatē & cōditionē, prout eſt intēſa in eo gratia vſq; ad terminū ei à Deo præfixum: & hoc modo B. V. præ cæteris omnibus ſanctis dicta eſt gratia plena, quia in tanta excellētia habuit gratiam, quod digna fuerit, quæ fieret mater Chriſti: cæterī enī ſancti aliquomodo dicūtur gratia pleni, ſed ſolū vt ſint digni Deo miniſtri. Maria verò vt digna ſit Dei Mater. Vnde quanta eſt differētia inter dignitatē matris, & conditionē ſerui; tanta eſt diffẽntia inter gratiam Virginis, & cæterorum omnium.

Merito igitur B. V. poteſt dici gratia

Diuiſio gratiæ. plena Bene quippe poteſt dicere illud Eccl.1. *In me omnis gratia vitæ & virtutis.* Nam quomodamq; gratiā diuidas, aut diſtribuas, omnia gratiarum chariſmata in Beat. Virgine reperies.

Si namque gratiam, conſideres in ordine ad ſuum principium & auctorem à quo fluenta gratiarum emanant, inuenies illam diuidi in gratiam prædeſtinationis, vocationis, iuſtificationis, & glorificationis. *Quos* enim *predeſtinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iuſtificauit,* inquit Apoſt. ad Rom. 8. harum autem omnium plenitudinem gratiarum Beatiſſimam Virginem habuiſſe, nulli niſi infideli aut hæretico dubium eſſe reor: fuit enim non ſolum prædeſtinata, ſed prima & præcipua inter puras & ſimplices creaturas à Deo prædeſtinatas. Illius quippe nomine canit Eccleſia. *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quicquam faceret à principio: ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis, antequam terra fieret,* quod non poteſt intelligi, niſi de gratia prædeſtinationis, ſi de Virgine loqui velit Eccleſia.

Gratia

Gratia vocationis fuit etiam plena B. Virgo, immo non ſolum gratia vocationis, ſed etiam electionis, quia *Elegit eam Deus & prælegit eam, in tabernaculo ſuo habitare facit eam*: Immo ipſe in tabernaculo eius habitare voluit, *& qui creauit me requieuit in tabernaculo meo*. Vnde manifeſte apparet, quod nō ſolum gratia vocationis, ſed etiam electionis fuit repleta. Nec ſolum gratia vocationis & electionis: ſed etiam gratia, ſanctificationis quia *Sanctificauit tabernaculū ſuum altiſſimus*, ideſt ſanctificauit Deus Beatiſſimam Virginem, quæ fuit tabernaculum eius.

Gratia deniq; glorificationis, quæ dicitur gratia conſummata, fuit etiam plena, quia in corpore & in anima fuit in cœlum aſſumpta, & ſic gratia & gloria fuit plena, & plenè gratificata & glorificata. Alij enim nondum ſunt in corpore, ſed ſolum in anima glorificati, & ideo non ſunt adhuc plenè glorificati: ſed ipſa eſt plenè glorificata & in corpore & in anima, & cōſequēter gratia plena.

Alia diuiſio gratiæ.

Si autē velimus diuidere gratiā in ordine ad ſubiectum, in quo recipitur, cū ſit triplex animæ potētia illi' ſuſceptiua, nēpe intellectiua, affectiua & operatiua, triplex inuenietur gratia, influēs ſeu infuſa, affluēs ſeu diffuſa, & permanēs ſeu habitualis. Nā veritas per infuſā eſt in intellectu, bonitas per charitatē ī affectu, & rectitudo ſeu iuſtitia per ſpē in actu. De' enim per inſpirationē ſuā cogitationes bonas inſtillat, affectū ad bonū per gratiā mouet & opus per charitatē cōplet, Dat enī velle & perficere: & harum plenitudinem gratiarum fuiſſe etiam in Beatiſſima Virgine facile eſt oſtēdere. Habuit namq; ſemper bonas cogitationes in intellectu, bona deſideria in affectu, & bona opera in actu. Bonas cogitationes in intellectu. Ait enim *Magnificat anima mea Dominum:* Bona deſideria in affectu, ſubdit namq;, *Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.* Bona deniq; opera in actu, *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.* Immo habuit inſpirationes diuinas in intellectu, ardentem ſemper charitatē in affectu, & merita præſtan-

Digitized by Google

tiſſima in profectu. Inſpirationes diuinas in intellectu, *Maria enim conſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo*. Ardentem ſemper charitatem in affectu, Poteſt enim Deo dicere, *In charitate perpetua dilexi te*, Et merita præſtantiſſima in profectu, *Ecce enim ex hoc Beatam me dicent omnes generationes, Quia fecit mihi magna qui potens eſt, & ſanctum nomen eius.*

Si etiam velimus diuidere gratiã per oppoſitionem ad peccatum. Sicut triplex eſt peccatum, ſic triplex erit gratia. Peccatum namq; aliud originale, aliud veniale, aliud mortale: & gratia pariter, Alia præſeruans à peccato originali, alia protegens à veniali, & alia liberans à mortali. & has tres gratias nulli etiam dubium eſſe credo in Beatiſſima Virgine fuiſſe: præſeruata nãq; fuit ab originali, ſicut prædixerat Regius vates dicẽs *Adiuuabit eam Deus mane diluculo*, per gratiam ſcilicet præſeruantem à peccato originali, quo *conturbatæ ſunt gentes, & inclinata ſunt regna*. Fuit etiã protecta à peccato veniali, Deus *namq; in*

Diuiſio gratiæ per oppoſitionẽ ad peccatum.

Digitized by Google

medio eius non commouebitur, fuit deniq; liberata à peccato mortali, non quidem contracto, quia nunquam vllo peccauit peccato, ne dum mortali, ſed nec veniali, aut etiam originali: ſed à contrahendo, & periculo contrahendi. Quapropter ait Regius vates ibidem, *Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus*. Ne verò quis putet nos hæc coactè, & ordine retrogrado, aut prepoſtero, & penitus contrario intentioni Dauidis referre ad Beatiſſimã Virginem: perpendat velim Dauidem hunc ordinem ſeruaſſe, vt oſtenderet illam non ſolum præſeruatam fuiſſe à peccato mortali: ſed etiam à veniali, immo & ab originali, Sumas enim quocunq; ordine hæc verba Dauidis volueris, ſemper inuenies Beatiſſimam Virginem ab omni peccato immunẽ fuiſſe. Ab originali quidẽ, quia *ſanctificauit tabernaculũ ſuum altiſſimus*. A veniali, quia *Deus in medio eius non commouebitnr*. Et à mortali, quia *adiuuabit eam Deus mane diluculo*. Et quocunq; modo hanc Dauidis ſententiam inuertere volueris, ſemper inuenies ab

ab omni labe immunem fuiſſe, ac conſequenter gratia plenam.

Quin & ſi gratiam ſecundũ effectus quos producit diuidere velis, hoc etiã modo inuenies eam gratia plenã. Effectus enim gratię eſt præuenire, adiuuare ſeu cooperari, & ſubſequi opus bonũ. Vnde alia dicitur gratia pręueniens ſeu excitans: Alia adiuuans ſeu cooperans; Alia ſubſequens ſeu concomitans. Et has tres gratias fuiſſe etiã cumulatiſſimè in Beatiſſima Virgine certo certius eſſe reor. *Quoniam præueniſti eam Domine in benedictionibus dulcedinis*, ecce præuenientem. *inueniſti enim gratiam apud Dominum*, ecce coadiuuantem & cooperantem. *Et Beata quæ credidiſti, quoniam perficientur in te, quæ dicta ſunt tibi à Domino*, ecce ſubſequẽtem. Quidni igitur dicemus illam fuiſſe gratia plenam? *Quarta diuiſio gratiæ.*

Si rurſus velimus diuidere gratiam in ſuas ſpecies inueniemus gratiam aliam dici gratis datam, & aliam gratum facientem, ſeu iuſtificantem, & vtramq; hanc gratiam ſuperuacaneum mihi videtur oſtendere in Beatiſſima *Quinta diuiſo gratiæ.*

Digitized by Google

Virgine fuiſſe, cum eam Deus elegerit & prælegerit in matrem, quod non feciſſet, niſi ei gratiſſima, & omni gratia exornata fuiſſet.

Sexta diuiſio gratiæ.

Si deniq; diuidamus gratiam in ordine ad finem: Alia eſt excitans, alia ſufficiens, & alia efficax. Prima excitat & præparat ad opus, ſecunda diſponit ad meritum, tertia perficit & perducit ad brauium. Vnde prima poteſt dici præparans, ſecunda diſponens, tertia perficiens. Et has tres etiam in ſanctiſſima Virgine fuiſſe quis dubitet? fuit enim præparata excitante gratia adhoc, vt conſenſum præberet Angelo nuntianti conceptionem Filij Dei, quia dixit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum*, Fuit etiam ſufficienter adhoc munus diſpoſita, ſi nõ de condigno exparte ſua, quia nulla creatura de ſe cum ſit finita, & finiti meriti, eſt condigna Deo infinito & infinite bono: ſed ex acceptatione diuina & de congruo, in quantum meretur & mereri poteſt ſimplex creatura, digna eſt effecta, diuina diſponēte gratia, quæ diceretur & eſſet Dei mater vera. Et fuit in ea perfectum & cõple-

Digitized by Google

tum incarnationis verbi Dei myſteriũ, quod eſt ſupernæ felicitatis brauium: Quoad diuinitatẽ quippe eſt obiectũ beatificum animarum ſanctarum, beatorumq; ſpirituum: & quoad humanitatem eſt obiectum corporum beatorũ. Quapropter dicitur in canticis *hortus concluſius ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignat⁹, emiſsiones tuæ paradiſus.*

His igitur paucis verbis *Aue gratia plena* denotat angelus ſummã in virgine perfectionẽ, Nam ſumma perfectio, in duobus conſiſtit in amotione omnis mali, & in plenitudine omnis boni: nec enim præſentia omnis boni, abſq; carẽtia omnis mali poteſt facere perfectè beatum, vt igitur nihil perfectionis B. V. ſecundum ſuum gradũ oſtenderetur deeſſe. Primo oſtenditur omni vitio carere, cum dicitur *Aue*, quod vt diximus, ſignificat ſinè vę: ſecũdo demonſtratur omni gratia repleri, cùm additur *gratia plena*.

Summa perfectio in duobus conſiſtit.

Epilogus.

Concludamus ergo cum D. Epiphanio Sermone de Laudibus Mariæ, *Aue gratia plena multis virtutibus exornata, Virgo in lampade geſtans lucem inextinguibilem ſole ſplendidiorem, Aue gratia plena*

Concluſio.

gloriæ ſpiritualis. Aue gratia plena quæ es vrna aurea continēs manna cœleſte. Aue gratia plena, quæ ſitientes perennis fontis dulcedine ſatias. Aue gratia plena, mare ſpirituale habens gemmam cæleſtem Chriſtum Dominū. Aue gratia plena ſplendidum cœlum, quæ in cœlis incomprehenſum contines Deum. Aue gratia plena, quæ Cherubicum thronum diuinitatis, fulgore ſuperas. Aue gratia plena, quæ cœli circulum habes, & Deū incomprehenſum anguſto potiſſimum loco, in te ipſa contines. Aue gratia plena nubes columnæ ſimilis, quæ Deum habes, qui populum deduxit per deſertum, Quid dico aut proloquor? quo pacto beatam prædicabo gloriæ radicem? Solo enim Deo excepto, cunctis ſuperior exiſtit.

Digitized by Google

DOMINVS TECVM.

SERMO SEPTIMVS.

NOn ſatis fuit Angelo dixiſſe *Aue gratia plena*: ſed longè maius elogium adiungit, ſubdens *Dominus tecum*. Magis enim eſt habere cauſam quàm effectum; gratiæ authorem, quàm gratiæ plenitudinem: ipſum gratiarum fontem, quàm riuulum: ipſum oceanum, & pelagus inexhauſtum, & immenſam perfectionum abyſſum, quàm gurgitem aut ſtagnantem gratiæ copiam. In ipſo enim, & ſimul cum ipſo gratiarum & perfectionũ fonte inexhauſto, cætera omnia habentur chariſmatũ dona. Quid enim non habeat, qui habet habentẽ omnia?

Maius elogium Dominus tecum, quam gratia plena.

gratiarum & perfectionum genera? quid non poſsideat, qui poſsidet poſſidentem omnia? quid non contineat, qui continet continentem omnia? ſed qui ſolã habet gratiæ plenitudinẽ, non ſtatim ſequitur quod ipſũ gratiarum & perfectionũ omnium fontẽ poſsideat.

Quamuis enim fere ſemper detur ipſe auctor donorum & bonorũ cũ ſuo dono, non tamen neceſſario, vt optime oſtendit Doctor Seraphicus D. Bonauentura in primum ſent. diſt. 17. gratia namque eſt habitus à Deo creat⁹, & in animam infuſus, illam informãs: Deus autem nullius creaturæ eſt forma informans. Et ideò non eſt idem eſſe gratia plenam & eſſe plenam Deo. Sed lõge maior adhuc eſt iſte titul⁹, quam ille, quanto ſcilicet maior eſt cauſa ſuo effectu: immo quanto maius eſt bonũ creatorem habere, quàm ſuam creaturam. Quod vt melius intelligamus, videamus, quid ſit Dominum habere ſecum, & quot modis dicatur De⁹ eſſe in creatura, aut cum creatura. Magiſter ſententiarum in 1. diſt. 37. dicit quod *Deus incommutabiliter ſemper in ſe exiſtens*

Diſpoſitio dicendorũ.

Deus quomodo ſit in rebus.

præſentialiter, potentialiter, eſſentialiter eſt in omni natura ſiue eſſentia, ſine ſui definitione; & in omni loco ſine circumſcriptione, & præterea in ſanctis Spiritib⁹ & animabus eſt excellentius, ſcilicet per gratiam inhabitans: Et in homine Chriſto excellentiſſimè, in quo plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat, vt ait Apoſtolus, in eo enim Deus habitauit, non per gratiam adoptionis, ſed per gratiam vnionis. Cum ergo talis vnio facta ſit in vtero virginis, & ex puriſsimo eius ſanguine efformatum ſit illud corpus, quod eſt diuinitati vnitum, & eodem inſtanti quo deſiit eſſe Beatiſsimæ Virginis, cœperit eſſe Dei, Deoq; vniri, euidenter conſtat, quod poſt Chriſtum omnium excellẽtiſsime fuit in Virgine, non ſolum per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, aut per gratiam adoptionis; ſed etiam per vnionẽ: non quod ipſa Beatiſsima Virgo ſit vnita perſonaliter diuino verbo, ſed quod illa vnio in ipſa ſit facta, & taliter in ipſa, quod eius ſanguis cœperit eſſe ſanguis Chriſti: & caro Chriſti taliter vnita carni Virginis, quod non ſolum vna ex alia fiuerit formata,

Vnio facta inter Virginem matrem & filium Dei qualis.

ſed illi taliter innexa, vt vna alteri ſine vlla ſeparatione per venam vmbilicarem, cæteroſque nexus, fœtus cum matre iungeretur: & non ſolum ex eadem ſubſtãtia aleretur, eodem halitu vitalem auram attraheret, & quaſi dixerim eadem vita viueret, ſaltem idem ſanguis manſit in filio, qui erat in Virgine, cum non fuerit mutatus ſanguis, qui erat in venis Chriſti, ab illo qui immediate ante erat in venis Beatiſſimæ Virginis, ſecũdum ſubſtãtiam & naturam ſanguinis, niſi quod ſanguis qui prius erat Beatiſſimæ Virginis, cœpit eſſe Chriſti. vnde ſi excellentiſſimè Deus erat in Chriſto per gratiam vnionis, proximè poſt Chriſtum Deus erat excellentiſſimè in Virgine.

Quomodo Deus fuerit cum Virgine quãdo ei dixit Angelus Dominus tecum.

Quod ſi mihi dicas Deum per gratiam vnionis nondum fuiſſe cum Beatiſſima Virgine, cum Angelus ei dixit *Dominus tecum*, nondum enim vnio hypoſtatica, ſeu perſonalis erat facta, nec caro à verbo aſſumpta. Ego tibi reſpõdebo quod quamuis corpus Chriſti fuerit efformatum & aſſumptum à diuino verbo in inſtanti, diſpoſitiones

tamẽ præuiæ factæ fuerunt in tempore præcedenti, vt concurſus ſanguinis, & materiæ generationi congruę ad locum generationi aptum, ſecundum D. Thomam.

Et ideo iam Deus erat in Virgine, & cum Virgine, diſponens omnia ſuauiter, forſitan enim quando turbata eſt, cœpit ſanguis & materia ad generationem apta concurrere. Saltem Ariſtoteles vult quod ex timore aut turbatione poteſt aliquando materia generationi apta profluere. Turbata eſt autem Beatiſſima Virgo ad primã Angeli ſalutationem, *Quia cum audiſſet turbata eſt in ſermone eius*: Et ideo iam Deus eſſe poterat cum Beatiſſima Virgine corpus adaptans ſibi, ſicut dicitur de Spiritu ſancto, quod *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, ideſt fouebat aquas, antequam ſingula huius mundi membra diſtingueret, & diſtinctim efformaret, Ita poteſt dici, quod iam Dominus erat in Virgine, & cum Virgine materiam educens, qua puriſſimum corpus ſuum volebat efformare. Quicquid ſit breui poſt placuit omnem ple-

nitudinem diuinitatis inhabitare corporaliter in ipſa, & apud Deum omnia ſunt præſentia, nec datur futurum, ſicuti nec præteritum apud eum. vnde ſi agnus dicitur occiſus ab origine mundi, multo magis iam poterat dici *Dominus tecum*, præſertim ab Angelo, qui nouerat Incarnationis myſterium iam inſtare, & ad hoc ſe eſſe delegatũ. Et ſic etiam debet intelligi quod ait Andreas Cretēſis *Ipſum adeſſe regem, totumque eum in Virgine eſſe in corpus coactum.* Et quod ait D. Thom. 3. p. q. 30. art. 4. Angegelum expreſſiſſe conceptum in hoc, quod dixit *Dominus tecum*, D. quoque Petr⁹ Alexādrinus Epiſcop⁹ & Martir in codice, quē de deitate edidit, citatus in cōcilio Epheſino tom. 2. cap. 7. quod *Illa Gabrielis ſalutatio Deum verũ in vtero Virgineo natum, & carnem factum inſinuat*, Quæ quidem verba citantur etiam in concilio Calcedonenſi actione prima in Capitulo fidei Nyſſenæ Synodi, & quod ait etiam Nicephorus lib. 1. cap. 8. ſimul cũ ea voce *Dominus tecum*, verbum Dei deſcendiſſe, & naturam noſtrā ſubiiſſe. Hi enim omnes autho-

res rem proximè faciendam, tanquam iã factã exprimunt conceptionem ſcilicet *Filÿ Dei* in vtero virginis. nã quod parũ diſtat, nihil diſtare videtur, vt ait Philoph⁹: & ſolet dici homo mortuus, qui iam iã eſt moriturus: & ideo dicũt *Dominus tecũ* ſignificare iam iam dominũ eſſe incarnãdũ: alioquin ſole clarius eſt, vel ex ipſis Euangeliſtæ & Angeli verbis Beatiſsimam Virginem, cũ hoc illi dixit Angelus, nondum filium Dei concepiſſe: Cum poſteailli dixerit *Ecce concipies*, Deus igitur nondum erat in ea per vnionem hypoſtaticam, quia nõdum carnem aſſumpſerat humanã: ſed mox illam aſſumere debebat. Quapropter iã apud eã erat, tãquã ſpõſus, qui iam iã vxorẽ eſt ducturus, apud parẽtes ei⁹ in nuptiali habitu paulo ante hoſpitatur; aut ſaltẽ in ipſo deſpõſatio nis actu ſolet eſſe præſens. Et ideo licet nõdum carnẽ humanã ſibi copulaſſet; quia tamen illã aduenerat fili⁹ Dei ſibi copulaturus, merito dicitur, *Dñs tecũ*.

Eſt enim iam tecum Dominus rerum omniũ per preſentiam, potẽtiam, & eſſentiam, immo & per gratiã: & iã iam.

ô B. V. erit etiam per vnionem perſonalem. Nō quod velim dicere beatiſsimā Virginem fuiſſe cum verbo Dei vnquam perſonaliter vnitam ſecundum ſe: ſed ſolum ſecundum aliquam partē ex ea deſumptā, ideſt ſecūdum carnem quā ex illa aſsūpſit filius Dei: quia caro illa quæ nunc eſt caro verbi Dei, & illi perſonaliter vnita, pri⁹ fuit Beatiſſimæ Virginis, & eodem inſtanti quo deſijt eſſe Virginis, cœpit eſſe Chriſti, cūque inſtās nullas prorſus habeat partes, ſitque penitus indiuiſibile, eodem tēporis momento videtur adhuc fuiſſe virginis, quo cæpit eſſe filij Dei: ita vt nihil propius dici poſsit ad ipſam diuini verbi perſonam accesſiſſe, quā caro Beatiſsimæ Virginis. Fuit tamen ſemper diſtincta perſona & hypoſtaſis verbi, ab hypoſtaſi & perſona Beatiſsimæ Virginis, & hac ratione dicitur *Dominus tecum*, Illa quippe dictio *Tecum*, diſtinctionem denotat perſonarū: Quod enim eſt cum alio, non eſt penitus idem cum ipſo, ſed ſubſiſtentiam aut exiſtentiam denotat diſtinctam, ſicut & eſſe apud alium: ſed tamen tanta fuit

Digitized by Google

affinitas inter matrem & filium, vt ſicut D. Ioannes dixit. *Et verbum erat apud Deum*, ne idem perſonaliter eſſe putaretur pater & filius propter vnitatem eſſentiæ. Ita Angelus dixit *Dominus tecum*, ne idē perſonaliter putaretur eſſe mater & filius propter vnionem carnis. Ita enim caro verbi cum carne Virginis fuit vnita, vt eadem pene videretur eſſe caro Virginis & caro verbi, præſertim in illo primo inſtanti, quando producta eſt de carne matris, quia ſicut Eua de coſta Adami fuit efformata, ſic de ſanguine puriſsimo intemeratæ Virginis efformatum fuit corpus Chriſti, nec poteſt aſsignari tēpus, in quo deſierit eſſe Virginis, antequā inciperet eſſe Chriſti, quia cum corpus Chriſti in inſtanti fuerit efformatum, eodem illo momento quo fuerat virginis, cœpit eſſe Chriſti, cum in inſtanti non ſit aſsignare partem, in qua fuerit & deſierit eſſe Virginis, & partem in qua cœperit eſſe Chriſti. vnde merito dixit illi Angelus *Dominus tecū*, cum ſeſe Dn̄s ipſi Virgini vniturus aduenifſet; & cum eo pater & pa-

Summæ affinitas corporis Virginis cum carne Chriſti.

riter Spiritus ſanctus licet ſolus filius eſſet carnem aſſumpturus.

Tres perſonæ diuinæ. Quomodo fuerint in B. Virgine.

Cum nãq; indiuiſa ſint opera Trinitatis ad exra, & nihil operetur filius ſine patre & Spiritu ſancto, ſicut nec pater ſine Spir ſancto&filio, aut Spi. S. ſine filio & patre, licet Solus filius eſſet carnem B. Virginis aſſumpturus, cum eo tamen erat pater, &cum eo Spiritus ſanctus. *Dominus* igitur *tecum* ideſt tecum pater, tecum filius, tecum Spiritus ſanctus. Tecum pater, qui te vult eſſe conſortem ſecum in generatione filij, vt ſicut ille ab æterno genuit filium de ſe, abſque vllo mulieris cõſortio, ſic voluit te eundem generare filiũ in tempore, ſine vllo viri conſortio. Tecum filius qui te elegit in matrẽ, vt ſicut à patre ſolo ab æterno procedit, ita in tẽpore à te ſola matre etiã procedat. Tecum Spiritus ſanctus, vt ſicut ipſe a duabus perſonis procedit, ſic etiam per opus hoc generationis filij Dei, ipſe filius Dei qui ab vna tantum procedebat perſona iam a duabus quoque procederet, à patre ſcilicet ab æterno, & a te in tempote.

Vnde ait D. Bernardus Serm. 3. ſu-

per Miſſus eſt, *Nec tantum Dominus filius tecum, quem carne tua induis, ſed & Dominus Spiritus ſanctus de quo concipis, & Dominus pater, qui genuit quem concipis. Pater inquam tecum, qui filiũ ſuum facit & tuum: filius tecum, qui ad condendum in te mirabile Sacramẽtum miro modo & ſibi reſerat genitale ſecretum, & tibi ſeruat Virginale ſignaculum. Spiritus ſanctus tecum, qui cum patre & filio tuum ſanctificat vterum.*

Dominus tecum eſt ô Virgo, non generali tãtum benedictionis gratia, qua cum cæteris ſanctis eſt, verum etiam ſingulari prærogatiua gratiæ, ſicut cum matre filius. Dominus tecum, vt viſcera tua ſanctificet in carne tua humanã ſibi naturã aſſociãs, inquit Frãco Abbas lib. de gratia Dei qui habetur Tom. 6. Biblioth. PP. *Dñs tecum* Deᵘˢ ſcilicet trinus & vnᵘˢ, quia vbi eorũ vnᵘˢ ibi eorũ quilibet vnᵘˢ, inquit D. Auguſt.

Nec enim vllibi eſſe poteſt Pater, vbi nõ ſit filius & S.S. nec filius vbi non ſit pariter Pater & S.S. nec S.S. vbi non ſit pater & filius. Quãuis namq; perſonæ ſint diſtinctę, nõ ſũt tamẽ ſeparatæ aut diuiſæ, itaut vna eſſe poſſit vbi non eſt alia, quia cũ eſſẽtia, ĩ qua cõmunicãt ſit

Omnes perſonæ diuinæ fuerunt cum Virgine quãuis ſolus filius ſit incarnatus.

ſimpliciſsima indiuiſa atque indiuiſi-bilis, vbi eſt vna perſona, ibi eſt tota eſ-ſentia, & vbi tota eſſentia, ibi tota diui-nitas, & vbi tota diuinitas ibi tota Tri-nitas, quia nō eſt alia diuinitas aut eſsē-tia patris, alia filij, alia Spiritus Sancti, ſed ſolum alia perſona, & ideo vbi eo-rum vna perſona, ibi & alia, quia vna & eadem eſt trium eſſentia. Tecū igi-tur eſt potentia patris, Tecum ſapien-tia filij, Tecum puritas Spiritus Sancti, Tecum potentia patris, te fœcundans Tecum ſapientia filij te diſponens, Te-cum puritas Spiritus Sancti te præſer-uans. Tecum potentia patris, vt eumdem quem ipſe, valeas fætum ge-nerare, Tecum ſapientia filij ſuauiter omnia diſponens, vt te dignam ſui ma-trem efficiat.

Tecum puritas Spiritus Sancti te præ-ſeruans, vt in conceptu & in partu pa-riter virgo illibata & intemerata per-maneas. Et ne quis putet me ex meo capite iſta commentari, Tecum potē-tia patris, *quia virtus altiſsimi obumbra-bit tibi*, Tecum ſapientia filij, *ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius*

Dei, Tecum puritas Sſpiritus S. quia *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te*, aiunt Angelus & Euangeliſta. Tecum eſt pater æternus, qui ab æterno te elegit in filiam, Tecum filius æternus, qui ab æterno te præelegit in matrem, Tecum Spiritus ſanctus, qui ab æterno te elegit in ſponſam. Dominus igitur tecum, tanquam pater cum filia; *Dominus tecum*, tanquam filius cum matre dulciſsima. *Dominus tecum*, tanquam ſponſus cum ſponſa chariſſima. Tecum Dominus ſicut pater cum filia, quam vnice diligit, Tecum Dominus, ſicut filius cum matre quam honorat, Tecum Dominus ſicut ſponſus cum ſpōſa quam decorat. *Dominus tecum* ſicut Sol cum Luna, quam ſuis coruſcantibus radijs illuminat, vt ipſa lumē producat. *Dominus tecum* tanquam magni conſilij Angelꝰ cū myſtico cælo, quem inceſſanter regulatiſsime moueat. *Dominus tecum* tanquam cæleſtis influentia cum terra, vt fructū vberrimū afferat. Quapropter Iſaias cap. 45. v. 8. clamat *Rorate cæli deſuper & nubes pluāt iuſtū, aperiatur terra & germinet ſaluatorem*. Per

ſimpliciſsima indiuiſa atque indiuiſibilis, vbi eſt vna perſona, ibi eſt tota eſſentia, & vbi tota eſſentia, ibi tota diuinitas, & vbi tota diuinitas ibi tota Trinitas, quia nõ eſt alia diuinitas aut eſsẽtia patris, alia filij, alia Spiritus Sancti, ſed ſolum alia perſona, & ideo vbi eorum vna perſona, ibi & alia, quia vna & eadem eſt trium eſſentia. Tecũ igitur eſt potentia patris, Tecum ſapientia filij, Tecum puritas Spiritus Sancti, Tecum potentia patris, te fœcundans Tecum ſapientia filij te diſponens, Tecum puritas Spiritus Sancti te præſeruans. Tecum potentia patris, vt eumdem quem ipſe, valeas fætum generare, Tecum ſapientia filij ſuauiter omnia diſponens, vt te dignam ſui matrem efficiat.

Tecum puritas Spiritus Sancti te præſeruans, vt in conceptu & in partu pariter virgo illibata & intemerata permaneas. Et ne quis putet me ex meo capite iſta commentari, Tecum potẽtia patris, *quia virtus altiſsimi obumbrabit tibi*, Tecum ſapientia filij, *ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius*

Dei, Tecum puritas Sſpiritus S. quia *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te*, aiunt Angelus & Euangeliſta. Tecum eſt pater æternus, qui ab æterno te elegit in filiam, Tecum filius æternus, qui ab æterno te præ elegit in matrem, Tecum Spiritus ſanctus, qui ab æterno te elegit in ſponſam. Dominus igitur tecum, tanquam pater cum filia; *Dominus tecum*, tanquam filius cum matre dulciſsima. *Dominus tecum*, tanquam ſponſus cum ſponſa chariſſima. Tecum Dominus ſicut pater cum filia, quam vnice diligit, Tecum Dominus, ſicut filius cum matre quam honorat, Tecum Dominus ſicut ſponſus cum ſpõſa quam decorat. *Dominus tecum* ſicut Sol cum Luna, quam ſuis coruſcantibus radijs illuminat, vt ipſa lumẽ producat. *Dominus tecum* tanquam magni conſilij Angel⁹ cũ myſtico cælo, quem inceſſanter regulatiſsime moueat. *Dominus tecum* tanquam cæleſtis influentia cum terra, vt fructũ vberrimũ afferat. Quapropter Iſaias cap. 45. v. 8. clamat *Rorate cæli deſuper & nubes pluãt iuſtũ, aperiatur terra & germinet ſaluatorem.* Per

cælum patrem myſtice intelligens, per iuſtum, filium, per nubes S. S. quia ipſe obũbrabit tibi. Nec enim credibile eſt de nubibus iſtis elemẽtaribus loquutũ fuiſſe, aut de nubib⁹ iuſtũ cecidiſſe, aut hoc materiali rore & pluuia op⁹ fuiſſe, vt terra Virginea germinaret Saluatorẽ: ſed cæleſti rore & influẽtia benedictionis. Quapropter merito illi dicitur *Dominus tecum*, quandoquidẽ tota Trinitas Deus vnus in ea habitauerit & ei rorem ſuæ benedictionis infuderit, vt germinare poſſet ſaluatorem mundi.

Legitur quidem Deus cum multis Sanctis fuiſſe patribus vt cum Abrahamo, Iſaac, Iacob, Moyſe, Ioſue, Gedeone, Sampſone, Saüle, Dauide & alijs. Cũ Abrahamo Dixit namque illi Dominus, *Ego ſum & pactum meum tecum, eriſque pater multarum gentium.* (Gene. 17. ver. 4.)

Cum Iſaac, apparuit namque illi Dñs in Berſabee dicẽs, *Noli timere quia ego tecũ sũ, benedicã tibi & multiplicabo ſemẽ tuũ.* (Gene. 26. ver. 24.)

Cũ Iacobo, dixit quippe illi Dñs Gen. 31. v. 3. *Reuertere in terram patrũ tuorum, & ad generationem tuam, eroque tecum.*

Cum Moyſe etiam, nam cum mitteret eũ ad Pharaonẽ in Ægyptũ vt edu-

ceret de captiuitate populum ſuũ, ait illi Exod. 3. v. 11. *Ego ero tecum.*

Cum Ioſue, ait quippe illi Dominus: *Sicut fui cum Moyſe, ita ero tecum, non dimittam nec derelinquam te.* *Ioſue. 1. ver. 5.*

Cum Gedeone, Apparuit enim ei Angel⁹ Dñi, & ait *Dñs tecũ virorũ fortiſſime.* *Iudic. 6. ver. 12.*

Cum Sampſone Cæpit enim *Spiritus Domini eſſe cum eo in caſtris Dan*, vt dicitur Iudicum 13. v. 5. Cum Saule, nam cum illũ vnxiſſet Samuel, ait illi 1. Reg. 10. v. 8. *Fac quæcunque inuenerit manus tua, quia Dominus tecum eſt.*

Cum Dauide, *Timuit* namque *Saül Dauid, eò quod Dominus eſſet cum eo, & à ſe receſſiſſet*, vt habetur 1. Reg. 18. v. 12.

Cum nullo tamen ita fuit Deus, ſicuti fuit cum B. V. Non enim ſolum fuit cum illa ſicuti fuit cũ Abrahamo, vt illam faceret multarũ gentium parẽtem: ſed etiam vt illam faceret matrem Dei.

Nec ſolum etiã ſicuti fuit cum Iſaac, vt illi benediceret & multiplicaret ſemen eius: ſed etiam vt ſemen eius eſſet in aquas multas, & benedicerentur in ſemine eius omnes tribus terrę.

Nec ſolum etiam ſicuti fuit cum

Iacob, vt eum reduceret in terram patrum ſuorum, & ad generationem ſuam: Sed vt eam exaltaret in terram viuentium & regnare eam faceret ſuper omnes ſanctus in perpetuum.

Nec etiam ſolum ſicuti fuit cum Moyſe, vt educeret populum ſuum de manu Pharaonis & de ſeruitute Ægypti: Sed etiam vt educeret eum de tyrannide Dæmonum & poteſtate tenebrarum.

Nec ſolum ſicuti fuit cum Ioſue, vt introduceret populum ſuum in terram fluentem lac & mel: ſed etiam vt eius virtute & exemplo, atque precibus & ſubſidijs nos introduceret in terram viuentium.

Nec etiam ſolum ſicuti fuit cum Gedeone, vt lampade in fictili vaſe concluſa, & concrepantibus tubis Moabitas deleret: ſed vt filium ſuum, qui eſt lux vera in vtero eius, tãquam in prætioſiſſimo vaſe recluderet, ac poſtea cõcrepante tuba Euangelij ei', omnes Duces Moab, ideſt Dæmones deleret.

Nec ſolum ſicuti fuit cum Sampſone, vt Philiſteos ſeu Allophilos expugna-

ret ſed etiã vt caput Dæmonum contereret, *Ipſa enim conteret caput tuum* dictum eſt ſerpenti.

Nec pariter ſolum ſicuti fuit cum Saüle, vt eum in regem extolleret: ſed etiam vt imponeret Diadema regni ſuper caput eius.

Nec denique ſolum ſicuti fuit cum Dauide, vt eum regnare faceret loco Saulis: ſed etiam vt eam regnare faceret loco Vaſti, ſuperbi ſcilicet Angeli, in aula magni Aſſueri, ideſt omnipotentis Dei.

Quid igitur dicemus de Beatiſſima Virgine, cum ipſa fuerit ſpecialiſſimũ diuinæ Maieſtatis templum, Sacroſanctum Filij Dei domicilium, & Spiritus ſancti habitaculum, niſi quod præſtantiori modo de ea poteſt dici, *Dominus tecum*, quàm de cæteris omnibus ſanctis, *Quemadmodum igitur anima* (ait Auguſt. de origine animæ epiſt. 28.) *Per omnes partes corporis tota adeſt ſimul, nec minor in minoribus, nec maior in maioribus: ſed tamen in alijs intenſius, & in alijs remiſſius operatur, cum in ſingulis partibus corporis eſſentialiter tota ſit. Ita*

Similitudo animæ rationalis.

& Deus cum ſit in omnibus eſſentialiter totus: In illis tamen plenius eſſe dicitur, quos inhabitat, id eſt in quibus ita eſt, vt faciat eos templum ſuum. Multo igitur magis in Beatiſſima Virgine, quæ auguſtius & præſtantius eſt cæteris omnibus templum, *in quo* ſcilicet *placuit plenitudinem diuinitatis inhabitare corporaliter.* Dicitur enim per Antonomaſiam *templum Domini, ſacrarium Spiritus ſancti.*

Nam ſicut rex aut imperator licet habeat multas præſtantiſsimas ædes, & ædificia: aliquam tamen ſemper habet præcipuam domum, in qua ſolet manere & habitare.

Sic Deus hanc præ cæteris omnibus elegit ſibi domum, haſq; ſacras Beatiſsimæ Virginis ædes, in quibus non ſolum habitaret in mente, ſed etiam corporaliter vniretur in corpore. Quicquid enim recipitur per modum recipientis recipitur, & ideo cum creaturæ non ſint æqualiter capaces Dei, æqualiter Deus non eſt in illis: Sed pręſtantiori & excellentiori modo in melius diſpoſitis, & ad eum recipiendum capacioribus, qualis fuit præ cæteris omnibus Beatiſſima Virgo: *Non*

enim Angelos apprehendit ſed ſemen Abrahæ, inquit Apoſtolus. vnde & ego etiã inferam, quod nullius alterius carnem aſſumpſit: ſed ſolius Beatiſſ. Virginis.

Quapropter ſicut oculus ſe habet ad lucem, prout enim purgatior, eò maiori luce perfunditur: ſic mens & intellectus ſe habet ad primam lucem, vnde quo purgatior, magis illuſtratur illuminatur. Et ideo intellectus Virginis, qui fuit purgatiſſimus, maximè fuit diuino perfuſus lumine, & Corpus eius corporali Chriſti pręſentia, qui eſt ſol iuſtitiæ, magis illuſtratur.

Oculi ſimilitudo & comparatio ad oculum mētis.

Dominus igitur *tecum* Iam in mente, & & mox futurus tecum per incarnationem in Corpore.

Deum eſſe in rebus dupliciter intelligi poteſt.

Deum autem eſſe in rebus dupliciter poteſt intelligi, inquit D. Bonau. in 1. d. 37. art. 3. vno modo, vt idem ſit quod eſſe pręſentē cuilibet rei, itaut ſit ſummè pręſens, & totus in qualibet re. Alio modo poteſt connotare effectũ, ſicut artifex dicitur eſſe in opere, & opifex in opificio per connotationem effectus, & per expreſſionem ſeu impreſſionem ſimilitudinis, quam prius habebat in idæa & intētione: & ſic De⁹

cum vni creaturæ pluſquam alij, & in vnã plus influit, quam in aliam, magis dicitur eſſe in vna quam in alia.

Et hoc adhuc dupliciter, intẽſius ſcilicet & extenſius. intenſius quia effectum excellentiorem & præſtantiorem producit, in ijs quę habent eſſe nobilius, vt dicitur eſſe præſtantius in anima rationali, quàm in ſenſibili, & in ſenſibili, quàm in corpore inſenſibili.

Extenſius etiam, quia plures producit effectus in vna re, quàm in alia. Vtroq; autem modo & extenſius & intenſius præ cæteris omnibus Sanctis dicitur fuiſſe in Virgine. Intenſius quidem, quia illam cæteris omnibus excellentiorem reddidit. Extenſius etiam, quia plures in ea effectus ſuæ bonitatis produxit. Illam enim in matrem elegit, quòd nulli alteri conceſsit creaturæ.

Quin non ſemper Deus datur cum ſuo dono. Vt diximus, poteſt enim donum gratiæ conferre abſq; eo quod ſeipſum conferat: ſicuti ſol poteſt producere radium, abſq; eo quod ſolem generet. Et ſic cæteris ſanctis ſe

Deus contulit per gratiam, tamquam per radium & effectum : ſed Beatiſſimæ Virgini non ſolum per radium & effectum gratiæ ſeſe contulit : ſed etiam per ſeipſum. Vnde non ſolum dixit Angelus, *Aue gratia plena*, Sed etiã *Dominus tecum*.

Nec ſolum dicit Dominus in te, ſed Dominus tecum. Nam vt obſeruat Magiſter Sentent. In 1. d. 37. etiam ſi Deus ſit in rebus omnibus, non tamen eſt cũ omnibus, quod obſeruat etiam D. Auguſt. ſuper Ioannẽ, quia & ibi miſeri poſſunt eſſe, vbi ille eſt, qui nuſquam deeſt; nec mali ſunt cum illo, nec ille cum malis, ſicut cæci licet ſint in luce, non ſunt cum luce. Eſſe enim cum Deo, aut Deum cum aliquo dicit aſſociationem, inquit D. Bonau. In aſſociatione autem conſiderantur duo, ſcilicet mutuũ auxilium, & conformitas voluntatis. *In aſſociatione duo conſiderantur.*

Quoniam ergo ſoli boni habent voluntatem conformem diuinæ, & ſunt coadiutores Dei & Deus adiutor illorum eſt, Ideo de ijs propriè dicitur, quod ſunt cum Deo, & Deus cum illis,

Digitized by Google

quia verò mali non ſunt voluntati Dei conformes, nec coadiutores ſunt Dei in ſua ſalute procuranda, ideo Deus non dicitur propriè eſſe cum illis, quia ad malum faciendum quatenus malum, non concurrit licet Deus concurrat ad actum.

Cum igitur Beatiſsima Virgo conformem cum Deo ſemper habuerit voluntatem, & ei fuerit coadiutrix nõ ſolum in ſua ſalute procuranda, ſed etiam in ſaluatore producendo, quia illa ſaltem ſubminiſtrauit materiam, ideo illi merito dicitur *Dominus tecum*.

In Sanctis quomodo ſit Deus.

Et præterea *licet Deus communi modo omnibus rebus inſit præſentia, potentia, ſubſtantia: tamen familiari modo per gratiam dicitur eſſe in illis, qui mirificentiam operum Dei acutiùs & fidelius conſiderant*, inquit D. Gregorius in Cãtica. Cum igitur Beatiſsima Virgo acutiùs, & fidelius cæteris omnibus conſideraret & contemplaretur myſteria diuina, & magnificentiam operum Dei, (prius enim concepit mente, quam corpore, vt ait D. Auguſtinus) nil mirum ſi familiari modo & peculiari dicitur po-

ċius Deus eſſe cum illa, quam cum cæteris omnibus.

De hoc enim eodem idē Auguſtin⁹ ad Dardanum in libro de præſentia Dei ait; *Cum Deus ſit natura incorporea, & incommutabiliter vna, æterna ſtabilitate, in ſe ipſo manens, totus adeſt rebus omnibus & ſingulis totus. Sed in quibus habitat, habent eum pro ſuæ capacitatis diuerſitate, alij amplius, alij minus.* Et ideo cum Beatiſsima Virgo fuerit omniū capaciſsima (quia quē cœli capere non poterāt tuo gremio contuliſti, canit Eccleſia) dubio procul magis fuit Dominus cum illa, quam cum cæteris omnibus. *Capacitas Sanctorum diuerſa.*

Nam vt ait Magiſter ſentent. in primo diſt. 37. *Cum De⁹ ſit in omnibus eſſētialiter, ac totus. In illis tamē plenius eſſe dicitur quos inhabitat, ideſt in quibus ita eſt vt faciat eos templum ſuum,* vt nuper diximus: Nullus autem eſt, qui verius & auguſtius templum Dei eſſe poſſit (ſi humanitatem verbi excipias) quàm Beatiſſima eius parens & genitrix, & ideo maxime cæterorum omnium ei conuenit iſtud elogium, *Dominus tecum*, Nam licet dicatur *Thro-* *Sancti ſūt Templum Dei.*

Digitized by Google

Thronus Dei anima iuſti.

nus ſapientis anima iuſti, Attamen hoc dē Beatiſſima Virgine non ſolum poteſt dici quoad animam, ſed etiam quoad corpus. Nam *qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo.* Vt iam ſæpius diximus. Sed ſi de anima loqui ſolum velimus (cum verbum Diuinum nondũ eſſet incarnatum, quando Angelus dixit *Dominus tecum*) adhuc longè excellentiori modo fuit Deus in anima Beatiſsimæ Virginis, quam in anima cæterorum omnium, quia in cæteris iuſtis non ſemper eſt Deus, aut ſaltē nõ ſemper fuit per gratiam, quia nonnũquã in peccatum prolapſi ſunt. Et licet nunquã in mortale peccatũ eſſent prolapſi, in originale ſaltem ſunt delapſi. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum & in peccatis concepit me Mater mea* dicebat Regius Propheta, quamuis olim iuſtiſſimus. Et cum homo in peccatum prolabitur originale, licet Deus cum ipſo ſit per eſſentiã, præſentiam, & potentiam; non eſt tamen cum eo per gratiam, quouſque peccatum originale ſit deletum, *Quia in maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit*

Quomodo Deus fuerit excellentius in anima Virginis, quam in anima aliorum ſanctorum.

bit in corpore ſubdito peccatis. Beatiſſima autem Virgo nec in originale, nec in vllum actuale peccatum, vnquã eſt delapſa: Et ideo ſemper veriſſimũ eſt ei dicere *Dominus tecũ*, quia ſemper Deus fuit cum ea per gratiam, quod de cæteris omnib' ſanctis non eſt ſemper veriſſimum dicere, quia non ſemper Deus fuit cum eis per gratiam. *Eramus enim natura filij iræ*, Et ideo eſt proprium ſolius Virginis, & non alterius cuiuſlibet Sancti, (ſi filium eius excipias) hoc elogium *Dominus tecum*, quia proprium eſt quod vni, & ſoli & ſemper conuenit, hoc autem ei ſoli, & ſemper conuenit, quoad gratiam, quia non ſemper, ſed aliquando ſolum in alijs eſt hominibus, quãdo ſcilicet ſunt in gratia, & adhuc in illis tunc non eſt plenè & perfectè ſecundum omnem gratiæ plenitudinem, & omnem modum exiſtendi gratuitum, quia alij plerumq; imo fere ſemper in aliquod peccatum veniale prolabuntur, quod licet non tollat gratiam Dei, illam tamen diminuit, & Deum a ſe ſuo modo repellit, quia non eſt eo modo in

Dominus tecum proprium Virginis encõmium.

creatura per gratiam , quo peccatur per culpam , licet tantummodo venialem; quia licet Deus concurrat ad actum quatenus bonum, Nunquam tamen concurrit ad malum culpæ, quantumuis leue, quatenus peccatum eſt. Et ideo tunc non poteſt dici quoad peccatum *Dominus tecum.* Sed cum Beatiſſima Virgine ſemper fuit ſecundum omnem modum exiſtendi gatiutũ, ſi vnionẽ hypoſtaticã verbi & gratiam capitis, & ſingularis perſonæ propriam filij eius, excipias, qua tamen cum etiam ipſa nouem menſium ſpatio (quandiu ſcilicet filius Dei fuit in eius vtero) manſit Deus.

Secundum omnẽ modũ exiſtendi gratuitum fuit Deus cum Virgine.

Nec vnquam illa Beatiſ. Virgo vllum in peccatum nedum originale, aut mortale : ſed neque veniale incidiſſe reperitur , ex quo diminuta fuerit gratia , & coanguſtatus exiſtendi modus per gratiam. Nec vllum vnquã actum admiſit, propter quem diuina maieſtas non concurrerit: nec vitium vllum contraxit, propter quod Deus ab illa vllo modo receſſerit. Rite igitur hoc illi eloquium *Dominus tecũ* tanquã

proprium attribuit Angelus.

Vnde Petrus Damianus Serm. de Natiuitate egregiè dixit: *Cum Deus in aliis rebus ſit tribus modis, in Virgine fuit quarto ſpeciali modo, ſcilicet per identitatem*, non quidem perſonæ, quia hoc ſolum modo fuit in natura humana a ſe aſſumpta, ſed per identitatem naturæ humanæ, eadem quippe fuit natura humana in Beatiſſima Virgine, ſicut & in Chriſto, non numero ſed ſpecie: immo ferè eadem numero ſicut & ſpecie, cū de puriſſimis eius ſanguinibus caro Chriſti ſit efformata, & tam intimè Virgini coagulata & coalita, vt penè viderentur non eſſe duo: ſed vna caro. Poteſt enim dicere multo melius quā Adam, *hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea.* *Tribus modis Deus eſt in rebus.*

Quemadmodum enim verbum in charta deſcriptū totū eſt in charta, totum in mente gignente, totum in ijs, qui illud legunt vel audiunt. Ita quoq; Deus verbum totum erat in cœlo, totū in terra, totum in vniuerſa creatura: ſed multo admirabilius totum erat in Deo Patre, & totum in Virgine Matre.

Iam erat cum Virgine qui ad Virginem mittebat Angelum, & præceſſit nuntium ſuum Dominus, nec teneri potuit locis, qui omnibus habetur in locis, inquit D. Ambroſius in primum Lucæ.

Tribus modis Deus eſt in rebus.

Deus namque dicitur eſſe alicubi tribus modis, Primo vniuerſaliter, quomodo eſt vbiq; per eſſentiam præſentiam & potentiam. Secundo per gratiam, quomodo eſt ſolum in animabus iuſtis. *Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* Tertio per priuilegium ſpecialiſsimum cum Beatiſsima Virgine, carnem ſuam aſſumens, & diuinitatem carni aſſumptæ communicans.

Deus ſiquidem *qui vbiq; eſt æqualiter totus per ſuam ſimplicem ſubſtantiam, aliter tamē eſt in rationalibus creaturis, quā in cæteris; & ipſarum aliter in bonis quam in malis eſt per efficaciam. Ita ſane eſt in irrationabilibus creaturis, & tamen non capiatur ab ipſis. A rationabilibus autem omnibus quidem capi poteſt per co-*

gnitionem : ſed à bonis tantum capitur etiam per amorem. In ſolis ergo bonis ita eſt, vt etiam ſit cum ipſis propter concordiam voluntatis. Nam dum ſuas voluntates voluntati diuinæ ita ſubijciunt, vt quod Deus vult, ipſi velint, aut Deum non dedeceat velle quod ipſi volunt, per hoc quòd ab eius voluntate non diſſentiunt, Deum ſibi ſpecialiter iungunt. Sed cum ita ſit cum omnibus ſanctis ſpecialiter tamen cum Maria, cum qua vtique tanta conſenſio fuit, vt illius non ſolum voluntatem, ſed etiam carnem ſibi coniungeret, ac ſic de ſua Virginiſque ſubſtantia vnum Chriſtum efficeret, vel potius vnus Chriſtus fieret; qui etſi nec totus de Deo, nec totus de Virgine: Totus tamen Dei & totus Virginis eſt, nec duo filij, ſed vnus vtriuſque filius, inquit D. Bernardus hom. 3. ſuper Miſſus eſt. *Quid igitur mirum ſi gratia plena erat cum qua Dominus erat.* (Vt iterum verbum Ambroſij repetam) qui tanquam fons perennis, gratiæ cæleſtium chariſmatum fluentis aſſidue illam irrigabat. Hæc enim diuina præſentia plenitudinem illam exuberantis gratiæ

fōs erat ſcaturiēs, dequa, elegātiſſimè Chryſippus Hieroſolymit. Sermone. de Sancta Maria, qui habetur in Bibliotli. PP. *Gratia plena, quia tecum eſt vniuerſus gratiæ theſaurus, totius lætitiæ Rex cum ancilla, cum ſpecioſa inter mulieres ſpecioſus forma præ filijs hominum; cum puella impolluta is qui ſanctificat omnia.*

Atq; vtinam ſic nobiſcum ſit Deus, ſicut erat cum Beatiſsima Virgine, aut ſaltem ſicuti eſt cum cæteris omnibus Sanctis, per gratiam ſcilicet & amorem, vt Deo, & Dei gratia pleni, vberrimam referamus bonorum operum Meſſem, ac cum Deo, & Beatiſsima Virgine alijſq; omnibus Sanctis ſine fine viuamus. *Amen.*

BENEDICTA
TV IN MVLIERIBVS.

SERMO OCTAVVS.

IN omni genere datur aliquod primum, quod eſt menſura cæterorum omnium, vt inter apes datur Rex, qui totum agmen & magnitudine & excellentia præcedit. Inter aues aquila, inter piſçes Delphinus, inter animantes leo, inter Angelos primus Ierarcha, inter homines Chriſtus, & inter mulieres Beatiſſima Virgo. Quamobrem non contentus Angelus eam voçaſſe *Gratia plenam*, & dixiſſe *Dominus tecum*, Superaddit *Benedicta tu in mulieribus*, vt eam

Digitized by Google

penitus oſtenderet eſſe incomparabilem, multi enim poſſunt eſſe gratia pleni, vt ſuperius diximus, licet nullus ſimplex & purus homo, ita vt Maria: Multiq; ſecum habent Deum, quia *qui diligit me ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eũ veniemus, & mãſionem apud eum faciemus*, Licet nullus eo modo quo Maria Virgo Deum habuerit. Sed cum ſuper additur, *Benedicta tu in mulieribus*, oſtenditur incomparabilis eius excellentia præ cæteris omnibus ſui ſexus.

Quod vt clarius eluceſcat, à ſufficiẽti partium enumeratione procedam⁹.

Nuptarũ tres ordines. *Innuptæ triplicis ordinis.*

Omnes mulieres, quibus benedictio competere poteſt, aut ſuntnuptę, aut ſteriles, aut fæcundæ, aut continentes. Si innuptæ, aut Virgines, aut cælibes, aut viduæ, Nam fornicariæ, adulteræ, & ſacrilegæ in ſtatu maledictionis ſunt poſitæ, niſi reſipiſcant. *Quia neque fornicarij, neque molles, neque adulteri regnum Dei poſſidebunt*, vt ait Apoſtolus. Si autem reſipiſcant ſub vno, aut altero diuiſionis membro comprehenduntur.

Digitized by Google

Duæ claſſes mulierum.

Diuiſio.

Quapropter omne genus mulierum in ſtatu benedictionis conſiſtentium in has duas claſſes reducitur, ex quibus ſex diſtinctionum ſpecies ſuboriũtur, Tres pro nuptis, & tres pro innuptis. Quamobrem vt clarè & dilucidè oſtendamus Beatiſſimam ſemperque Virginem eſſe benedictam in mulieribus, oportet vt oſtendamus benedictionem eius cæteris omnibus aliarum mulierum benedictionibus antecellere, eiuſque virtutes & merita cæteris omnibus aliarum mulierum meritis & virtutibus præſtare. Quod nedũ faciemus ſed ſperamus (Deo fauente) commonſtrare cæterarum omnium laude & benedictione non ſolum donari: ſed vnamquamque præterea in propria cuiuſlibet benedictione præcedere & excedere: itaut illa vna omnes aliarum mulierum habeat benedictiones, ſicut Angelus ſuperior habet omnes omnium inferiorũ perfectiones, ſi D. Dioniſio credimus; & inſuper omnes in ſuis proprijs benedictionibus & virtutibus ac perfectionibus ſuper excedit. Quod maximum eſt

Maria omnes aliarum perfectiones & benedictiones habet.

Digitized by Google

perfectionis & benedictionis inter omnes fæminas argumentum.

Nam licet quandoq; videamus vnum alteri præferri in aliqua virtute, perfectione, aut benedictione: Alter tamen poteſt ei prerogari & præfici in alia; ſed quod vnus cœterorũ omnium habeat perfectiones & virtutes, & quod in omnib⁹, & per omnia cæteris præemineat, hoc ſummum eſt tenere gradum perfectionum & virtutum.

Ordo dicẽdorum. Agè ergo oſtendamus per ſingulas Beatiſſimam Virginem sũmum inter mulieres benedictionis, & virtutis, ac cuiuſlibet perfectionis tenere apicem, & ipſam tamen vnam omnes aliarum mulierũ habere perfectiones & benedictiones, ac propterea ei legitimo iure, dici *Benedicta tu in mulieribus.*

Et primum à perfectione, virtute, & benedictione nuptarum incipiamus. Quod namq; illarum habuerit benedictionem, ſatis apparet, quia inter ſponſas deſponſata etiam ipſa fuit. *Benedictio nuptarũ.* *Miſſus eſt* (inquit noſter textus) *Angelus Gabriel a Deo ad Virginẽ deſponſatã viro*, vt nullus ei deeſſet perfectionis & benedictionis

gradus. Et quia benedictio in ſecundis non ſolet conferri nuptijs, ſed ſolum in primis, quādo ſcilicet virgo viro primitus coniungitur, quia Sacramētum hoc, eſt Symbolum cōiunctionis Chriſti & Eccleſiæ, vbi vna vni ſoli eſt coniuncta, *Vna eſt* enim *columba mea, vna eſt perfecta mea*; Ideo notanter additur, *Ad Virginem deſponſatam viro*, vt oſtendatur benedictionem in primis nuptijs conferri ſolitam iure legitimo competere B. Virgini deſponſatæ viro: Immò longè adhuc maiorem. Nā Virgines nuptæ, ſi permanent Virgines in coniugio cōtinentes, magna eſt benedictio & perfectio. Eſſe quippe in igne, & non ardere, & ignem in ſinu fouere, itaut veſtimenta tua non ardeant, magnum eſt naturæ miraculum. Vnde Virginē viro nuptam, intactam atque illibatam in matrimonio perſeuerare magnum eſt prodigium, ſed hoc tamen miraculum aliqua priuatio ſubſequitur, quia ſpōſa Virgo permanens ſolet prole carere, quod vnū eſt ex præcipuis coniugij bonis. At Beatiſſima Virgo in matrimonio ſemper

nedictio & perfectio fœcundarum ſit magna, eſt tamen nonnullis incommodis comitata: nã hæc roſa non caret ſpina. At benedictio Beatiſſimæ Virginis eſt roſa ſine ſpina (eſt enim benedictus fructus ventris eius cum flore Virginitatis) licet nanq; fructum protulerit, florem tamen Virginitatis non amiſit.

Beatæ denique *ſteriles & ventres, qui non genuerunt*, maledictione ſiquidem primæ parentis videntur exemptę, qua dictum eſt ei, *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos in dolore paries filios*, &c. Carent enim dolore partus, & filios non generant contumaces, & rebelles, nec mille malas parientium ſubeunt noctes; quibus in gelu & æſtu potius filijs oportet indulgere vociferantibus, quàm propriæ neceſſitati & quieti, illiſque perpetuum onus incumbit, non ſibi ſolis viuere, ſed & proli prouidere; atque illis ſi ægrotarint perpetuo aſſidere, & dies nocteſque inſomnes tranſigere coguntur, multaq; huiuſmodi fœcundas & parientes fæ-

Bonum ſterilium.

minas ſequuntur incommoda, immo & vitæ diſcrimina & pericula, à quibus ſteriles ſunt immunes. Sæpe namque vt in lucem filios in vtero conceptos producant, huius lucis vſura priuãtur, vtque filios in vitam effundãt, vitam ipſam profundunt, vt contigit pulchræ Racheli, quæ cum vitam efflaret vt filio vitam tribueret, ſtridens in dolore partus exclamauit *Bennoni*, hoc eſt filius doloris mei. Et plerumque etiã filios generãt & educãt ita procaces & proteruos, vt non ſolum mortis genitricis ſuæ ſint cauſæ: ſed etiam damnationis perpetuæ, quia diris ſeſe & filios deuouent, & furijs infernalibus ſingulis ferme temporum momentis. vnde meritò ſteriles ab ijs omnibus maledictionibus miſerijs & doloribus ac pænis immunes, bene poſſunt dici beatæ. *Quoniam fœlix eſt ſterilis, incoinquinata, quæ neſciuit thorum in delicto habebit fuctum inreſpectione animarum ſanctarum.* Sed hanc tamen beatitudinem aliqua miſeria concomitatur, Dolent enim ac vehementer angentur ſteriles, quod chara careant

Incommoda ſterilium.

dulcedine prolis. Hac enim de cauſa tã ardenti ſobolis habendæ deſiderio flagrabat Rachel, vt diceret coniugi ſuo Iacob, *Da mihi filios alioquin moriar*, Et Anna mater Samuelis, antequam eum gigneret cum eſſet ſterilis, amaro erat animo, *Affligebat quoq; eam æmula eius, & vehementer angebat, in tantum vt exprobraret quod Dominus concluſiſſet vuluam eius, porrò illa flebat, & non capiebat cibum*, Cumque eſſet amaro animo, orauit ad Dominum flens largiter, & votum vouit, quod ſi Deus illi daret filium, illum Nazaręum efficeret, & cultui diuino conſecraret: Quo quidem voto tantis cum lachrymis nuncupato; ſatis apparet quanto deſiderio ſuſcipiendæ ſobolis teneretur, & quanto animi angore doleret ea priuari. 1. Reg. 1.

Beatiſſima autem Virgo nec dulcedine prolis caruit, nec vlla tamen vnquã viri copula cõinquinata fuit, *Hæc enim vere eſt, quæ neſciuit thorum in delicto, habebit fructum in reſpectione animarum ſanctarum.*

Benedicta igitur in mulieribus, quæ nec dolores & angores parientium

habuit, & tamen benedictione non caruit, ſed caruit angore ſterilium: & fælicitatem ac beatitudinem earum, tamen immò longè maiorem habuit.

Si iã loqui velimus de innuptis, aut ſunt cælibes, aut viduæ, aut Virgines. Si cælibes, Meli⁹ nil cælibe vita, inquit Horatius. *Volo enim omnes vos eſſe ſicut meipſum*, ait Apoſtolus 1. Cor. 7. ver. 7. Ipſe autem cęlibem vitam ducebat, quapropter oſtendit ita deſiderare omnes cælibes eſſe: *Sed vnuſquiſque proprium donum habet ex Deo, alius quidam ſic, ailius verò ſic. Dico autem* inquit *non nuptis & viduis bonum eſt illis, Si ſic permaneant, ſicut & ego. Quod ſi non ſe continẽt nubant*, Et paulo poſt *Mulier innupta* inquit *& Virgo cogitat quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta corpore & Spiritu*, vnde Iuriſconſultus *Cælibes dixit quaſi cæleſtes, quod onere grauiſſimo vacent nuptiarum*, Prout refert, Quintilianus lib. 1. Capit. 10. Et D. Hieron. vitam cælibem vult dici quaſi cælitem lib. 2. cõtra Iouinian. Ex quibus omnibus colligitur meliorẽ eſſe vitam cælibem, quam coniugalẽ, vnde ſequeretur B. Virginem non fuiſ-

ſe

ſe benedictam in mulieribus, fuit enim deſponſata viro, cui nomē erat Ioſeph.

Sed velim intelligat quiſquis hæc nobis obijcere audeat, Apoſtolum loqui de innuptis in comparationè nuptarum deſideria carnis explentium. Præſtantior eſt enim vita cælebs coniugali huiuſcemodi. Si velimus comparare vitam cælibem cum coniugalī Virginitatem illibatam ſeruante, ſicut (faciebat Beatiſſima Virgo ſimul cum Beato Ioſepho) longè melior eſt huiuſcemodi vita coniugalis, quam cælebs, *In carne namque præter carnem viuere non terrena vita eſt, ſed cæleſtis*, inquit D. Ambroſ.

Nam qui hoc modo in coniugio continenter viuunt, cælibatum in coniugio colunt, & ideo benedictionem cælibatus adipiſcuntur, & preterea fælicitatem coniugij in celibatu reperiunt, & ideo duplicem conſequuntur benedictionem, nuptialis ſcilicet thalami, & vitæ cælibis; & hanc adeptæ ſunt multæ mulieres, vt S. Cecilia cum ſponſo ſuo Valeriano, cuius corpus ob meritum caſtitatis poſt tot annorum

centurias repertum eſt noſtro ſeculo à Clemente 8. illæſum.

Baſiliſſa cum Sancto Iuliano, quorum vita extat apud Surium.

S. Pulcheria Auguſta Theodoſij Iunioris Soror & Arcadij Imperatoris filia, quæ cum ab Angelo admonita fuiſſet, Marciano Imperatori nupſit ea conditione, vt ſuam caſtitatem Deo votam conſeruaret, quod præſtitit teſte Cedreno.

S. Cunegundis Henrico II. Imperatori deſponſata, quæ vt ſuam Virginitatem probaret illeſa ſuper ferrum candens ambulauit.

Altera Cunegundis Belæ Hungarorum Regis filia, cum Boleſlao quinto Polonorum principe, qui inde pudici nomen accepit. Richaredis regina cum marito ſuo Carolo Craſſo Gallorum Rege.

Mathildis Regina cũ Rege Conrado filio Hẽrici 4. Imperatoris. S. Pharaïldis neptis S. Amelburgæ cum Pepino coniuge. Ægitha Virgo cum Eduardo tertio Anglorum Rege, Ethelreda Orientalium Anglorum Regina, bis

coniugata, & ſemper Virgo permanẽs. S. Delphina cum S. Elzeario Comite coniuge ſuo: & multæ aliæ per ſingula regna ſunt inuentæ cælibatum in matrimonio coluiſſe, ac propterea caſtitatis coronam ſimul cum benedictione nuptiali coniunxiſſe: nulla tamen inuenitur perpetuæ caſtitatis laude, ſiue in matrimoniò ſiue extra matrimonium floruiſſe, & tamen prolis beatitudine donatam fuiſſe præter Beatiſſ. V. M. Quamobrem merito ei dicitur *Benedicta tu in mulieribus.*

Quoad viduas etiam oſtẽdit Apoſtol⁹ illas beatiores eſſe in continentia permanentes, quam ſi ad ſecundas conuolauerint nuptias, *Mulier namque alligata eſt legi, quanto tempore vir eius viuit, quod ſi dormierit vir eius, liberata eſt, cui vult nubat, tantum in Domino. Beatior autem erit ſi ſic permanſerit.* 1. Corinth. 7. Nã vt ait Tertullianus lib. de Pudicitia, *Pudicitia eſt flos morũ, honor corporum, decor ſexuum, fundamentum ſanctitatis, præiudiciũ omnis bonæ mẽtis*, Quapropter beatior erit vidua, quæ ſic permãſerit

Bona viduarum.

non ſolum hæc in quieta & ſanctiore vita, ſed etiam in futura maiori beatitudine fælicior, & glorioſior erit in cælo inquit Ambroſius, quem videre eſt Tom. primo lib. de viduis, & Auguſt. lib. de bono viduitatis Tom. 4. & Hermas proximus Apoſtolorum temporibus mãdato. 4. *Si vir* (inquit) *Vel mulier alligatus deceſſerit & nupſerit aliquis illorum, nunquid peccat? Qui nubit non peccat: Sed qui per ſe permanſerit magnum ſibi conquirit honorem apud Dominum.*

Quodammodo enim magiſterium Virginitatis viduarum valeſcit exemplo, quæ cum viro caſtum cubile cuſtodiunt, documento Virginibus ſunt, integritatem Deo eſſe ſeruandam: & propemodum non inferioris virtutis eſt eo abſtinere coniugio, quod aliquando delectauerit, quàm coniugij oblectamenta reſpuere inquit D. Ambroſ. li. de viduis.

Et Androtius lib. de ſtatu viduali, *Licet* inquit *Viduæ propter primas nuptias, quibus matrimonium conſummarunt, paratam Virginibus aureolam amiſerint: pudicitiæ tamen ſplendida corona decorantur.*

Benedictio viduarum. Quamobrem dicebat Dominus per os Regis Dauid Pſal. 131. *Viduam eius*

benedicẽs benedicam,quo quidẽ teſtimonio vtitur D. Ambroſ.inter alia multa pro laude viduitatis, nimirũ quod diuinę benedictionis ſubſidijs honoretur.

Sed tamen cũ hac benedictione aliqua miſeria& calamitas eſt innexa.Carent enim ſolamine viri. Quid enim poteſt facere paupercula mulier ſine viro? itidem quod vitis ſine fulcro, aut hedera ſine ſubſtentaculo, aut ſenex ſine baculo.Quapropter dicebat Apoſtolus 2. Timoth. 5. *Quæ autem veré vidua eſt, & deſolata, ſperet in Domino, & inſtet in obſecrationibus & orationibus nocte ac die.*

Beatiſſima autem Virgo & viduarum vita in matrimonio vixit, ſperans in Domino, & inſtãs in obſecrationibus, & orationibus die ac nocte: & ſic verè viduarum gloriam habuit: & tamen viri ſolamine nõ caruit. Fuit enim deſponſata viro; & inſuper Virginitatis palmam præripuit. Et ſic vere dixit illi Angelus, *Benedicta tu in mulieribus.*

De Virginibus autẽ vt etiam aliquid dicamus *præceptũ Domini non habeo* inquit Apoſt. 1.Cor. 7.*conſiliũ autẽ do,tanquam* *Bonum Virginitatis.*

miſericordiã cõſequtus à Dño, vt ſim fidelis.
Exiſtimo ergo hoc bonum eſſe propter inſtantem neceßitatem, quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. Vnde rideo hæreticorum noſtræ tẽpeſtatis veſaniam, vt Lutheri de vita coniugali, qui dicit quod, *Creſcite & multiplicamini, non eſt præceptum, ſed pluſquam præceptum, quod nos non poſſumus impedire, vel prætermittere, & perinde neceſſarium eſt ac edere, bibere,* &c. Oppoſitum enim penitus docet Apoſtolus hoc in loco, qui dicit quod, *Bonum eſt homini ſic eſſe*, in Virginitate ſcilicet. & rurſus, *Bonum eſt homini mulierem non tangere.*

Et Virgo cogitat quæ Domini ſunt, vt ſit Sancta corpore & ſpiritu. Igitur & qui matrimonio iungit Virginem ſuã, bene facit: & qui non iungit, melius facit, Ait idem Apoſtolus ibid. Quibus quidẽ verbis ſatis oſtendit Virginitatem eſſe matrimonio præferendam: *Quia ſemper eſt Angelis cognata Virginitas*, ait Sanctus Ambroſ. neq; enim nubent neque nubentur Angeli, ſicuti nec Virgines. *Et ſi vultis ſcire, Angelicam gloriam acquirere, magis eſt quàm habere, eſſe Angelum*

fœlicitatis eſt, virginem eſſe virtutis, ait idem ibidem.

Et D. Fulgentius ep. 3. cap. 4. *Adeò* inquit *Virginitas virtus eſt, vt à virtute nomen acceperit Virgo.*

D. quoq; Baſilius lib. de vera Virginitate ſtatim a principio ait, *Magnum re vera quiddã, ac præclarum Virginitas eſt, quæ vt totum ſimul explicem, hominem incorruptibili Deo ſimillimum facit.*

Sed Virginitas hoc habet annexum, quod caret fructu vẽtris, & bono prolis, tam ardenter à multis expetito. Quapropter filia Iephte deplorabat Virginitatẽ ſuam, quod ſcilicet ei occumbere contingeret, antequam filios pareret; Sperabãt enĩ fœminæ Hebreę Meſsiã ex ſe aut ex ſuis poſteris naſciturum, quapropter dolebant vehemẽter quando contingebat Virgines ſine prole decedere, quaſi forent beata pariendi Meſsiam ſorte priuatæ. At B. Virgo virginitatis florem nõ amiſit, & bono prolis nõ caruit, nec ſorte pariẽdi Meſsiam priuata fuit: ſed ipſamet illum peperit, vnde inter cæteras omnes Benedicta fuit. Nam vt cecinit Poëta,

Virginitas, partus diſcordes longo Virginis in gremio fœdera pacis habent. Et D. Cyprianus Serm. de Natiuitate Chriſti, *Erat Mariæ proprium priuilegium, quod nulla mulierum nec ante, nec deinceps meruit obtinere, quod erat ſimul mater, & Virgo ſingulis titulis inſignita.*

Hinc eſt quod & acquiſiuit honorem matris, & Virginitatis gloriam non amiſit, inquit Sanctus Petrus Chryſologus Merito igitur *Benedicta tu in mulieribus*, quia nec primam ſimilem viſa es, nec habere ſequentem tam in nuptis, quàm in nuptis.

Concluſio. Multo igitur melius de Beatiſſima Virgine dicere poſſumus cum D. Gregorio Nazianzeno Orat. II. quam quod ille ait de ſorore ſua Gorgonia: *Pudicitiæ quidem laude adeò excelluiſſe, vt cum in hæc duo cuncta vita diuiſa ſit, nempe in matrimonium & cœlibatum, atq; hic quidem ſublimior & diuinior ſit, verum laborioſior: illud autem humilius, ſed tamen tutius. vitatis vtriuſque moleſtijs quicquid in vtroque pulcherrimum erat elegerit, atque in vnum copularit alterius nimirum ſublimitatem, alterius ſecuritatem.*

QVAE CVM AVDISSET, TVRBATA EST IN SERMONE EIVS & cogitabat qualis eſſet iſta Salutatio.

SERMO NONVS.

EXpedita Salutatione Angelica, nunc D. Lucas Euangeliſta ad Beatiſſimā Virginem ſtylum conuertit. Non enim ſolum verba, ſed & nutus & ſigna præſtantiſſimarum perſonarum ſunt ponderanda, & preſertim puriſsimæ Virginis motus & geſtus dum ſalutatur ſolent conſiderari. Emicat enim per ipſos oculos, ac penè per ipſam faciem collucet Virgineus pudor, & qualis ſit in men-

Digitized by Google

te, quaſi apparet in facie. Nec ita ſpeciem & imaginem rei obiectæ reddit, ſicuti facies Virginis ſpecimen ſtatim edit ad primos alicuius viri affatus internæ animi pudicitiæ. Rubet enim vultus, ac inter candida lilia, roſa rubens per ora conſpergitur, trepidant labia purpurea, vox faucibus hæret, Mens intus ſedula cogitat, quid ſibi velint verba prolata, aut ſalutatio ad ſe delata. *Trepidare* enim *virginum eſt, & ad omnes viri ingreſſus pauere, omnes viri affatus vereri*, inquit D. Ambroſ. in 1. Lucæ: Nec debebat D. Lucas (qui non ſolum Euangeliſta, ſed & medicus peritus, & excellens pictor fuit) præterire hos animi motus, cum Phyſicorum ſit illos attentè conſiderare; & optimi pictoris illos ad viuum (ſi fieri poſsit) exprimere. Cum enim Magnorum regum, & illuſtrium reginarum ſoleant non ſolum verba: ſed & motus ac geſtus quos in legatione audienda fecerint, referri: In hac audienda Gabrielis Archangeli legatione, non ſolum verba, quæ Beatiſſ. Virgo protu-

Virgineus pudor deſcribitur.

ſit: Sed & geſtus & nutus erant obſeruandi. Et nos igitur illos obſeruemus, vt aliquid ex eius exemplo, & animi maturitate addiſcamus.

Magnum ſiquidem ante occulos nobis porrigit exēplum modeſtiæ, verecundiæ, & prudentiæ. Modeſtiæ in auditu, quapropter dicitur *quæ cum audiſſet*, verecundiæ in vultu, *quia turbata eſt in Sermone eius.* & prudentiæ in cogitatu, *quia cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.* *Diuiſio & partitio dicendorū.*

In auditu notatur modeſtia, vt hinc exordiamur, quia audit & tacet, cito enim reſpondere fatuitatis eſt humanæ, præcipuè cum quis ſe laudari videt; & maximè ſi puella & Virgo laudes ſuas audiat celebrare, multiſq; ſeſe deliniri blanditiis, ac ſalutationibus oblectari. Non enim fruſtra duas nobis affinxit & affixit ex vtraque capitis parte aures natura, à Deo ſapienter omnia diſponente ordinata, & vnicam tantum linguam, illamque duplici ergaſtulo, aut vallo dentium & labiorum concluſam, aureſq; *Aures cur duæ & vna tātum lingua.*

Digitized by Google

habuit, & tamen benedictione non caruit, ſed caruit angore ſterilium: & fælicitatem ac beatitudinem earum, tamen immò longè maiorem habuit.

Si iã loqui velimus de innuptis, aut ſunt cælibes, aut viduæ, aut Virgines. Si cælibes, Meli' nil cælibe vita, inquit Horatius. *Volo enim omnes vos eſſe ſicut meipſum, ait* Apoſtolus 1. Cor. 7. ver. 7. Ipſe autem cęlibem vitam ducebat, quapropter oſtendit ita deſiderare omnes cælibes eſſe: *Sed vnuſquiſque proprium donum habet ex Deo, alius quidam ſic, ailius verò ſic. Dico autem* inquit *non nuptis & viduis bonum eſt illis, Si ſic permaneant, ſicut & ego. Quod ſi non ſe continẽt nubant*, Et paulo poſt *Mulier innupta* inquit *& Virgo cogitat quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta corpore & Spiritu*, vnde Iuriſconſultus *Cælibes dixit quaſi cæleſtes, quod onere grauiſſimo vacent nuptiarum*, Prout refert, Quintilianus lib. 1. Capit. 10. Et D. Hieron. vitam cælibem vult dici quaſi cælitem lib. 2. cõtra Iouinian. Ex quibus omnibus colligitur meliorẽ eſſe vitam cælibem, quam coniugalẽ, vnde ſequeretur B. Virginem non fuiſ-

ſe

ſe benedictam in mulieribus, fuit enim deſponſata viro, cui nomẽ erat Ioſeph.

Sed velim intelligat quiſquis hæc nobis obijcere audeat, Apoſtolum loqui de innuptis in comparationè nuptarum deſideria carnis explentium. Præſtantior eſt enim vita cælebs coniugali huiuſcemodi. Si velimus comparare vitam cælibem cum coniugalĩ Virginitatem illibatam ſeruante, ſicut (faciebat Beatiſſima Virgo ſimul cum Beato Ioſepho) longè melior eſt huiuſcemodi vita coniugalis, quam cælebs, *In carne namque præter carnem viuere non terrena vita eſt, ſed cæleſtis*, inquit D. Ambroſ.

Nam qui hoc modo in coniugio continenter viuunt, cælibatum in coniugio colunt, & ideo benedictionem cælibatus adipiſcuntur, & pręterea fælicitatem coniugij in celibatu reperiunt, & ideo duplicem conſequuntur benedictionem, nuptialis ſcilicet thalami, & vitæ cælibis; & hanc adeptæ ſunt multæ mulieres, vt S. Cecilia cum ſponſo ſuo Valeriano, cuius corpus ob meritum caſtitatis poſt tot annorum

Digitized by Google

centurias repertum eſt noſtro ſeculo à Clemente 8. illæſum.

Baſiliſſa cum Sancto Iuliano, quorum vita extat apud Surium.

S. Pulcheria Auguſta Theodoſij Iunioris Soror & Arcadij Imperatoris filia, quæ cum ab Angelo admonita fuiſſet, Marciano Imperatori nupſit ea conditione, vt ſuam caſtitatem Deo votam conſeruaret, quod præſtitit teſte Cedreno.

S. Cunegundis Henrico II. Imperatori deſponſata, quæ vt ſuam Virginitatem probaret illeſa ſuper ferrum candens ambulauit.

Altera Cunegundis Belæ Hungarorum Regis filia, cum Boleſlao quinto Polonorum principe, qui inde pudici nomen accepit. Richaredis regina cum marito ſuo Carolo Craſſo Gallorum Rege.

Mathildis Regina cũ Rege Conrado filio Hẽrici 4. Imperatoris. S. Pharaïldis neptis S. Amelburgæ cum Pepino coniuge. Ægitha Virgo cum Eduardo tertio Anglorum Rege, Ethelreda Orientalium Anglorum Regina, bis

coniugata, & ſemper Virgo permanēs. S. Delphina cum S. Elzeario Comite coniuge ſuo: & multæ aliæ per ſingula regna ſunt inuentæ cælibatum in matrimonio coluiſſe, ac propterea caſtitatis coronam ſimul cum benedictione nuptiali coniunxiſſe: nulla tamen inuenitur perpetuæ caſtitatis laude, ſiue in matrimonio ſiue extra matrimonium floruiſſe, & tamen prolis beatitudine donatam fuiſſe præter Beatiſſ. V. M. Quamobrem merito ei dicitur *Benedicta tu in mulieribus*.

Quoad viduas etiam oſtēdit Apoſtol⁹ illas beatiores eſſe in continentia permanentes, quam ſi ad ſecundas conuolauerint nuptias, *Mulier namque alligata eſt legi, quanto tempore vir eius viuit, quod ſi dormierit vir eius, liberata eſt, cui vult nubat, tantum in Domino. Beatior autem erit ſi ſic permanſerit*. 1. Corinth. 7. Nā vt ait Tertullianus lib. de Pudicitia, *Pudicitia eſt flos morū, honor corporum, decor ſexuum, fundamentum ſanctitatis, præiudiciū omnis bonæ mētis*, Quapropter beatior erit vidua, quæ ſic permāſerit

Bona viduarum.

benedicẽs benedicam, quo quidẽ teſtimonio vtitur D. Ambroſ. inter alia multa pro laude viduitatis, nimirũ quod diuinę benedictionis ſubſidijs honoretur. Sed tamen cũ hac benedictione aliqua miſeria & calamitas eſt innexa. Carent enim ſolamine viri. Quid enim poteſt facere paupercula mulier ſine viro? itidem quod vitis ſine fulcro, aut hedera ſine ſubſtentaculo, aut ſenex ſine baculo. Quapropter dicebat Apoſtolus 2. Timoth. 5. *Quæ autem veré vidua eſt, & deſolata, ſperet in Domino, & inſtet in obſecrationibus & orationibus nocte ac die.*

Beatiſſima autem Virgo & viduarum vita in matrimonio vixit, ſperans in Domino, & inſtãs in obſecrationibus, & orationibus die ac nocte: & ſic verè viduarum gloriam habuit: & tamen viri ſolamine nõ caruit. Fuit enim deſponſata viro; & inſuper Virginitatis palmam præripuit. Et ſic vere dixit illi Angelus, *Benedicta tu in mulieribus.*

De Virginibus autẽ vt etiam aliquid dicamus *præceptũ Domini non habeo* inquit Apoſt. 1. Cor. 7. *conſiliũ autẽ do, tanquam* *Bonum Virginitatis.*

Digitized by Google

miſericordiã cõſequtus à Dño, vt ſim fidelis. Exiſtimo ergo hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem, quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. Vnde rideo hæreticorum noſtræ tẽpeſtatis veſaniam, vt Lutheri de vita coniugali, qui dicit quod, *Creſcite & multiplicamini, non eſt præceptum, ſed pluſquam præceptum, quod nos non poſſumus impedire, vel prætermittere, & perinde neceſſarium eſt ac edere, bibere,* &c. Oppoſitum enim penitus docet Apoſtolus hoc in loco, qui dicit quod, *Bonum eſt homini ſic eſſe*, in Virginitate ſcilicet. & rurſus, *Bonum eſt homini mulierem non tangere.*

Et Virgo cogitat quæ Domini ſunt, vt ſit Sancta corpore & ſpiritu. Igitur & qui matrimonio iungit Virginem ſuã, bene facit: & qui non iungit, melius facit, Ait idem Apoſtolus ibid. Quibus quidẽ verbis ſatis oſtendit Virginitatem eſſe matrimonio præferendam: *Quia ſemper eſt Angelis cognata Virginitas*, ait Sanctus Ambroſ. neq; enim nubent neque nubentur Angeli, ſicuti nec Virgines. *Et ſi vultis ſcire, Angelicam gloriam acquirere, magis eſt quàm habere, eſſe Angelum*

Digitized by Google

fœlicitatis eſt, virginem eſſe virtutis, ait idem ibidem.

Et D. Fulgentius ep. 3. cap. 4. *Adeò* inquit *Virginitas virtus eſt, vt à virtute nomen acceperit Virgo.*

D. quoq; Baſilius lib. de vera Virginitate ſtatim a principio ait, *Magnum re vera quiddã, ac præclarum Virginitas eſt, quæ vt totum ſimul explicem, hominem incorruptibili Deo ſimillimum facit.*

Sed Virginitas hoc habet annexum, quod caret fructu vẽtris, & bono prolis, tam ardenter à multis expetito. Quapropter filia Iephte deplorabat Virginitatẽ ſuam, quod ſcilicet ei occumbere contingeret, antequam filios pareret; Sperabãt enĩ fœminæ Hebreę Meſsiã ex ſe aut ex ſuis poſteris naſciturum, quapropter dolebant vehemẽter quando contingebat Virgines ſine prole decedere, quaſi forent beata pariendi Meſsiam ſorte priuatæ. At B. Virgo virginitatis florem nõ amiſit, & bono prolis nõ caruit, nec ſorte pariẽdi Meſsiam priuata fuit: ſed ipſamet illum peperit, vnde inter cæteras omnes Benedicta fuit. Nam vt cecinit Poëta,

Virginitas, partus diſcordes longo Virginis in gremio fœdera pacis habent. Et D. Cyprianus Serm. de Natiuitate Chriſti, *Erat Mariæ proprium priuilegium, quod nulla mulierum nec ante, nec deinceps meruit obtinere, quod erat ſimul mater, & Virgo ſingulis titulis inſignita.*

Hinc eſt quod & acquiſiuit honorem matris, & Virginitatis gloriam non amiſit, inquit Sanctus Petrus Chryſologus Merito igitur *Benedicta tu in mulieribus*, quia nec primam ſimilem viſa es, nec habere ſequentem tam in nuptis, quàm innuptis.

Concluſio. Multo igitur melius de Beatiſſima Virgine dicere poſſumus cum D. Gregorio Nazianzeno Orat. 11. quam quod ille ait de ſorore ſua Gorgonia: *Pudicitiæ quidem laude adeò excelluiſſe, vt cum in hæc duo cuncta vita diuiſa ſit, nempe in matrimonium & cœlibatum, atq; hic quidem ſublimior & diuinior ſit, verum laborioſior: illud autem humilius, ſed tamen tutius. vitatis vtriuſque moleſtijs quicquid in vtroque pulcherrimum erat elegerit, atque in vnum copularit alterius nimirum ſublimitatem, alterius ſecuritatem.*

QVAE CVM AVDISSET, TVRBATA EST IN SERMONE EIVS & cogitabat qualis eſſet iſta Salutatio.

SERMO NONVS.

EXpedita Salutatione Angelica, nunc D. Lucas Euangeliſta ad Beatiſſimã Virginem ſtylum conuertit. Non enim ſolum verba, ſed & nutus & ſigna præſtantiſſimarum perſonarum ſunt ponderanda, & preſertim puriſsimæ Virginis motus & geſtus dum ſalutatur ſolent conſiderari. Emicat enim per ipſos oculos, ac pene per ipſam faciem collucet Virgineus pudor, & qualis ſit in men-

te, quaſi apparet in facie. Nec ita ſpeciem & imaginem rei obiectæ reddit, ſicuti facies Virginis ſpecimen ſtatim edit ad primos alicuius viri affatus internæ animi pudicitiæ. Rubet enim vultus, ac inter candida lilia, roſa rubens per ora conſpergitur, trepidant labia purpurea, vox faucibus hæret, Mens intus ſedula cogitat, quid ſibi velint verba prolata, aut ſalutatio ad ſe delata. *Trepidare* enim *virginum eſt, & ad omnes viri ingreſſus pauere, omnes viri affatus vereri*, inquit D. Ambroſ. in 1. Lucæ: Nec debebat D. Lucas (qui non ſolum Euangeliſta, ſed & medicus peritus, & excellens pictor fuit) præterire hos animi motus, cum Phyſicorum ſit illos attentè conſiderare; & optimi pictoris illos ad viuum (ſi fieri poſsit) exprimere. Cum enim Magnorum regum, & illuſtrium reginarum ſoleant non ſolum verba: ſed & motus ac geſtus quos in legatione audienda fecerint, referri: In hac audienda Gabrielis Archangeli legatione, non ſolum verba, quæ Beatiſſ. Virgo protu-

Virgineus pudor deſcribitur.

ſit: Sed & geſtus & nutus erant obſeruandi. Et nos igitur illos obſeruemus, vt aliquid ex eius exemplo, & animi maturitate addiſcamus.

Magnum ſiquidem ante occulos nobis porrigit exẽplum modeſtiæ, verecundiæ, & prudentiæ. Modeſtiæ in auditu, quapropter dicitur *quæ cum audiſſet*, verecundiæ in vultu, *quia turbata eſt in Sermone eius.* & prudentiæ in cogitatu, *quia cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.* *Diuiſio & partitio dicendorũ.*

In auditu notatur modeſtia, vt hinc exordiamur, quia audit & tacet, cito enim reſpondere fatuitatis eſt humanæ, præcipuè cum quis ſe laudari videt; & maximè ſi puella & Virgo laudes ſuas audiat celebrare, multiſq; ſeſe deliniri blanditiis, ac ſalutationibus oblectari. Non enim fruſtra duas nobis affinxit & affixit ex vtraque capitis parte aures natura, à Deo ſapienter omnia diſponente ordinata, & vnicam tantum linguam, illamque duplici ergaſtulo, aut vallo dentium & labiorum concluſam, aureſq; *Aures cur duæ & vna tãtum lingua.*

è contra ſemper patentes, & quod vix aut nunquam in cæteris animalibus, niſi in ſolo homine reperitur immobiles, Itaut nec claudi valeant, nec è ſtatione moueri. Cum enim Deus & natura nihil agant fruſtra, id dubio procul magnum aliquod in ſe continet ſecretum. Si igitur vultis vt dicam quod ſentio, Arbitror ideo id à Deo factum, *vt omnis homo ſit velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum*, vt ait D. Iacob. Epiſtol. Canoni. cap. 1. verſ. 19. Aures enim ideo datæ ſunt ei geminæ, & vna tantum lingua, vt multa audiat & pauca loquatur: Aureſque ſunt ſemper apertæ, & lingua clauſa, vt verba in aures faciliùs ingrediantur, & difficiliùs egredi poſsint è lingua duplici ergaſtulo concluſa; ac homo dentibus ſibi linguam præmordeat, antequam verba effutiat. Aures preterea immobiles, vt illas verbo Dei nūquam occludat, linguam verò optime ſeptā, detineat, ne in ſcurrilia aut futilia verba prorumpat, vnde dicebat Sapiens, *Audi tacens & pro reuerentia accedet tibi bona gratia*, Eccle. 31. Quod-

Aures cur geminæ & vna tantū lingua.

ſquidem Beatiſſ. Virgini acceſsiſſe & acccediſſe videmus. Cum enim audiſſet tacens, acceſsit ei bona gratia, quia ſtatim ſubdidit ei Angelus, *Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud Deum* : Si igitur volumus etiam nobis bonam accedere gratiam, audire debemus, & tacere; ſiue nobis laudes fuerint decãtatæ; ſiue etiam maledicta, obiurgationes, & conuitia fuerint inuecta: Tacere ſiquidem ſolet eſſe ſignum moderationis animi, & magnæ in puellis (præſertim cum laudantur) modeſtiæ; Quod ex D. Thom. 2. 2.q.143. colligi videtur. Quæcumque enim virtus (inquit) moderationem quendam operatur, & refrenationem appetitus, poni poteſt pars temperantię, ſicut virtus ei adiuncta. Quodquidem contingit tripliciter. Vno modo in interioribus motibus animi: Alio modo in exterioribus motibus, & actibus corporis. Tertio modo in exteriorib⁹ rebus. Præter motum autem concupiſcentiæ, quem moderatur & refrenat tẽperantia. Tres motus inueniuntur in anima in aliquod tendentes. Primus

Moderatio contingit tripliciter.

Tres motus reperiuntur in anima.

Digitized by Google

quidem eſt motus voluntatis commo-tæ ex impetu Paſſionis, & hunc motum refrenat continentia, ex qua fit vt licet homo immoderatas concupiſcẽtias patiatur: voluntas tamen non vincatur. Alius autem motus interior in aliquid tendens, eſt motus audaciæ, & hunc motum refrenat & moderatur humilitas. Tertius autem motus eſt iræ, tendens in vindictam, quam refrenat manſuetudo ſiue clementia. Circa motus autem, & actus corporales, moderationem & reformationem facit modeſtia, quam Andronicus in tria diuidit, ad quorũ primum pertinet diſcernere quid ſit faciẽdum, & quid dimittendum, & quid, quo ordine ſit agẽdum, & in hoc firmiter perſiſtere. Ad ſecundum autem pertinet, quod homo in eo quod agit decẽtiam obſeruet. Ad tertium denique pertinet diſcernere quid in colloquiis amicorum, vel quibuſcumque alijs ſit dicendum, quid ve tacendum: Et quoad hoc ponitur taciturnitas, quæ cum cæteris alijs omnibus virtutibus ſuperius enarratis maximè in Virgine

Modeſtia triplex.

Virtutes Virginis.

Digitized by Google

enituit: maxima ſiquidem fuit in ea continentia, quæ nullum vnquam libidinis motum perpeſſa eſt; maximaque humilitas, quæ omnem prorſus audaciẹ intemperiem compeſcuit: maximaq; manſuetudo & clementia, non enim turbata eſt ob aliquem iræ motum: Sed ſolum ob verecundiam, vt infra dicemus: Attamen præ cæteris omnibus virtutibus maxime emicat in hoc actu modeſtia, quod audit, & tacet, ac cogitat qualis ſit iſta ſalutatio, diſcernit enim quid ſit faciendum, & in eo quod faciendum videtur, decentiam obſeruat. Ac denique in colloquio Angeli modeſte tacet, & quid dicendum ſit, aut reſpondendum cogitat: Non debent enim ex ore puellæ verba non premeditata exilire, meliuſque longè & modeſtius eſt tacere, quàm audacter aut irreuerenter loqui.

Modeſtia in taciturnitate relucet.

Ait enim D. Bonauen. in 3. p. centiloquij Sect. 42. Quod modeſtia eſt quæ facit cultum & motum & omnem noſtram operationem vltra defectum & citra exceſſum ſiſtere.

Digitized by Google

Ego vero etiam dicerem quod eſt in geſtu & verbo honeſtatem ſeruare: Ait enim idē D. Bonau. in cōpēdio Theologiæ lib. 5. cap. 35. Quod *Modeſtia* cōſiſtit in dictis & factis; *Modeſtia* enim dicta eſt *à modo* ſicut à *temperiè temperãtia*, vbi autem modus eſt, atq; temperies, nec plus eſt quicquam, nec minus, inquit D. Auguſt. de vita Beata Diſ. 3. poſt medium. Vnde ſicut Deus opt. max. In omnibus ſuis operibus voluit vt reluceret ordo, ſpecies, & Modus: ſic vult in omnibus operibus noſtris, vt ordo, ſpecies, & modus conſeruetur. In quolibet enim quantocumque paruo bono, nō ſolum in ſubſtantia, ſed etiam in proprietate ſubſtantię, eſt reperire iſta tria inquit D. Bonau. in 2. d. 35. a. 1. q. 1. Sequutus Auguſt. de natura boni cap. 3. Tom. 6. Quapropter hæc tria ſe extendunt ad omnia entium genera.

Modeſtia in quo cōſiſtit.

Modus ſpecies & ordo in omnibus.

Quælibet enim res tripliciter habet conſiderari, primo quidem in ſe, deinde per comparationem ad alias res vniuerſi; tertio deniq; in comparatione ad finem: vt autem comparatur

Quælibet res tripliciter habet conſiderari.

in

in relatione ad finem ſic attenditur in ea ordo. Vna quæque ſi quidem res ordinata eſt, dum directe tendit ad finem. Vt autem comparatur ad res alias, ſic attenditur in ea ſpecies, ſicut attenditur pulchritudo partiũ ſecundum ſitum, quẽ habẽt in toto. Vt autem in ſe conſideratur, ſic attenditur in ea modus, & hæc tria in hoc actu videtur Beatiſſima Virgo obſeruaſſe: Modum quidem ſeu Modeſtiam in auditu; Speciem verò ſeu pulchritudinem in verecundia, quando turbata eſt; pulcherima ſi quidem facies verecundo rubore ſuffuſa, ipſam quaſi duplicat pulchritudinem: Et ordinem denique conſiderando finem, cogitabat enim qualis eſſet, & adquem finem tenderet iſta ſalutatio.

Aures arrigite inuerecundæ puellæ, ſi quis vos non ſalutauerit, frenditis dẽtibus, & animo exæſtuatis. Si quis verò vobis arriſerit, voſque collaudauerit, ſuperbiâ tumetis, & illis corridetis. Non ſic egit Beatiſſima Virgo, non ſic, ſed cum audiſſet ſe laudari, conticuit, nec igitur vobis ſic accidet ſicuti

Beatiſsimæ Virgini: ſed ſicuti Coruō Æſopi. Cū enim fruſtū carnis haberet in roſtro, nec ſciret vulpes in arborem conſcendere, vt illi præriperet, commentata eſt fraudem. Cœpit enim coruum laudare de pulchritudine, de venuſtate, de ſuauitate vocis, ac ſonoro cantu, hacque ratione illuc ſe, vt coruum canentem audiret acceſſiſſe; interea inflatur coruus ſuperbia, plumas arrigit, guttur explicat, ac pro leni cātu crocitat; dūq; vult canere decidit carnis fruſtū, illud arripit vulpes & aufugit ac coruū crocitātē relīquit. Ita planè vobis accidit, dū adulātib⁹ iuuēib⁹ creditis qui carnis veſtræ honorē, & florē pudoris præripere geſtiūt, & poſtea vos irridēnt, & digito pudefactas oſtendunt.

Virtutes modeſtiæ comites.

Non ſic inquam B. Virgo non ſic, ſed maxima ſeſe modeſtia & verecūdia cōtinuit. In modeſtia ſiquidem maxime „ tranquilitas animi, ſtudium manſue- „ tudinis, moderationis gratia, honeſta- „ tis cura, decoris cōſideratio ſpectatur, „ & queritur, inquit, D. Ambroſ. de officijs li. 1. c. 43. quæ quidē omnia B. Virginem hic effeciſſe omnib⁹ patet. Trāquilitatē enim animi oſtēdit, dū audit

& tacet: ſtudium manſuetudinis, dum turbatur, & tamen non loquitur: moderationis gratiã in ſermone eius, dũ audit ſe laudari, & vocari gratia plenã, ac in mulieribus benedictam, & tamen nõ extollitur. Honeſtatis curam, dum cogitat, & decoris conſiderationem, dum perpendit, *Qualis eſſet iſta ſalutatio.* Socrates ad monebat ſuos diſcipulos, vt tria præcipue in omni vita haberẽt, in animo prudẽtiã, in vultu verecũdiã, & in lingua ſilẽtiũ, inquit Maxim' Ser. 1.

Tria Socratis monita.

Quæ quidem melius obſeruauit B. Virgo, quam vllus vnquam Socratis diſcipulus, in lingua quippe ſilentium habuit, *cum audiſſet* & taceret. In vultu verecundiam, *Dum turbata eſt in ſermone eius*, & in animo prudentiam, *Dum cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.* Quapropter non immerito arbitror Dauidẽ Pſal. 44. Ita illam affari, *Audi filia & vide, & inclina aurem tuã, & obliuiſcere populũ tuũ, & domũ Patris tui, & concupiſcet rex decorem tuum, quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus.* Non enim prius excitat & inuitat eam ad audiendũ, & videndum ſine cauſa, atque ad inclinan-

dam aurem ſuam ſine ratione, cum Spiritus Sancti inſtinctu loqueretur. Non enim ſine cauſa & ratione Prophetarum mentes mouet, & linguam ad loquendum impellit: ſed vt opinor ſicut per aurem ingreſſa fuerat, & inuecta in orbem terrarũ perditio, dum aures nimium patulas ſuggerenti ſerpenti Eua mater noſtra exhibuit: ſic per aurem Beatiſſ. Virginis ingredi debebat humanæ ſalutis annunciatio, & ideo illi dicit pſaltes, *Audi filia & vide*, Quod quamuis D. Auguſtin⁹ applicet eccleſiæ, & Author nomine D. Hieronimi, Diuuſque Chriſoſtom. in eũdem Pſal. Ego tamen opinor Beatiſſimæ Virgini debere applicari, eo quod poſtea ſubdatur. *Et filiæ Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis, Adducentur Regi Virgines poſt eam, proximæ eius afferentur tibi.* Quæ potius de Virgine intelligi debent poſtquam multæ aliæ ſunt ad Deum adductæ, *Et viderũt eam filiæ Syon, & Beatiſſimam prædicauerunt, & Reginæ laudauerunt eam*, Quàm de Eccleſia, cuius non ſolet deprecari vultus, cum vul-

Per aures perditio & per aures ſalus.

tum proprium non habeat: Eſt enim ſolum congregatio fidelium: Et ideo videtur iã præcinuiſſe Regius pſaltes Epitalamiũ Incarnationis verbi. Cum ait, *Audi filia & vide, & inclina aurẽ tuam.* Quaſi vellet innuére, quod verbum diuinum ſit per aurem ingreſſurum, & ideo ſubdit, *Et concupiſcet Rex decorem tuum, quia ipſe eſt Dominus Deus tuus*: Nec enim Eccleſia aures habet ad audiendum, aut oculos ad videndum, niſi ſumatur pro capite, vel membris ſuis, cuius cum poſt Chriſtum præcipuum fuerit Beatiſſima Virgo, illi ſemper videtur hoc eſſe dictum, *Audi filia & vide*, Quia ipſa fuit Dauidis filia: *Auris enim verba probat, & guttur eſcas guſtu diiudicat*, inquit Eliud Iob 34. v. 3. Quo mihi videtur alludere ad perditionem hominis, & eius reparationem, ſeu ad peccatum Adami, & filij Dei incarnationem. Quamuis enim ad literam videatur comparationem facere inter ſenſum auris & ſenſum guſtus, quia ſicut auris diiudicat verba, ſic guttur eſcas: Attamen videtur hoc intelli-

Digitized by Google

gi debere de lapſu primorū parentum, quia ſicut Eua prima mulier guſtu diiudicare volens eſcas vetitas, oēs ſuos poſteros veneno infecit : ſic è contra Beatiſſima Virgo, auditu maturè diſcernens verba ſalutationis Angelicæ, verbum concepit, in quo benedictę ſunt omnes trib⁹ terræ. Gratiſſima ſiquidem fuit omnipotenti Deo tam humilis modeſtia, & diſcreta taciturnitas. Quod cum Beatiſſima Virgo audiret ſe ſummè laudari, & ſuper omnes mulieres extolli, tacuit cogitabunda qualis eſſet iſta ſalutatio.

Aures. *Sacrificium & oblationem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi*, inquit Regi⁹ vates Pſal. 39. ver. 7. Quod quidem noui à D. Paulo, aliter verti, pro eo ſiquidem quod nos legimus, *aures autem perfeciſti mihi*, vertit D. Paulus corpus autem aptaſti mihi, vt hoc applicet Chriſto Dei filio, qui cum videret veteris legis ſacrificia non eſſe Deo grata, aut ſaltem non eſſe ad ſalutem hominum operandam, & peccatum delendum ſatis efficacia, ſe ipſum ob-

tulit Patri, ac propterea dicit, *Corpus autem aptaſti mihi, holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti, tunc dixi ecce venio.*

Mihi tamen etiam liceat ſecundum vulgarem eccleſiæ verſionem, quæ legit *aures autem perfeciſti mihi*, hoc ad Beatiſſ. Virginem Dei matrem aplicare. Acceptior ſiquidem Deo fuit modeſtia & taciturnitas Virginis, cum ab Angelo etiam laudata taceret, quàm ſi victimas aut ſacrificia obtuliſſet. Modeſtia ſi quidē & verecundia præſtantiſsima & acceptiſsima ſunt corā Deo ſacrificia; vt enim ex modeſtia ad verecundiam leui ſaltu tranſeamus.

Verecundiæ laus.

Purpureus Rubor pudoris & verecundiæ acceptior eſt Deo, quàm purpureus ſanguis & cruor victimarum: ſacrificium enim rationalis victimę preſtantius eſt, quàm irrationalis belluæ. Hæc enim ignorat quem ad finem ſit mactata, vtrum propter Deum, an propter dęmonem, vtrum ad homines cibandos, an ad exſatiandos canes. Anima verò verecunda & pudica ſcit ſe ſe in Sacrificium Deo con-

ſecrari. Vnde dicebat Deus per Regiū vatem, *Nunquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo?* quaſi diceret, putaſne me exſatiari carnibus, aut ſanguine brutorum animantium? Abſit; ſed potius honore & voto pudicitiæ piarum animarum, ac propterea ſubdit, *Immola Deo Sacrificium laudis, & redde altiſſimo vota tua,* quæ ſcilicet Deo ſpopondiſti, inter quæ votum caſtitatis & pudicitię ſolet Deo eſſe gratiſſimum: & ideo verecundia, aut purpureus rubor, quo ſtatim vultus Virginum conſpergitur ad primas ſuſurrij virorum auras, aut blandientis oris alloquia, dum ſibi timent, ſuoq; pudori proſpectum eſſe cupiunt, ac propterea turbantur cum laudantur (Sicuti turbata eſt Beatiſſima Virgo) eſt Sacrificium Deo gratiſſimum: hac enim de cauſa forſitan dicebat Reg. vates Pſal. 50. *Quoniam ſi voluiſſes Sacrificium dediſſem, vtique holocauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus:* Quamuis enim hoc dixerit de ſe iam contrito, & humilia-

to per pænitentiam,& intelligi poſsit de omnibus tribulatis & afflictis corde: multo potius tamen debet credi Sacrificium eſſe Deo acceptum, cum aliquis conturbatur ob pudorem aut uerecundiam modeſtam, ſine vllo crimine à ſe perpetrato, propter ſolum Dei amorem & timorem, quo ſibi cauet, ne Dei honor, aut ſuus pudor aliqua ratione temeretur. Nam ſi Sacrificium eſt turbari & tribulari propter peccatum commiſſum, quanto magis ſacrificium erit turbari verecundiá ad omne peccatum præcauendum: vnde ait D. Ambroſ. *Vbique in Virgine Comes ſingularum virtutum eſt pudor: hic indiuiduus debet eſſe Virginitati; ſine quo non poteſt eſſe Virginitas,&* li.1. officiorũ ca. 18. ante medium, *verecundia eſt pudicitiæ Comes, cuius ſocietate caſtitas ipſa tutior eſt:* Simile etiam citat D. Bonau. ex S. Hieronimo lib. 4. Pharetræ cap. 45. de cõtin. & verecũdia, vbi ait *Quod omnino pudor indiuiduus Virginitati eſſe debet, ſine quo caſtitas ſeruari non poteſt:* Et Bernardus Serm. 86. in Cant. *Verecun-*

Ambroſ. lib. 2. de Virg ante medium.

dia ſoror continentiæ eſt: nullum æque manifeſtum indicium columbinæ ſimplicitatis. Et ideo omnino teſtis innocentiæ eſt & lampas pudicitiæ mentis.

Exemplum modeſtiæ. Cum Cyro iuniori multæ ex diuerſis Regni ſui prouincijs adducerentur puellæ, vt quam ex illis vellet, ſibi deligeret, adducta eſt inter cæteras Aſpaſia, vel (vt Plutarchus refert) Phocias ex Ionia, parentibus honeſtis orta, ingenuéq; educata; cũq; cæteræ garrulę & vagę à matrib⁹ & nutricib⁹ forsã inſtructę, tũ oculorũ nutibus, cũ etiã geſtib⁹ ac loquacitate ipsũ Cyrũ in amorẽ ſuũ conarentur pellicere, ipſa Phocias aut Aſpaſia gemebunda & tacita, ac lachrimis pene ex oculis erumpentibus, in gradu conſtitit: cumq; aliæ ſinerent vultum, ora, & pectus à Cyro palpari, ipſa nec quidem attigi permiſit: ſed etiam pro virili illum repulit. Quapropter ipſe ad eos, qui puellas adduxerãt conuerſus, hanc ſolam inquit introduxiſtis incorruptam, eam que præ cęteris omnibus deinceps amauit, ac in ſponſam & coniugem duxit.

Quod ſi pudet cum pudiciſsima Vir-

gine prophanam mulierem cõparare, ſuccedat in eius vicem Eſter Regina: Cum enim percrebruiſſet Aſſueri Regis imperium, & iuxta mandatum illius multæ Virgines adducerentur Suzan, & Ægeo traderentur Eunucho: Eſter quoque inter cæteras puellas ei tradita eſt. Vt ſeruaretur in numero fœminarum, quæ placuit Regi, & inuenit gratiam in conſpectu illius, & præcepit Eunucho: vt accelerarct mundum muliebrem, & traderet ei partes ſuas, & ſeptem puellas ſpecioſiſsimas de domo Regis, & tam ipſam quam pediſſequas eius ornaret atq; excoleret. Cũ autem cæteræ ſex menſibus oleo vngerentur mirrhino, & alijs ſex quibuſdã pigmẽtis & aromatibus vterentur, vt Regi magis eſſent acceptæ: Eſter Virgo non queſiuit muliebrem cultum, ſed quæcumq; voluit Ægeus Eunuchus cuſtos Virginum, hæc ei ad ornatũ dedit: erat enĩ formoſa valde, & pulchritudine incredibili oĩm oculis gratioſa & amabilis videbatur, & adamauit eam Rex pluſquã oẽs mulieres, & poſuit Diadema Regni in capite ei⁹,

Mulierum fucus.

Cogitate nunc hæc omnia in figuris illis contigiſſe, ac propterea in mentem inducite Regem Aſſuerum repreſentare Deum omnipotentem, qui Euã è palatio ſuo expulit, ideſt è Paradiſo, ſicuti Aſſuerus Vaſthi, è ſuis ædibus: imaginamini etiam puellas, quæ Regi Aſſuero poſt expulſionem Vaſthi quærebãtur, vt in Vaſthi locũ aliquam ſibi eligeret, referre Virgines puellas, quę in templo Dei offerebantur & aſſeruabantur. Sit etiam vobis Eunuchus pro Angelo, ipſi enim *Nec nubent nec nubentur*. Sit Maria Virgo pro Eſther oblata Deo inter cæteras puellas in Templo aſſeruatas: parent ſe cæteræ, componant, ornent, perpoliant; ipſa Beatiſsma Virgo in ſuo natiuo maneat pudore, quid iam creditis cæteras illi præferri, an illam cæteris? Vtique non cæteras illi, ſed illam cæteris omnibus anteferri credere debetis. Adamauit enim eam Rex Regum pluſquam omnes mulieres, habuitque gratiam & miſericordiam coram eo ſuper omnes mulieres, & poſuit Diadema Regni in capite eius,

verecundiæ illius ſuper aurum, inquit Eccleſiaſt. cap. 21. De muliere bona & ſenſata : Et cap. 32. *Ante verecundiam præibit gratia, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia* : Quod optimè ad Beatiſsimam Virginem poteſt referri: præiuit quippe gratia ante verecundiam, quia dicta eſt ab Angelo *Gratia plena*; & pro reuerentia acceſsit ei bona gratia, ait enim illi rurſus Angelus, cum videret eam nimium reuerentem, *Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud Deum*, Vt ſequenti ſermone Deo dante dicemus.

Sed vnde Virgini tantus rubor, vt in ſermone Angeli ſit conturbata? D. Ambroſ. lib. 2. de Virginibus, *Quaſi viri ſpecie* (inquit) *mota trepidauit*, & in exhortat. ad Virgines , *Angelum in ſpecie viri vidit, & pauebat corde*.

Et D. Hieronimus in Epiſt. ad Euſtochium, *Cum Gabriel viri ſpecie ad Virginem veniſſet conſtenata reſpondere non potuit. Nunquam enim à viro fuerat ſalutata* Damaſce. quoque Orat. 1. de dormitione Virginis. *Virgo* inquit *Angelio re cōmota eſt, vt quæ cū viris colloqui mini-*

Digitized by Google

me conſueuiſſet. Siquidem Virginitatem ſeruare ſedulo conſtituerat. Quod antiquum Sibyllæ Erithreæ vaticinium li. 8. oraculorum prædixerat his verbis.

——*Tum Virginitatis amatrix,*
Perpetuæ, magno ſubito correpta ſtupore,
Atq; metu, trepida preſsit formidine mẽtẽ,
Ignotis verbis commoto corde tremiſcẽs.

Cur autem turbata ſit, non omnes eodem modo ſentiunt: Sed vt ſunt diuerſa hominum ingenia, ſic diuerſas ſinguli doctores afferunt rationes.

D. Bernardus Serm. 3. ſuper Miſſus eſt, arbitratur turbatam fuiſſe, quia dubitauerit num Angel⁹ eſſet bonus vel malus. Sciebat namq; prudens Virgo, quòd ſæpe Angelus Sathanæ, *transfigurat ſe in Angelum lucis*: Idem videtur ſentire Euthymius in 1. cap. Lucæ, vbi ait. *Turbata eſt, quia timuit, ne fortè dolus eſſet, & cogitabat vtrum diuina eſſet hac ſalutatio, an à Dæmone:* Et hoc eſt quod D. Ioannes ep. 1. cap. 4. nos docuit facere. *Nolite* inquit *omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſunt.* Hoc enim fuit cauſa perditionis Euæ, hæc ſiquidẽ abſq; præuio examine nõ exhorruit dæmonis colloquiũ. Bea-

tiſſima verò Virgo prudenter turbata eſt ad ſalutationē angeli, quia cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ideo Eua, *concepit dolorem, & peperit inquitatē*: Maria vero corā Domino inuenit gratiā, & concepit & peperit mundi ſaluatorem. Sed hoc non plenè ſatisfacit. Quomodo enim ei cōſenſiſſet, niſi probè Angelum eſſe bonum cognouiſſet? aut quomodo ei credidiſſet, niſi bonū eſſe Angelū certo nouiſſet? fuiſſet enim temeritatis credere & cōſentire, & Angelū eſſe bonū nō cognoſcere. Quapropter D. Petrus Chryſol. Ser. 140. Turbatā eſſe arbitratur virginē, nō ſolū ob emicātes radios Angeli coruſcātis: ſed etiā ob maieſtatē & authoritatē mittētis. *Quid eſt quod perſonā videt, & de Sermone turbatur?* inquit *quia venerat Angel⁹ blādus in ſpecie, fortis in bello, mitis in habitu, in Sermone terribilis, humana proferēs & diuina repromittens. Vnde Virginē quam leuiter viſus ſolicitauerat, nimiū turbauit auditus, & quā miſſi præſentia parum mouerat, cōcuſſit toto pectore mittētis authoritas.* Sed pace ipſi' dixerī: quod nihil adhuc dixerat Angel' de auctoritate mittentis, cū nondū expoſuiſſet à quo fuiſſet Miſſus.

Quãobrem ipſemet Petrus Chryſologus aliter dicit, quod *Quamuis motu blando, affectuque pio Virginem ſibi in matrem, famulamque ſibi verteret in parentem: viſcera tamen eius turbata ſunt, ipſaquoque tremefacta humana conditio, cum eius conditor Deus, quem tota creatura non capit, totum intra pectus Virginis ſe recepit. Nam vt Angelum vidit mens eius contremuit, cum eius ingreſſu Deitatis ſenſit ingreſſum.*

Sed hoc ad huc non plenè ſatisfacit, nam ſolum per gratiam Deus erat cum Virgine. Nondum enim intrauerat per incarnationem, aut per aſſumptionem carnis, quia hoc factum eſt poſtea, quando Virgo conſenſit. Nondum igitur Virginem in matrem, nec famulã verterat in parentem. Aliter ergo D. Hieronymus in Epi. 7. ad Lætã. *Ideo forſitan* inquit *timore perterrita Virgo eſt, quia virum quem non ſolebat aſpexit*, Et D. Damaſcenus Orat. 1. de dormit. Virg. ait, *Virgo Angeli ore commota eſt, vt quæ cum viris colloqui minimè conſueuiſſet ſiquidem Virginitatem ſedulo ſeruare conſueuerat.*

D. quoq;

D. quoq; Ambroſius in hanc pedibus ire videtur ſententiã, primo offic. cap. 13. vbi dicit, *Salutata ab Angelo, tacet, & mota eſt ad introitum eius, quia ob virilis ſexus ſpeciem peregrinam turbatur aſpectus Virginis.*

Sed contra hoc eſt quod aiunt multi, immo penè omnes Doctores Catholici, illam fuiſſe ſolitam viſionem Angelorum videre, cum ipſiſq; colloqui. Nam vt ait B. Laurentius Iuſtinian. Serm. de Annuntiatione Virginis, *Turbata eſt non ex Angelico aſpectu; Sed ob excellentiam tanti præſagij, quod propria merita præcellere videbatur.* Quin & ipſe D. Ambroſius lib. 2. de Virginibus dicit, quod *Gabriel eam, vbi reuiſere ſolebat inuenit.* Et certe prudens Virgo non illi crediſſet, niſi eum bonum eſſe Angelum probè cognouiſſet.

Quapropter alia eſt cõmunis opinio, quod turbata eſt ob nouũ & inſolitum ſalutandi modum. Nam vt ait idem Sãctus Ambroſius in primũ Lucæ, *ſalutationis nouam formam Virgo mirabatur, nuſquam enim erat lecta vel audita.*

Idem etiam docet D. Auguſt. Ser. de

Annũt. vbi ait, *Poſt illi⁹ benedictionis preſagiũ terretur virgo de nouitate verborum.*

Et ante vtrumque Origenes Hom. 6. in Lucam, *Soli Mariæ* inquit *hæc ſalutatio ſeruabatur, ſi enim ſciuiſſet ad alium quempiam ſimilem factum eſſe Sermonem (habebat quippe legis ſcientiam) nunquam peregrina ſalutatio terruiſſet.*

Et poſt eos ſanctus Thomas 3. p. q. 30. artic. 3. in fine aſſerit Beatiſsimam Virginem, vt pote Angelicis viſionibus aſſuetam, *non fuiſſe turbatam in viſione Angeli: ſed in admiratione eorum, quæ ei ab Angelo dicebantur, quia de ſe non tam magnifica cogitabat.* Et hoc videtur Euãgeliſta innuere dum ait quod, *cum audiſſet turbata eſt in ſermone eius.*

Indignam ſe inquit D. Bernardus ſuper Miſſus eſt Serm. 1. *Angelica ſalutatione reputabat, & forſitan in mente talia meditando reuoluebat, vnde hoc mihi, vt veniat ad me ſic ſalutandum Angelus Domini? Conſuevit namque humilitas* (inquit D. Laurentius Iuſtinianus Serm. de Annunt. *Sicut ſemper ſtare ſub ſe, ita difficile fidem accommodare ijs, quæ ſuper ſe eſſe cenſentur.*

Qui enim humi ſoliti ſunt degere, ſi in altum conſcendant, aut in altum ferantur, ſtatim contremiſcunt & turbantur. Vnde Mecœnas dicere ſolebat (vt videre eſt apud Senecam) *Altitudo attonat ſumma*, Qui verò ſoliti ſunt in altis & editis locis degere aut agere, vt Architecti & funambuli, licet apertum videant pręcipitium, neque caſum timent, neq; turbantur. Ita plane de humilibus ſuperbiſque contingit. Superbi enim licet ferantur in altum, vt lapſu grauiore ruant, quia tamen *Ambulant in magnis & in mirabilibus ſuper ſe*, neq; caſum neque ruinam timent, priuſque ſe in præceps deiectos eſſe ſentiunt, quàm caſum pertimeſcant. Sicut Dœmon qui dicebat, *In cœlum conſcendam, ſuper aſtra cœli exaltabo ſolium meum*, prius ſe vidit in infernum eſſe deiectum, quàm caſum perhorreſceret.

At ſancti & humiles è contra non norunt alta ſapere, ſed timere. Et ideò ſi in altum laudibus efferantur, ſemper caſum & ruinam ſuperbiæ pertimeſcũt. *Ibi enim ceciderunt, qui operãtur ini-*

quitatem, expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare.
Sunt igitur vt diximus, qui velint non propter aſpectũ Angeli turbatamfuiſſe Virginem, quippe quæ ſolitaforet viſionem Angelorum habere: Sed propter nouam, & inſolitam ſalutationẽ ſibi factam, vt vult Origenes hom. 6. in Lucam, vbi ait quod *Eam ſalutatio quaſi peregina terruit*. Et Ambroſ. etiam in Lucam, *Salutationis* inquit *nouam formam Virgo mirabatur, nuſquam enim erat lecta vel audita.* Simõ quoque Caſſ. *Nec turbatam Virginem, aut vllo modo pauidam ex Angelica preſentia Euangeliſta commemorat, velut viſionibus Angelicis aſſuetam, & eorum ſingulariter fultã cuſtodijs, ex Sermone dumtaxat Angelico turbata eſt.*
Laurentius quoque Iuſtinianus in Serm. de Annunciatione, *Turbata* inquit *eſt non Angelico aſpectu, quaſi inſolito, quippe quæ iugiter viſitabatur ab Angelis Sed ob excellentiam diuini preſagij*, vt ſuperius diximus. Idem etiam docet D. Bonau. In meditationibus de vita Christi, Capite. 4. & Lyranus in hunc locum. Immo ipſemet Euãgeliſta vt dixim⁹ innuere videtur turbatã

fuiſſe non in viſione : ſed in ſermone eius. Iuxta id quod dicit Abacuc cap. 3. verſ. 18. *Audiui, & conturbatus eſt venter meus , a voce contremuerunt labia mea.*

O Modeſtiam ô verecundiam Virginis admirandam. Sed non minor eſt eius prudētia. *Cogitabat* enim *qualis eſſet iſta ſalutatio*, Non erat panicus terror, non puellaris pauor : Sed prudens cogitatio, qualis ſcilicet eſſet iſta ſalutatio. *Turbata eſt* (inquit in hunc locum Euthimius) *Quia timuit ne fortè dol⁹ eſſet, & cogitabat vtrū diuina eſſet ſalutatio, an à dæmone* : D. quoque Bernardus. Hom. 3. ſuper Miſſus eſt, *Quod turbata eſt* inquit *verecundiæ fuit Virginalis , & cogitabat , quia ſciebat prudens Virgo, quod ſæpe Angelus Sathanæ transfigurat ſe in Angelum lucis* : Et hom. 5. *Quod turbata eſt, verecundiæ fuit Virginalis , quod non perturbatæ fortitudinis : quod tacuit & cogitauit , prudentiæ.*

Sapiens enim vt loquatur multa prius conſiderat , quid dicat , & cui dicat, quo in loco & tempore , inquit D. Ambroſ. lib. 1. officiorum cap. 10. Et D. Gregorius in regiſtro lib. 2. indictione 10. cap. 6.

Summis inquit *in rebus citum non opportet eſſe conſilium.*

Eſt enim maximæ opus prudentiæ, *Probare ſpirit⁹ ſi ex Deo ſunt*, vt ait Apoſt. *quia qui cito credit, leuis eſt corde*, inquit Sapiens: Et ideo Beatiſſima Virgo cogitando qualis eſſet iſta ſalutatio, maximum ſuæ prudentiæ dedit ſpecimẽ, quod Virginitatem ſuam longè magis reddit commendabilem. Lilium enim perquod Virginitas ſignificatur, trib⁹ ſolet aureis eſſe ornatũ granis; quibus triplex modus diligendi Deum figuratur. Eſt enim triplex modus dilectionis, vt ait D. Bonau. in dieta ſalutis titulo 4. cap. 4. quem debet habere animus caſtus. Diligẽdus eſt quippe Deus prudenter, ne decepti ab amore eius diſcedamus: quo modo eum dilexit B. Virgo, cogitans qualis eſſet iſta ſalutatio, ne deciperetur. Diligendus eſt etiam dulciter, ne elati ab amore eius abſcindamur: Sicut eũ dilexit B. Virgo, quæ audiens laudes ſuas ab Angelo prolatas, inde non ſe ſe extulit; Immo potius tacuit, & erubuit. Fortiter etiam eſt diligendus, ne aliqua

Lilium tribus aures ornatũ granis, quid ſignificet.

Triplex modus dilectionis.

turbatione aut tribulatione oppreſſi ab amore Dei auellamur: Quemadmodum etiam eum dilexit Beatiſſ. Virgo, quæ quamuis fuerit turbata, non tamen fuit perturbata, vt diximus cum D. Bernardo. Et ideo prudentiſſime *cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Prudentia* ſiquidem (vt ait Macrobius l. 1. in ſomnium Scipionis) *ad rationis normam cogitat quæcumque agit, vniuerſa dirigere; ac nihil præter rectũ velle vel facere. Actus eſt prudentiæ, omnem animæ cognitionem ſeu cogitationem in ſola diuina dirigere*: Partes autem illius ſecundum Tullium l. 1. de Inuentione, ſunt memoria, intelligentia, & prouidentia. Memoria, per quam repetit quis ea quæ fuerunt. Intelligentia verò, per quam animus proſpicit ea quæ ſunt. Prouidentia denique per quam animus proſpicit futurum antequam eueniat, & has tres partes in hac virginis cogitatione credibile eſt fuiſſe collibratas. Sciebat enim Euam per blandam ſalutationem ab Angelo malo fuiſſe deceptã, ac proinde tacuit, dũ ſalutaretur ab Angelo. Credibile eſt

Prudentia quid.

Partes prudentiæ, tres.

etiã diligẽti intellectus indagine hanc examinaſſe ſalutationem, quia *turbata eſt in ſermone eius*. Ac denique diligenter futura proſpexit, quia *cogitabat qualis iſta eſſet ſalutatio*, ad quam ſcilicet finem tenderet. Prudentia enim cordis, vt ait D. Bonau. in compendio Theologicæ veritatis l. 5. cap. 34. conſiſtit in recognitione præteritorum, diſpoſitione præſentium, & preuiſione futurorũ: iuxta id quod dicitur Deuteronomij 32. *Vtinam ſaperent* ſcilicet præterita, *& intelligerent*, ſcilicet præſentia, *ac nouiſſima prouiderẽt* ſcilicet futura: Quæ quidem prudentiſſimæ Virgini in cogitatione ſua non defuiſſe euidens eſt. Cogitabat enim exactiſſimè *qualis eſſet iſta ſalutatio*.

Prudentia cordis in quo conſiſtit.

Et tanto quiſq; neceſſe eſt, vt inſidiantes ſpiritus magis caueat, quanto maiora ſunt dona quæ portat. Inquit D. Greg. in regiſtro ca. 7. Vnde cum Beatiſſ. Virgo præſtantiſſima deferret virtutum & gratiarum talenta, non eſt credibile non diligenter hanc in cogitatione ſua diſcuſſiſſe Angeli ſalutationem, maxime cum prima mulier à ſpiritu Angelico fuiſſet

Digitized by Google

decepta. Prudens enim ait Iſidor. li. 10. Ethimologiarum verbo *prudentia*, dicitur quaſi *porrò videns*: perſpicax eſt enim, & incertorũ prędidet caſus. Officium namque prudẽtiæ eſt ex prętcritis & pręſentibus perpẽdere futura, ait D. Bonau. in centiloquio ſect. 41. Quod ex Boëti. lib. 2. de conſolatione Philoſo. proſa 2. deſumpſit, vbi dicit, *Non quod ante oculos eſt ſitum, ſufficit intueri: rerum exitus prudẽtia metitur*. vnde ait Auguſt. lib. de ſpiritu & anima cap. 20. *Prudentia eſt nihil pœnitendum appetere*.

Quapropter dixit Eccleſiaſticus cap. 22. v. 19. *Loramentum ligneum colligatum in fundamento ædificij non diſſoluetur: ſic & cor confirmatum in cogitatione conſilij*.

Quæ quidem ridicula nonnullis poſſet videri, ſed tamen pulcherrima eſt ſimilitudo: Ad quid enim dicet aliquis appoſita eſt hæc comparatio, & in quo loramentum ligneum in fundamento ædificij poſitum, poteſt eſſe ſimile cordi in cogitatione conſilij confirmato: aut cor confir-

matum in cogitatione conſilij, Loramento ligneo in fundamento ædificij poſito? In hoc profecto, Quod ſicut loramentum ligneum colligatum, in fundamento ædificij poſitum, non diſſoluitur: Sic nec cor confirmatum in cogitatione cōſilij. Si enim loramētum ligneum à ſe ipſo non diſſoluitur, immo vix etiam ab hominibus poteſt diſſolui, quando eſt optime colligatum, etiamſi ſit in ſuperficie terræ poſitum, quomodo diſſoluetur in fundamēto ædificij collocatum? Moles enim totius ædificij, quod ſuper imponitur, ita illud premit & conſtringit, vt nequaquam diſſolui poſsit: immo etiamſi non eſſet colligatum, tunc propter molem ædificij ſuper impoſitam non diſſolueretur.

Pari igitur ratione cor optime in Cogitatione conſilij confirmatum, licet tētationum ventus inſurgat, tribulationum procellæ irruāt, aduerſitatis tēpeſtas ingruat, corruat denique cœlum ipſum, non poterit vnquam infirmari, nec a fundamento euelli; ſicut etiamſi totum corruat ædificium,

nunquam diſſoluetur loramentum ligneum in fundamento poſitum, ſi ſit optime colligatũ. Et ideo (inquit idẽ Eccleſiaſt. ibidem ver. 22.) *Cogitatus ſenſati in omni tempore, metu nõ deprauabitur: &c. Ego enim ſapientia habito in conſilio & eruditis interſum cogitationibus*, inquit Sapiens. Prouerb. 8. ver. 12.

Vtinam igitur homines *ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent*. Saperẽt præterita, intelligerent præſentia, præuiderent futura, Beatiſsimæ Virginis imitantes exemplum.

O inquit D. Bernardus, *Miſer peccator, miſer cœce, vtinam velles adhuc animæ oculos aperire. O vtinam ſaperes & intelligeres ac nouiſſima prouideres: ſaperes quæ Dei ſunt, intelligeres quæ mundi, prouideres quæ inferni. Profecto inferna horreſceres, ſuperna appeteres, quæ in mundo ſunt contemneres.*

Sed heu heu *homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Sicut enim iumentum inſipiens & ſtolidũ, onus tota die defert in humeris, & herba ac fœno miſerrime paſci-

tur, & tādē nihil aliud adipiſcitur præmij, niſi quod cadauer eius diſcerpitur à lupis & canibus, oculique illi eruuntur à coruis, nec tamē hoc proſpicit ac prçuidet, dum grauem ſarcinam gerit.

Sic miſerrimus peccator inſuportabilem peccatorum ſarcinam toto vitæ curriculo humeris vehit, fœnoque miſerrime paſcitur, quia vix pane hordeaceo, & aqua lutulenta ad ſatietatem veſcitur: ærumnis & præſſuris quaſi iumentum calcaribus & ſtimulis premitur, ac tandem poſt mortem miſerrima eius anima canibus & lupis infernalibus diſcerpenda traditur, corpuſq; dilaniandū vermibus, & tamē *Cū in honore eſſet nō intellexit*, Nec cogitauit quç superuentura erant illi mala: Nec turbatur aut cōteritur in ſermone Angeli, nō gratiam & gloriam, ſed irā & indignationem perpetuam, niſi reſipiſcat, illi annuntiātis. Proh dolor, itanè homines nunc ſunt ſtolidi & inſipiētes, vt de ſua ſalute non cogitent, nec conterantur aut terreantur talia audientes. Timete fratres timete, & cogitate quomodo fugiatis à facie furoris Domini.

ET AIT ANGELVS EI, NE TIMEAS MARIA, INVENISTI ENIM GRATIAM APVD DEVM.

SERMO DECIMVS.

BEne poteſt dici Beatiſsima Virgo, *Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, & quaſi Luna plena in diebus ſuis lucet*, quāuis hoc dixerit Eccleſiaſticus cap. 50. de Onia Sacerdote. Fuit enim Beatiſſima Virgo quaſi ſtella matutina, quia præceſſit ſolem iuſtitiæ Chriſtum Dominum, ſicut ſtella matutina ſolet præcedere ſolem hunc noſtris aſpectibus viſibilem: & ſicut ſtella matutina in medio nebulæ, quia mundus adhuc

Maria quaſi ſtella matutina.

Digitized by Google

totus cœcis inuoluebatur tenebris; quando cœpit coruſcare ſtella hæc matutina, & in medio etiam nebulæ Iudaicæ nationis vixit, de qua dicit Apoſtolus, quod *Cæcitas contigit ex parte in Iſraël*, & ante eum Propheta, *Excæcatum eſt inſipiens cor eorum*, nempe Iudæorum. *In medio etiam nebulæ*, quia tota fermè eius vita fuit quaſi nebulis turbationũ & tribulationum obſita, præſertim cum ſol Iuſtitiæ Chriſtus eius filius eſſet in tenebris & caligine mortis. Sola enim hæc ſtella matutina refulſit tũc in medio nebulæ. Vnde nil mirum ſi etiam nunc apparet tanquam ſtella matutina in nebulæ medio, quando apparuit ei Angelus, & eam tãquam ſolis mox in noſtrũ horiſontem aduenturi prænunciã ſalutauit. Illa quippe turbatio, qua turbata eſt in ſermone eius, fuit tanquam nebula illã inuoluens: Sed ſicut ſtella matutina nunquã ita nebulis inuoluitur, vt ſuum fulgorem amittat. Nebulæ ſiquidẽ in his inferioribus aëris partibus conſidunt, & nunquam ad cœlum vſque pręſertim ſtellatum pertingunt:

Stella matutina nũquam opprimitur nebulis etiam ſi inuoluatur.

vnde licet noſtros offūdāt ſenſus, nunquā tamē ſplendorē ſtellarū inficiunt, quia ibi lucēt vbi ſemper ſerenum eſt. Sic B. Virgo nunquam perturbationis nebula obſcurata fuit. Illa ſiquidem turbatio in inferiori animæ portione reſedit, & ſuperiorē non inuaſit. Licet enim quis putet Virginis mentē hac turbatione fuiſſe concuſſam; huc vſque tamen turbationis nebula non proceſſit: ſed idem prorſus nobis accidit, quod ſtellas aut ſidera cōtuentibus per obſcuram nebulæ caliginem, quia dum nebula inuolutos habemus oculos, putamus etiam micātes ſtellas nebulis inuolui, in noſtris hallucinantes tenebris, & exiſtimātes claris ſideribus euenire, quod non ſideribus, ſed nobis ipſis euenit. Dum enim ex his, quæ nobis accidere ſolent, omnia alia dimetimur, arbitramur idem B. Virgini accidiſſe, quod ſtellæ matutinę accidere ſolet, quod dū turbata eſt, nebularū tenebris fuerit mens eius inuoluta, ſicuti ſolet eſſet noſtra, dū turbamur: ſed quàm longè Cœlum eſt ab his inferioribus terræ partibus diſsitum, &

ſtellæ Cœli ab his nebulis ſuperexaltatæ & immunes, tam fuit mens Beatiſſimæ Virginis procul à turbationum tenebris, & eleuata à perturbationibus humanis.

Quod vt clarius appareat, quid illi dicat Angelus audiamus.

Ne timeas (inquit) *Maria, inueniſti enim gratiã apud Deũ*: Si enim gratiã inuenit dum turbaretur, vtique turbatio tenebroſa non fuit, nec turbata eſt in tenebris, ideſt in peccato, nec peccatum fuit in turbatione ei⁹, ſicuti in noſtris perturbationibus peccatum eſſe ſolet.

Sed ſolum ibi fuit timor peccandi, quia *Beata mens, quæ ſemper eſt pauida*, vt ait Sapiens, & ideo ait ei Angelus, *Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud Deum*. Quaſi diceret, non eſt quod timeas peccare in hac ſalutatione ſuſcipienda, quia inueniſti gratiam apud Deum, quibus licet paucis verbis, remouet timorem, & innuit gratiam diuinitus à Deo ſuſceptam; prius eſt enim pellere timorem, quàm gratiam inſinuari; vix enim animus timore præoccupatus, poteſt ad ea quæ dicuntur

Diuiſio & Ordo dicendorum.

tur

tur mentem inducere, niſi timor prius remoueatur.

Vnde dicebat Iob. cap. 9. ver. 34. *Auferat à me virgam ſuam, & pauor eius non me terreat, loquar, & non timebo eum, neque enim poſſum metuens reſpondere.*

Cum Eſter Regina roſeo colore vultũ perfuſa, & gratis ac nitentibus oculis triſtem cælaret animum, nimio timore contractum, ingreſſa per ordinẽ cũcta regij cubiculi oſtia, ſtetit coram Rege Aſſuero, vbi is reſidebat ſupra ſolium regni ſui, indutus veſtibus Regiis, auroq; fulgens, & præcioſis lapidibus. Cumq; eleuaſſet ille faciem, & ardentibus oculis eam fuiſſet intuitus, *Regina in pallorem colore mutato laſſũ ſuper Ancillulã reclinauit caput.* Cõuertitq; Deus ſpiritum Regis in manſuetudinem, & feſtinans ac metuens exiliuit de ſolio, & ſuſtẽtans eam vlnis ſuis, donec rediret ad ſe, his verbis blandiebatur, *quid habes Aeſter, Ego ſum frater tuus noli metuere.*

Quæ omnia Beatiſſ. Virgini longe melius quadrare poſſunt, quàm Æſter Reginæ, cum Æſter ſolùm fuerit figu-

Digitized by Google

Beatiſsima Virgo Heſter comparata.

ra & typus Beat. Virginis; ipſa verò Beatiſſ. Virgo realis huiuſce facti veritas. Heſter enim abſconditam ſignificat, & Virgo Beatiſſ. erat illa Bethula, ſeu alma abſcōdita, de qua prædixerat Iſaias Propheta, *Ecce virgo*, ſeu abſcondita, *Concipiet*. Non enim eam in propatulo, ſed abſcōditam in cubiculo Angelus inuenit, vt ſupra diximus. Erat Eſter illa Aſſuero Regi præ cæteris omnibus mulierib⁹ gratiſſima, hæc abſcōdita Virgo præ cæteris omnibus Virginibus, Regi Regum Deo opt. max. gratiſsima fuit. Illa pro populo ſuo Regem aduenerat exoratura, hæc pro populo etiam ſuo Regem Regum adorabat, quando ab Angelo eſt ſalutata. Expauit illa ad aſpectum Regis, expauit iſta ad nuncium ſummi Regis: *Quid habes Eſter, ego ſum frater tuus, noli metuere*, dixit ad illam Rex Aſſuer⁹: *Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiã apud Deum*, dixit ad iſtam Angelus.

Sed cur, aut quomodo dixit illi Angelus *Ne timeas* cum *Beatus*, dicatur, *qui ſemper eſt pauidus*. Prouerb. 18. verſ. 14.

& 31. verſ. 30. dicitur quod *Mulier timens Dominum ipſa laudabitur*, & Pſaltes dicat Pſal. 2. verſ. 11. *Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore*, & Pſal. 18. v. 19. *Timor Domini Sanctus permanẽs in ſeculũ ſeculi*, Et Pſ. 110. v. 10. *initiũ ſapientiæ timor Domini*: idẽ repetit Filius eius Prouerb. 1. verſ. 7. & cap. 9. ver. 10. vbi ait *principiũ ſapientiæ timor Domini*, & cap. 14. verſ. 27. *Timor Domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis, Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiã & gaudium, & longitudinem dierum. Timor Domini ſcientiæ Religioſitas. Timenti Dominum bene erit, plenitudo ſapiẽtiæ eſt timere Deũ. Corona ſapiẽtiæ timor Domini*, & Sexcenta huiuſcemodi, quę paſſim per ſacram ſcripturam ſunt diſperſa, quæ his Angeli verbis videntur eſſe contraria. Nam Angelus timorem fugare Virgini conſulit, dum ait, *Ne timeas Maria*, & ſacræ paginæ videntur vbique hominem ad timendum inducere: *Nã qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari*, inquit Eccleſiaſticus cap. 1. verſ. 28.

Timor Domini laudatus.

Digitized by Google

Sex ſpecies timoris.

Timor naturalis.

Timor humanus.

Timor mũdanus.

Timor ſeruilis.

Timor initialis.

Vt igitur hunc nodum expediam: Sex (inquit D. Bonauent. in compendio Theologicæ veritatis cap. 39.) ſunt ſpecies timoris. Primus eſt Naturalis, quo quilibet naturaliter timet nocumentum naturæ, & iſte non eſt meritorius, neque demeritorius, quia non ſubiacet arbitrio libero, cum ſit communis omnibus animantibus, etiam rationis expertibus. Secundus eſt humanus, quo quis timet pelli ſuæ, & poteſt eſſe bonus vel mal⁹, prout quis vellet aut nollet quodlibet tormentũ ſufferre potius, aut vitã ipſam profundere, quàm Deum offendere. Tertius eſt mundanus qui vulgo dicitur (*La crainte du monde*) cum quis timore hominum, aut bonorum temporalium amittendorum metu, quicquam facit vel dicit. Quartus eſt timor ſeruilis, quo quis timet peccare, principaliter propter pœnam. Quintus eſt initialis, quo quis timet quidẽ peccare propter pœnam nõ ſolum, ſed quatenus De⁹ offenditur: vnde quaſi duos habet oculos, vnum ad gehennam, & alium ad Deum. Sextus eſt timor filia-

lis, quo ſcilicet quis timet offendere Deum, vel ab eo ſeparari. *Timor filialis.*

Primus timor naturalis, nõ eſt ex Spiritu ſancto, licet eſſe poſſit cum Spiritu Sancto. Et ideo dicitur Virgini, *Ne timeas Maria.* *Qualis timor fuerit in Beatiſ. Virgine.*

Secũdus etiã humanus, Nec à S.S. nec cũ Spir. ſancto eſt. Niſi ſit cum recta ratione cõiunctus, vt cum quis rationabiliter timet læſionem aliquam præſertim in pudore & honore, & ſic cum Beatiſſ. Virgo ſuæ ſorſitan timeret, & conſuleret Virginitati, ei dictum eſt *Ne timeas Maria.*

Tertius verò cũ ſoleat eſſe vitioſus, & non à S.S. profectus, nec cũ Sp. ſancto permanens, quia ſolũ habet reſpectum mundi, & eorum quæ in mundo ſunt, & non reſpectũ Dei, de illo non loquitur Angelus cũ dixit, *Ne timeas Maria*, talem enim timorem nõ habuit B. V. *Beatiſſima Virgo timorem ſeruilem non habuit.*

Nec etiam timorem ſeruilem habuit, qui fuit quarto loco à nobis enumeratus, quia cum B. V. non eſſet in culpa timere non potuit pœnã, *Imo* Nec initialem habuit, qui erat quintus à nobis numeratus, quamuis enim iſte

Digitized by Google

ſit à Spir. ſancto, & cum S. ſancto, quia tamen Beatiſſ. Virgo fuit in gradu perfectionis, timorem initialem non habuit, ſed ſolum filialem, qui permanet in ſeculum ſeculi: & de iſto non eſt illi dictum *Ne timeas Maria*, niſi forſitã, quatenus timuiſſet Deum offendere, ſi nimis cito ſuarum laudum præconio aſſenſum præbuiſſet, & hoc modo vt ei ſecuritatẽ afferret, dicere potuit Angelus, *Ne timeas*, ideſt ne verearis *inueniſti enim gratiam apud Deum*. Alioquin enim Timor ſanctus ſeu Reuerentiæ, qui poteſt dici filialis, adhuc perſiſtit in patria, quia permanet in ſeculum ſeculi vt diximus: Non quod ſancti perpetuò ſint in timore peccãdi, vel quod vereantur à Deo ſeparari: Sed quod ſummã ſemper Deo reuerẽtiã exhibeãt. Duo igitur in hoc timore videntur includi: Reuerentia ſcilicet & metus. Reuerẽtia quidẽ nũquam tollitur ſed tollitur metus.

Duo includuntur in timore filiali.

Quãdo igitur Angelus dixit B. V. *Ne timeas Maria*, non tollit ab ea reuerentiã, ſed ſolũ tollit ab ea metũ, nẽpe naturalẽ, humanũ, & etiã filialem, quatenus dicit timorem peccandi, non enim

debet eſſe timor peccãdi, cũ ſit occaſio merẽdi & gratiã cõſequẽdi: Nunc igitur tres timores Angel⁹ ab ea repellit, cũ eã bono iubet eſſe animo: de alijs verò trib⁹ nõ loquitur, nẽpe de humano, ſeruili, & initiali; quia tales nõ erant in virgine timores, cũ ad lõgè ſuperiores perfectionis grad⁹ iam eſſet euecta. De initiali autẽ locis citatis loquitur ſcriptura, dũ ait *initiũ ſapiẽtiæ eſt timor Domini,* & cætera, huiuſcemodi; Aut ad ſummũ de filiali: illũ autẽ nõ remouet Angelus quoad reuerentiam, ſed ſolũ quoad metum peccandi, aut formidinem, qua Virgo poterat percelli, ne Deus læderetur: *Perfecta enim Charitas foras mittit timorẽ,* inquit D. Ioan. ep. 1. c. 4. v. 18. *quoniã timor pœnã habet.* Timor enim vt ait D. Damaſce. l. 2. de fide Orthodoxa c. 10. *Expectator eſt futuri mali,* vel vt ait Aug. l. 83. quęſt. q. 33. *Timor eſt animi fuga ne amittat idquod habet.* Ne igitur tali timore virgo ſolicitaretur, & ne formidaret virginitatẽ amittere, vel in aliquod malũ culpæ vel pœnæ incidere, ait illi Angelus *Ne timeas Maria.*

Triplex eſt perfectio charitatis.

De Timor.

Duplex eſt enim perfectio charitatis inquit D. Bonau. de ſeptem donis S. S.

Duplex perfectio charitatis.

Digitized by Google

in ſpeciali cap. 2. prima eſt neceſſitatis & ſufficientiæ. Secunda eſt præuilegiatæ (vt eius verbis vtar) ſanctitatis, & excellentiæ, & has perfectiones tangit. Proſper lib. 3. de vita contemplat. cap. 15. circa finem dicens, *Perfecti ſunt illi, qui perfectè Deum diligunt, qui volendo quod vult Dominus, nullis peccatis, quibus offenditur Dominus, acquieſcunt.* Et de hac charitate ait dominus Deutero. 18. *Perfectus eris, & abſque vlla macula coram Domino.* Et hæc perfectio charitatis cōpatitur ſecum aliquos timores, quia eſt perfectio neceſſitatis. Perfectio vero excellentiſſimæ charitatis, eſt illa, quæ ſēper ad virtutes diligendas & habēdas ſeſe extēdit, vt ibidē habetur, & hæc charitas foras mittit omnē timorem, vt ait D. Ioannes. Quod qualiter intelligendum ſit oſtendit Gilbert. Porretanus Serm. 19. ſuper Cantica poſt medium, vbi dicit. *Charitas proximi caret liuore, ſed charitas Chriſti caret timore.* Quod probat ſic, *Quid enim timebit charitas? veteres offenſas? Sed multitudinem peccatorum operit charitas* inquit D. Petrus Epiſtola 1. cap. 3.

Digitized by Google

Quid? infirmitatem propriæ conſcientiæ timebit, ne forſitan decidat? Sed *Fortis vt mors dilectio eſt*, vt habetur Cant. 8. Quid? temporales pro Chriſto timebit moleſtias ſubire? cum nec ſi æternæ fuerint, defatigari aut euaneſcere poterit dilectio conſummata, ideſt perfecta, nec ideo amat charitas ne pereat, ſed magis vult foris in æternum perire pænaliter, quàm priuari vſu amoris interni æternaliter: *Si enim homo dederit omnem ſubſtantiam pro charitate, quaſi nihil deſpiciet eam* ſcilicet ſubſtantiam.

Beatiſſima igitur Virgo, quæ nullas habuit offenſas timere non debuit, ſic nec timere debent qui illis fuerunt aliquando infecti, ſi iam ſunt in charitate radicati, nec timere infirmitatem propriæ conſcientiæ, quia in gratia erat confirmata, & gratia plena, & fortis vt mors eius dilectio, vt patuit in paſſione Chriſti: nec tēporales denique timuit moleſtias, immo nec æternas, quia in illa incidere non potuit, cū nedū actuali, ſed nec originali quidem eſſet peccato infecta: merito igitur illi

dicitur, *Ne timeas Maria.*

Dedignatur namque Charitas timoris commercium, cogi neſciens quæ neſcit compeſci, ideo perfecta charitas foras mittit timorem veluti inutilem & ſuperuacuum: Sed non timorem illum, qui caſtus permanet in ſæculum ſæculi, Eſt enim timor qui foras mittit charitatem, videlicet ſeruilis: & eſt timor quem foras mittit charitas, vt initialis. Et eſt timor, quem intromittit veritas & charitas, vt filialis: Primus eſt cautus, Secundus caſtus, ſed non permanens in æternum. Tertius charus permanens in ſæculum ſæculi: Primus veretur pœnam, Secundus offenſam, Tertius totus liber: eſt enim quædam humilis & ſumma reuerentia. Primus quidem timet offenſam, ſed propter pœnam. Secundus non timet pœnam, niſi propter offenſam. Tertius non habet quod metuat. Quid enim metuat conſummata charitas. Primus itaque timor metuit puniri, Secundus priuari, Tertius neutrum. Primum perfecta charitas exterminat, Secundum ad tempus tollerat

Triplex timor.

Tertium quaſi indiuiduum comitem ſemper admittit. D. enim Bern. lib. de diligēdo Deo circa finē, dicit quod timor filialis augetur augmētata charitate & charitate perfecta perficitur: vnde nō loquitur Angel⁹ de hoc timore (quando dixit *Ne timeas Maria*) niſi quatenus naturalib⁹ paſsionibus hui⁹ vitæ adhuc cōiunctus, aliquā pœnā nō ratione ſui, ſed naturali formidine annexam habere poteſt, cum reuerētia & amore. Tollit enim pœnam & metum à corde Virginis, non reuerentiam & amorem, cum ait, *Ne timeas* Salutaria enim non ſunt metuēda, vt ait Seneca.

Timor autem vt ait D. Thom. 22. q. 19. art. 1. Duplex obiectū habere poteſt vnū eſt ipſum quod homo refugit malum; aliud autem eſt illud à quo malum prouenire poteſt. Primo ergo modo Deus qui eſt ipſa bonitas nō poteſt eſſe timoris obiectū, Secundo vero modo poteſt quidē eſſe obiectum timoris, in quantum ſcilicet ab ipſo tanquā à iuſto iudice poteſt pœna reo & peccatori infligi. Cū igitur B. V. nō fuerit peccatrix timere nō debuit, & ideo dicitur

Timor duplex obiectū habet.

illi, *ne timeas Maria inueniſti enim gratiam apud Deum.*

Vnde D. Baſilius Seleuciæ Epiſcopus *Ne timeas* inquit *Maria, timor enim eorum eſt, qui offenderunt: tu vero gratiam inueniſti apud Deum.* Et Chriſolog. Ser. 2. de Annunciatione, *verum* inquit *eſt quod qui inuenit gratiam neſcit timere* Ser. 4. *Timet non qui inuenit, ſed qui perdit: Inuenit Virgo concipiendo ſuperni germinis gratiam, quæ pariendo non perdit virginitatem. Quid timet quæ ſecuritatem rerum concipit, parit gaudia ſeculorum? quid timet quæ ſuſcipit eum, quam timent omnia, quæ timentur.*

Quid timendum.

Vnica ſiquidem eſſe tantum poteſt timoris cauſa, nempe in gratia Dei non eſſe, aut gratiam non habere, vel illam amiſiſſe, qui enim gratiam inuenit, aut in gratia Dei firmè & ſtabiliter eſt radicatus, nec illam poteſt amittere, nullam habet timendi occaſionem. Vnde cum Beatiſſima Virgo ab omni ſorde peccati eſſet immunis, & gratiam inueniſſet apud Deum, & in illa eſſet confirmata, non erat quod timeret.

Digitized by Google

Si enim Regius vates dicere audebat, *Dominus illuminatio mea & ſalus mea quem timebo? Dominus protector vitæ meæ à quo trepidabo? dum appropiãt ſuper me nocentes vt edãt carnes meas? Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum.* Quantò magis hoc Beatiſſima Virgo dicere poterat, quæ inuenerat gratiam apud Deum præ cæteris omnibus creaturis tam ſublimem, quod in matrem Dei eligeretur.

Videns Gedeon quod eſſet Angelus Domini, qui loquutus fuerat ad eum, ait, *Heu mihi Domine Deus, quia vidi Angelũ Domini facie ad faciem*, dixitque *ei Dominus, pax tecum ne timeas*: Cum etiam trepidaret Virgo ad repentinum Angeli aſpectum, & inuſitatam uerborum eius ſalutationem, ait Angelus ei, *Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud Deum.* Ioſuè quoque dictum eſt cap. 1. verſ. 9. *Noli timere, & noli metuere, quoniam tecum eſt Dominus Deus tuus in omnibus, ad quæcumq; perrexeris.* Nec enim timoris cauſam habet, qui ſecum Deum poſsidet, & multo minus qui apud eum gratiam inuenit.

Iud. 6. v. 23.

Nil timere debet, qui ſecum Deũ habet.

Digitized by Google

NamDeus eſt in multis, & multos protegit, qui tamen gratiam eius nondum habent. Qui verò apud eum gratiam inuenerunt, abſque Deo eſſe non poſſunt. Ait enim Apoſtolus *Habitare Deum per fidem in cordibus noſtris*. Et ideo B. Virgo non habebat quod timeret, cum apud Deũ gratiam inueniſſet.

Sed quid eſt quod in ſacro ſemper ferè eloquio, legimus *gratiam inuenire*, pro in gratia Dei eſſe? vt cùm Abrahã, & alij Patriarchæ, & Prophetæ frequẽter Domino dicunt, *Si inueni gratiam coram te*! Cur enim potius non dicunt ſi ſum tibi acceptus, & gratus, aut ſi ſum in gratia tua; quàm ſi inueni gratiã corã te? vbi enim eſt illa gratia, quæ quęritur & inuenitur? aut cur dicitur inueniri, cum de nouo creétur, quãdo à Deo animæ infunditur (vt noſtri aiunt Theologi?) vt igitur quod ſentio aperiam, hac ratione dicitur gratia inueniri, quia fuerat per primos parentes Adamum & Euam perdita. Non enim inuenitur, quod nunquam perditum fuit: Et ideo cum probè ſcirẽt antiqui Patriarchæ, & Prophetę gratiã ipſam

a primis parentibus fuiſſe perditam, omnes illam quęrentes Deo dicere ſolebant, *Si inueni gratiã corã te*: Quod Chriſtus pulcherrima expreſsit parabola Lucæ 15. ſub typo mulieris, quæ drachmã perdiderat, *Accendit* enim *lucernam,& euerrit totã domũ*, vt drachmã quã perdiderat quæreret, donec inueniret eã. Quæ eſt enim illa mulier, niſi Eua, quæ drachmã diuinæ gratiæ pro ſuis omnib⁹ poſteris perdidit? Quæ eſt illa Lucerna, quam accẽdit, niſi Lucerna fillij Dei, aut verbi diuini? (*Lucerna enim pedibus meis verbũ tuum, & lumen ſermitis meis* ait Pſalt.) quam natura humana per hanc mulierem ſignificata, quæ drachmã perdiderat, accendit, & euerrit totam domum Eccleſiæ, quæ incepit à primo electo, & durabit vſque ad finem mundi, vt apud aliquem hanc gratiam inueniret: Sed quamuis hactenus multi præceſsiſſent Patriarchæ, & Prophetæ, multæque ſanctæ mulieres, nulla tamen hanc drachmam diuinæ gratiæ inuenire potuerat, & ideo omnes dicebãt. *Si inueni gratiã corã te*. Sed nunc B. V. illam apud

ſe gratiam inuenit, cum ſine peccato originali fuiſſet concepta, & ſine actuali vixiſſet, & ideo ait illi Angelus. *Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud Deum.* Vbi ait Bernardus Hom. 3. In Miſſus eſt. *Inueniſti quod querebas, inueniſti quod nemo ante te potuit inuenire, inueniſti gratiam apud Deum Dei & hominum pacem, mortis deſtructionem vitæ reparationem,* &c.

Et Andreas Ieroſolimitanus, *Inueniſti* inquit *tu Virgo gratiam apud Deum, quam non accepit Sara, quam non ſenſit Rebeca, quam nec Rachel cognouit, qua non eſt digna habita mater Samuelis Anna.*

Albertus quoque magnus Sermo. 1. de Annuntiatione, *Inueniſti* inquit *gratiam, nō creaſti vt Deus, non rapuiſti vt Angelus, non perdidiſti vt Adam: non emiſti vt Symon Magus: non abſcondiſti vt infidelis doctor: Sed reſtituiſti potius gratiam, dico increatam & cum illa omnem creatam ſpiritualem, & corporalem; apparuit enim gratia Dei ſaluatoris noſtri omnibus, hominibus* vt ait Apoſtolus.

Vidiſtis aliquando ſortes in vrnam conijci, & in ſingulis ſchedulis nomina

na ſingulorum ad gratiam (vt vocant) extrahendam conferentium, inijci, vt deinde ſingilatim extrahantur. Cum præfixum illam extrahendi temp⁹ aduenerit, accerſitur puer, ne fraus, atque dolus poſſit obrepere. Ille ſingulas ſingillatim extrahit ſchedulas, ad huc quidem conuolutas, legitur vnaquęque cuius ſit: Et cum nihil depræhenditur extractum eſſe gratiæ, exclamant vulgo. *Blanca* ideſt inanis & vacua. Cum autem extrahitur ſchedula, in qua verbum gratiæ eſt deſcriptum, & intus inuolutum, qui nomina recenſet, & ſchedulam legit, ſtatim vt ſchedulam complicatam præ manibus accipit, & intus inſcriptam aut ſcripturam per papirum tranſparentē videt, illi cuius nomen iam tunc edidit & expreſſit palpitanti (vt moris eſt) & per totum corpus contremiſcenti; ſubridens & arridens. *Ne timeas* (inquit) Bono eſto animo, *gratia gratia* inuenta eſt tibi.

Haud aliter totum genus humanum per ſingula fermè capita, ſaltem electi, & fideles populi, cum in vrnam meri-

Digitized by Google

torum ſuorum ſchedulam vnuſquiſq; poſuiſſet, & ſuo quiſq; tempore, dum ex hoc mundo exiret, & verſaretur vrna, ſuorum mercedem meritorum acciperet, in omnibus ferè vacua apparebat ſchedula, quia nulla tanta vnquam fuerant Patriarcharum aut Prophetarum merita, vt hanc gratiam Incarnationis verbi promereri potuiſſent: & tamē omnes illam ſummopere exoptabant & efflagitabant, *Vtinam, diſrumpere cælos & venires* dicebat vnus; Et alter. *Mitte Domine quem miſſurus es*: Alius *Emitte Domine agnum dominatorem terræ, de petra deſerti ad mōtē filiæ Sion*, Alius adhuc *Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum*. Moyſes, *ſi inueni gratiam coram te oſtende mihi faciem tuam*: Dauid, *oſtende nobis faciem tuam, & ſalui erimus*; Omnes denique iſtā vnionē naturæ diuinæ & humanæ, ac Incarnationis verbi sūmis votis inuenire deſiderabant. *Multi enim reges & Prophetæ cupierunt videre quæ videtis & nō potuerunt, &c.* Sed cum ventum fuiſſet ad extrahendam Beatiſſ. Virginis ſchedulam, Angelus qui ad hoc opus erat delegatus, cum eam titubantem &

trepidantem videret, ac contremiſcẽtem, vt omnium moris eſt, quorum ſchedula legitur, perſpiciens in charta Virgine corporis eius, iam iam verbũ diuinum pellucens, Virgini quaſi arridens, *Ne timeas* inquit, *GRATIA GRATIA, Inueniſti enim gratiam apud DEUM*: & non quamcumque gratiam, ſed omnium potiſſimam, nempe gratiam incarnationis Filij Dei, & vnionis hypoſtaticæ, naturæ diuinæ cum humana in eadem perſona & ſuppoſito: hęc enim fiet in vtero tuo, & eris Mater illius, quem quærebant omnes animæ ſanctæ, & in quem deſiderant Angeli proſpicere. De hac enim gratia loquutum fuiſſe Angelum teſtantur Origen. & D. Ambroſ. in 1. Lucæ. Tu te ſatis Beatam fieri ancillam illius Virginis putabas & tu eris ipſa virgo: tu te ſeruulam tam fælicis Matris fieri exoptabas & tu eris tam fælix Mater, *Ecce concipies & paries filium*, ſed de hoc poſtea.

Quænam ſit hæc gratia quã virgo inuenit, & in quo differat ab alia.

Attamẽcũ B. Virgo iam dicta ſit ſuperius ab Angelo *Gratia plena*, Cur nunc ei dicit, *Inueniſti gratiam apud Dominũ*, quaſi enim de nouo videtur eam

inueniſſe, et ſi eam de nouo inuenit, quomodo erat iam *Gratia plena*; Aut ſi Gratia erat plena, quomodo eam de nouo inuenit, aut quæ eſt iſta Gratia, de qua hîc loquitur, *Inueniſti Gratiam apud Deum*, & illa de qua ſuperius dixit, *Aue gratia plena*. Si namq; eſt eadẽ hæc & illa, cur iterũ repetit, quod ſemel dixit: Aut quomodo putat ſecuritatẽ adferre de eadẽ re loquens, de qua eum loquentem audiẽs B. Virgo turbata eſt in ſermone eius. Quid? Battologia forſitan vſus eſt Angelus, idem repetens, & temere inculcans, quod ſuperius dixerat? nec intelligentia erit ſatis intelligens, vt ſine repetitione, & eorumdem verborum inculcatione, loqui neſciat? Abſit à nobis vt hoc credamus, non igitur hîc de eadem gratia loquitur, de qua ſuperius fuerat loquutus, hanc enim inueniri, illam iam haberi oſtendit: huius præmonitione nititur Virginem confirmare, quæ fuerat alterius annunciatione turbata. Non eſt igitur eadem hæc & illa. Quænam igitur ſit iſta breuiter aperiam.

Scire enim debetis gratiam multipliciter definiri, & multipliciter diuidi. Nã quatenus refertur ad ſuum principium, definitur ab Iſidoro de differẽtijs lib. 1. differ. 27. *Gratia eſt diuinæ miſericordiæ donum, per quod bonæ voluntatis eſt exitus.* Quatenus refertur ad ſuum ſubiectum: *Gratia eſt quidam nitor animæ ad conciliandum ſanctũ amorem*, Vt ait gloſſa ſuper illud Pſal. 130. *Vt exhilaret faciem eius in oleo*; Quatenus refertur ad ſuum effectum, ſic *Gratia* eſt. *Sanitas mentis, dilectio cordis*, vt ait D. Chriſ. Et hæc etiam eſt ſimilitudo gloriæ. *Gratia multipliciter definitur.*

Diuiditur etiam multipliciter, ſicut multipliciter habet definiri, & ad diuerſa referri. Relata enim ad ſuum principium, vnde promanat, diuiditur in gratiam prædeſtinationis, vocationis, iuſtificationis, & magnificationis. Primo enim Deus gratiam præparat, ſecundò offert, tertio confert, quarto complet. Relata ad ſuum ſubiectum in quo eſt, diuiditur in gratiam cognitionis, voluntatis, & perfectionis, ſecundum triplicem potentiam, ſcilicet intellectiuam, affectiuam *Gratiæ multipliciter diuiditur.*

Digitized by Google

& operatiuã, & ſumitur à D. Bernard. de libero arbitrio: Relata ad ſuum effectũ diuiditur in gratiam prçuenientem, concomitãtem, & ſubſequentem.

De his omnibus igitur gratijs prius dixerat Angelus, Beatiſſ. Virginem eſſe plenam; erat enim iam plena gratia prædeſtinationis, quia fuit in primo, inter cæteras omnes mulieres prædeſtinationis gradu, & ideo dictũ eſt illi tunc, *Benedicta tu in Mulieribus*: Erat etiam plena gratię Vocationis præ cæteris omnibus, elegit quippe eã Deus, & præelegit eam, & ideo illi dicitur, *Dominus tecum*, quia *qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo*: erat quoque plena gratia iuſtificationis, quia fuit ſine vllo peccato originali concepta, & ideo dicitur gratia plena: Non enim eſſet gratia vndequaq; plena, ſi fuiſſet in peccato originali concepta. Quapropter ait Spir. ſanctus, *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te*, Gratia pariter magnificationis erat iam plena, quia ad illam ſalutandam, Miſſus eſt à Deo Gabriel Angelus. Quod quidem factum non fuiſſet, niſi apud Deũ

valde eſſet magnificata.

Fuit pariter quoad potentiã intellectiuã, affectiuã; & operatiuã, iam gratia plena, quia in intellectu prædita erat ſapientia & ſcientia, in affectu pietate & amore Dei, in operatione denique charitate & miſericordia.

Plena denique erat gratia preueniente, & cooperante, & ſubſequente; *quia adiuuabit eam. Deus mane diluculo*, quoad preuenientẽ: *Deus in medio eius nõ cõmouebitur*, quoad cooperãtẽ: & quoad ſubſequẽtem deniq; *Sãctificauit tabernaculũ ſuũ altiſſimus*: & ideo non accedet ad te malũ, & flagellũ non appropinquabit tabernaculo tuo: *Domũ enim tuã Domine decet ſanctitudo in longitudinem dierum.*

Sed nondum diximus, quænam fuerit illa gratia, quam de nouo dicitur inueniſſe; cum his omnibus ſuperius iam plena fuiſſe dicatur. Fuit ergo alia ab his gratia, quam Angelus dixit eam apud Deũ inueniſſe: & illa quidem triplex: Prima fuit gratia fœcunditatis, cum Virginitate, quæ in nulla vnquam muliere fuerat inuenta; Nec in ipſa adhuc Virgine

Triplicem inuenit B. V. apud Deum gratiam.

Digitized by Google

fuerat deprehenſa. Nondum enim cõceperat, & ideo ait illi Angelus, *Inueniſti gratiam apud Deũ, ecce concipies, &c.*

Secunda gratia maternitatis, cum intemerato pudore, & idcirco ſubdit Angelus, *& paries.*

Tertia eſt dignitatis ſuper omnem ſimplicem creaturam, tanto enim melior Angelis effecta, quanto præ illis nobilius nomen hæreditauit, *Cui enim aliquando Angelorum dictum eſt, filius meus es tu*, hoc autem Beat. virgo poteſt dicere ad filium Dei.

Vnde ſi valet argumentum D. Pauli, quo probat excellentiam humanitatis verbi ſuper omnes creaturas: Ex eo, quod Chriſtus dicitur filius Dei, valebit etiam noſtrum, quo probatur dignitas Virginis, ſuper omnes creaturas, quia illam ſolam filius Dei vocat Matrem, ſicut vocat ſolum Deum Patrem. Et ideo non ſolum Angelus dicit, *Paries filium*, ſed *vocabis nomen eius Ieſum, hic erit Magn⁹, & filius altiſſimi vocabitur & cæt.* de quibus in ſubſequentibus agem⁹ ſermonibus; Nunc dixiſſe ſufficiat, Beatiſſ. Virginem non

habuiſſe timendi occaſionem, quia ſola ſine exemplo inuenit gratiā apud Deum.

Nos autē qui pecatores ſumus maximam habemus timendi occaſionem. Nemo enim ſcit vtrum odio aut amore dignus ſit: Qua de re ait D. Bernar. Serm. 54. in Cantica, Time cum arriſerit gratia, time, cum abierit, time, cum denuò reuertetur: & l. 2. de gratia. Primus timor eſt, ne cruciemur „ à gehenna; Secundus ne excluſi à viſio„ne Dei priuemur, tā ineſtimabili glo„ria: Tertius replet animam omni ſol„licitudine, ne forte deſeratur à gratia: „ Et D. Gregor. Hom. 34. in Euan„gelia poſt medium, tantò de ſe „vnus quiſque ſollicitus metuat, quan„to ignorat, quid reſtat. & l. 33. Moral. „cap. 11. In peccatoris pectore inceſſan„ter debet ſpes & formido coniungi, „quia incaſſum miſericordiam ſperat, „ſi non etiam iuſtitiam timeat, incaſ„ſum iuſtitiam metuit, ſi non etiam „de miſericordia confidat.

Et lib. 3. Dialogor. cap. 7. *Oportet*

& de Dei nos ſemper miſeratione confidere, & de noſtra infirmitate formidare : Nos igitur exemplo B. Virginis diſcamus quærere & inuenire gratiam apud Deum, & non apud homines. Apud Deum quippe, *Querite & inuenietis, petite & accipietis, pulſate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulſanti aperietur,* inquit ipſemet filius Dei.

Apud homines verò, *Fallax gratia & vana eſt pulchritudo, mulier timens Deum ipſa laudabitur.*

Apud Deum, bonum eſt gratia ſtabilire cor : Apud homines verò, malum eſt ſæpiſſime gratiã inueniſſe: pellicit enim ad venerem, aut ad aliquod aliud peccatum. Apud Deum melius eſt inuenire gratiam, *quam theſauros omnes diuitiarum abſconditos*: Apud homines peius eſt aliquando inueniſſe gratiam, quàm ſuſpendium, vt patet de Achitofel apud Abſalonem, qui maluit ſe ſuſpendere, quam in gratia eius perſeuerare. Tot enim peccata perperauit in gratiam Abſalonis, cum rebellem & conſpirantem aduer-

ſus Patrē ſuū Regem & Dominum fo-
uens, & cubile Patris ſui Regis ac Domini temerare faciens, eiuſque concubinas publicitus in edito ſpectaculo polluere & violare coram oculis omnium, quòd horret lingua dicere, & animus refugit cogitare, atque pudor ipſe tantam impudentiam deteſtatur audire. O quot nunc ſunt viri & mulieres, qui gratiam gloriantur ſe inueniſſe apud homines, qui ſi bene perpēderent in quot peccata eos allicit & pellicit illorum gratia, mallent ſuſpendium, quam gratiam apud eos inueniſſe. Gratia enim Dei perducit ad gloriam, immo gratia vertetur in gloriam: Gratia vero hominum plerumque vertitur in damnationem. *Maledictus enim homo, qui ponit carnem brachium ſuum.* Si namq; in gratia alicuius fueris, oportebit te omnibus eius nutibus obtemperare, niſi velis in indignationem eius incurrere, eiq; ad omnia eius vota & deſideria quantumuis praua & inhoneſta ſubſeruire. Si trucidare voluerit, tua manu abutetur, aut te

infidum & proditorem reputabit : ſi voluerit Mæchari, tua opera tanquam ſubſellio ad impudicos vſus volet abuti, aut te reputabit ingratum & infidum : ſi falſum teſtimonium voluerit proferre, non quæret hominem ſibi inuiſum, ſed eum potiſſimè qui in gratia eius ſit, & te tanquam amicum ſolicitabit nefaſtæ rei.

O quam melius, igitur eſt in venire gratiam apud Deum quàm apud homines. Hanc quæramus fratres, illam petamus, ad hanc aſpiramus & ſuſpiramus.

Queramus gratiam apud Deum, nam apud homines gratia fallaix, quærant abij alia, nos inuenire gratiam ſtudeamus, inquit D. Bernardus Sermonem 3. de Annuntiatione.

ECCE CONCIPIES IN VTERO.

SERMO VNDECIMVS.

NArrationem legationis ſuę nũc aggreditur Angelus, poſtquam ſalutationem expediuit, & Virginem confirmauit & tam exacte verbis Iſaiæ Prophetæ videtur inſiſtere, vt bene appareat, quod vnus & idem Deus ſit vtriuſque ore loquutus. Ait enim Propheta, *Ecce Virgo concipiet, & pariet filiũ*: Ait etiam Angelus, *Ecce concipies, & paries filium.* Propheta dixit, *Ecce*, & Angelus *Ecce.* Propheta dixit *Virgo*, & Angelus loquitur *ad Virginem.* Propheta dixit

concipiet, & Angelus dicit, *Concipies*. Propheta dicit *Pariet*, & Angelus quoque dicit *Paries*: Ille *Filium*, & iſte pariter *filium*. Et vocabitur nomen eius Emanuel ait ille: & vocabis nomen eius *Ieſum*, ait iſte, quod idem eſt ac Emanuel: Solumque hîc ſiquid eſt diſcriminis, in hoc differre videntur, quia Propheta loquitur in tertia perſona *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium*: Angelus verò in ſecunda loquitur ad Beatiſsimam Virginem, *Ecce concipies & Paries Filium*.

Quia Propheta nondũ videbat Virginem, ſed ſciebat eſſe futuram, & ideo dicit *Ecce*, quaſi demõſtraturus eã, quãuis nõdum eſſet præſens, ſciebat enim infallibilem diuini verbi veritatem, & ideo Virginem in futuro concepturã, tanquam in præſenti digito quaſi demonſtrat.

Angelus verò quęnam fuerit illa Virgo à Propheta prædicta palàm oſtẽdit, dum quod ille dicebat in tertia perſona, iſte profert in ſecunda, habet enim præſentem Virginem, & illam allo-

quitur, de quā Iſaias Propheta fuerat vaticinatus. Et ne quis poſſet dubitare quæ nam foret illa Virgo, quæ conciperet & pareret filium, oſtendit Angelus dum ait *Ecce*, & ipſi Virgini palàm narrat, quod ipſamet ſit futura, quæ concipiat & pariat filium, quibus quidem verbis duo grandia exponit & expromit miſteria. Primum eſt de cōceptione Chriſti. Secundum verò de eius natiuitate. Sed nimium foret de his duobus ſimul in vno tātum ſermone agere: melius eſt vt de ſingulis ſeorſim agamus. Si igitur velim⁹ de primo loqui, grande fuit conceptionis Chriſti miſterium, tam ratione concipientis, quàm ratione concepti: ratione concipientis; quia completa eſt Ieremiæ Prophetia cap. 31. dicentis. *Nouū creauit Dominus ſuper terrā fœmina circundabit virū. Quæ eſt enim hæc fœmina? quis vero iſte vir? Aut ſi vir quomodo à fœmina circumdatus. Aut ſi à fœmina circumdari poteſt quomodo vir? & vt apertius dicam: quomodo poteſt ſimul & vir eſſe in vtero matris? hoc eſt enim virum à fœmina circundari. Nouimus viros, qui ſcilicet infan-*

Diuiſio ſeu partitio dicendorū.

tiam, pueritiã, adoleſcentiam, atque iuuentutem tranſeuntes, ad gradum vſque ſenectuti proximum peruenerunt. Qui ergò iam adeo grandis eſt: quomodo à fœmina circundari poteſt? Si dixiſſet fœmina circundabit infantem, vel fœmina circundabit paruulum, nec nouum videretur, nec mirum. Nunc autem quia nihil tale poſuit, Sed dixit virum, quærimus quæ ſit hæc nouitas quam Deus fecit in terra: vt fœmina circundaret virum, & vir intra fœminei vnius corpuſculi mẽbra ſeſe cohiberet? quid eſt hoc miraculi? numquid poteſt homo, vt ait Nicodemus (in ventrem matris ſuæ iterato introire & naſci. Sed verto me ad conceptum partumque Virginalem, ſi forte inter plurima noua ac mira, quæ ibi profectò inſpicit, qui diligenter inquirit, etiã hanc quam de Propheta protuli reperiam nouitatem. Porrò ibi agnoſcitur longitudo breuis, latitudo anguſta, altitudo ſubdita, profunditas plana. Ibi agnoſcitur lux non lucens, Verbum infans, inquit D. Bernardus Hom. 2. ſuper Miſſus eſt.

Myſterium Incarnationis nouũ & inſolitũ.

Quid autem poterat eſſe noui, ſi fœmina circundaret virum? Nonne videmus ſingulis diebus, ac pænè momẽ-

tis

tis mulieres viros circumdantes, cum tot grauidæ coram noſtris quotidie verſentur obtutibus: & frequenter viros, & non mulieres gerant in vtero. Quid igitur in hoc poterat eſſe miſterij? Quod tam nouum prædicebat & prædicabat Hieremias eſſe futurum, quod fœmina circumdaret virum, Idque à ſolo Deo efficiendum? Multum per omnem modum. Aliæ ſiquidem mulieres, non viros, ſed ſolum pueros in vtero circumdant: at iſta non ſolum puerum, ſed virum circumdare debebat, hocque ſolus Deus, tanquam rem nouam debebat efficere: illud verò quod mulieres pueros in vtero circũdant, non ſolum Deus efficit; ſed etiã ipſarum coniuges, nec res eſt noua ſed ſolita. At iſta noua & inſolita eſt, quod fœmina virgo circumdaret virum: & ideo quaſi attonitus & mirabundus dicebat Propheta, *Nouum faciet Deus ſuper terram, mulier circumdabit virum*; Grande myſterium, ingens ſtupor, excelſum oraculum, mulier circumdabit virum, & quod mirabilius eſt, tam profundum his paucis verbis

Quomodò Beatiß. Virgo virum circundedit.

Digitized by Google

Propheta ſenſum concluſit, vt myſte-
rium vtrumq; comprehendat & vir-
ginis concipientis,& viri concepti:di-
cit enim quod *fœmina circundabit*, vt
oſtendat myſterium Virginis conci-
pientis,quia non fuiſſet nouum, quod
fœmina conciperet, niſi fuiſſet Vir-
go. Et poſtea ſubdit *virum* vt ex-
primat miſterium concepti, quia
non fuit conceptus cæterorum homi-
num more, vt illi qui per partes con-
cipiuntur, & prius ſunt pueri, quàm
viri, iſte enim ſtatim factus eſt vir.
Nunquid non facile tibi eſt inquit D.
Bernardus Hom. ſecunda ſuper Miſ-
ſus eſt, *inter hæc, fœminam agnoſcere
virum circundantem, cum Mariam videas
virum approbatum à Deo, Ieſum ſuo vtero
circumplectentem? virum autem dixerim
fuiſſe Ieſum, non ſolum iam cum diceretur
vir Propheta, potens in opere & ſermone,
ſed etiam cum tenera adhuc infantis mem-
bra, Dei mater, blando vel foueret in gremio,
vel geſtaret in vtero. Viri gitur erat Ieſus,
nec dum etiam natus, ſed ſapientia non æta-
te, animi vigore non viribus corporis, ma-
turitate ſenſuum, non corpulentia mem-*

brorũ, neque enim minus habuit ſapientiæ, vel potius non minus fuit ſapiẽs Ieſus conceptus, quàm natus, paruus quàm magnus. Siue ergo latens in vtero, ſiue vagiens in præſepio: Siue iam grandiuſculus interrogans doctores in templo, ſiue iam perfectæ ætatis docens in populo: æquè profectò plenus fuit Spiritu ſancto. Nec fuit hora in quacumque ætate ſua, qua de plenitudine illa, quam in ſui conceptione accepit in vtero, vel aliquid minueretur, vel aliquid eidẽ adÿceretur, ſed à principio perfectus, à principio inquam plenꝰ fuit ſpiritu ſapientiæ, & intellectus, ſpiritu conſilÿ & fortitudinis, ſpiritu ſcientiæ & pietatis, & ſpiritu timoris Domini. Nec te moueat quod de illo legis in alio loco. Ieſus autem proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia apud Deum & homines. Nam quod de ſapientia & gratia hîc dictum eſt: non ſecundum quod erat, ſed ſecundum quod apparebat intelligendum eſt: non quia videlicet aliquid ei nouum accideret, quod ante nõ haberet: ſed quod accidere videretur, quãdo volebat ipſe vt videretur. Inquit D. Bernardus hom. 2. ſuper Miſſus eſt.

Quoad miſterium autem concipientis, non ſolum Antiquus ſerpens

horruit hanc Virginem, quæ filium Dei concepit: Sed omnes etiam hæretici, tanquam noua capita ex cauda huius ſerpentis renaſcentia, ſicuti ſolent eſſe Amphisbenæ, veneni ſui rabiem in hanc Virginem conati ſunt euomere.

Hebion enim (teſte Clemente Romano lib. 6. Conſtitut. cap. 6. negabat illam integra Virginitate concepiſſe, Similiter Cherinthus, & Carpocrates (teſte Ireneo lib. 1. cap. 24. & Origene hom. 41. In Lucam atq; Epiphanio lib. 4. contra hereſ. cap. 27. & 28.

Infenſus etiam contra hanc Virginē fuit Iulianus Apoſtata, vt ex libro eius aduerſus Chriſtianos edito patet. Similiter & Porphirius fœdi fragus, & Iudęi infenſiſſimi hoſtes Filij Dei; Matrem etiam eius perſequntur, oculoſq; & mentem claudunt ad hanc apertam Iſaiæ Prophetiam, *Ecce Virgo cōcipiet & pariet filium*: Neque quo ruant, curant, dummodo furant & feriant.

Succeſsêre Heluidiani & Antidicomarianitæ, teſte D. Hieronimo contra Heluidium, & D. Epiphanio Hereſ. 48.

Auguſtino etiam hereſ. 48.

Iouinianus quoque Matrimonia magis affectans, quàm Virginitatem (vt petulantes ſolent clerici, qui profeſſionis ſuæ obliti, ad nuptias & voluptaria reſpectant cubicula) hanc Virginem inſectatus eſt teſte D. Auguſtino hereſ. 82. & Paulitiani etiã teſte Photio apud Euthimium p. 2. Panopliæ, titulo 21. & Glicã p. 2. Annal. fol. 290

Poſt hac venerunt Lolardi, quaſi Larido libidinis inuncti, qui etiam hanc virginẽ ſunt inſectati, teſte Trithemio in Chronico Hirſaugienſi, anno 1315.

Nec hiſce quoque temporibus defuerunt ſerpentuli viperini ex cauda illius draconis Ruffi proſiliẽtes, & hanc Beat. Virginem inſectantes, vt Petrus Martyr non quidem Chriſti ſed diaboli in cap. 4. epiſt. ad Rom. Adamus Reiſnerus l. 6. Germanico de Hieruſalẽ. Molineus 3. p. Euangelicæ vnionis, Bucerus in cap. 2. Lucæ Virginitatem illi inuidentes, ac ſi fas eſſet præripere geſtientes. Quod cum reipſa facere non poſsint, verbis ſaltem & linguæ flabello hoc efficere nit-

tuntur, tantoque Lucas Sternbergius Mariȩ odio flagrauit, vt eā virginitatis gloria, omniq; honore ſpoliare tētarit, teſte Caniſio præfatione in opus Mariale.

Sed facile eſt horum vipereorum ſerpentium, caput proterere, ſacræ ſcripturæ calcaneo. Falſum enim eſſet quod dixit Eſaias Propheta, *Ecce virgo concipiet & pariet Filium,* Niſi Virgo, in conceptu & in partu pariter manſiſſet, cum virginem dicat concepturam & parituram. Quin & falſum eſſet quod illi dixit Angelus. Non enim concepiſſet in vtero, niſi manſiſſet Virgo in conceptu. Quandoquidem aliunde, non de foris, aut ab extrinſeco concepit, ſi concepit in vtero. Quæ autē nō aliūde, nec de foris, aut ab extrinſeco quicquā in vterū recipiūt, vtique illibatæ ſemper Virgines permanēt. Cum Virginitas aliter temerari non poſſit, niſi quid de foris aduenerit, quod virgineum clauſtrum violarit. Et ideo, cum Beatiſſ. Virgo in vtero filium Dei conceperit, nec quicquam deforis aduenerit, quod temerare eius pu-

Confutantur hæretici.

Quid ſit concipere in vtero.

dicitiam potuerit, virgo procul dubio concepit: Erat enim virgo, cum ad illam acceſſit Angelus, quia Miſſus eſt Gabriel Angelus ad Virginem: iam q; Filius Dei erat cum virgine, quia dixit illi Angelus *Dominus tecum*, Nec enim aliũde aduenit, qui vbique eſt: nec quid quam de foris recepit, quod iacturam virginitati eius afferre potuerit, quia ſtatim poſt ſalutationem Angelicam concepit, & ſtatim in mõtana perrexit, & iã mater Domini eſt ab Eliſabeth appellata, & inuenta eſt in vtero habens de Spiritu Sancto, non eſt igitur dubium illam intemeratã permanſiſſe, vnde exclamat D. Hieronymus.

Rem nouam plenam miraculi, nouo verbo Propheta dum promittit exequitur: Ecce Virgo in vtero concipiet & pariet Filium. Quotidie certè de procreandi neceſſitate mulierũ cõceptus & cernimus: & audim⁹, de nulla tamen dicitur: in vtero cõcepit, quoniã ſubſtantia futuri hominis fuſa per virum coaleſcit in fœmina: vteruſq; mulieris non principium eſt naſcituri hominis, ſed depoſiti nutrimentum. Maria autem non tam prima, quam ſola in vtero concepit: cuius

Digitized by Google

pudoris illibatio conceptum vteri ſine damno Virginitatis expreſſit, quæ ſola nobis peperit, quod non accepit ex nobis; dicente domino: vos de inferioribus eſtis, ego de ſuperioribus ſum. Quæ Mater eſt Filio, cum virgo ſit marito: cuius conceptionem ignorante virginitate partus agnouit: quæ ſola mulier dicta eſt non concipiendo, ſed pariendo. Ex hac ergo ſemen, promiſſum eſt mulieris, quod ſecundum hominem Dominus Deus noſter eſt, qui non infuſus eſt in vtero, ſed inuentus, Euangeliſta confirmãte, cum dicit de Maria. Inuenta eſt in vtero habens. Ecce & ab ipſo præcedente Prophetæ Sermone non deuiat, quod fuerat nunciatum. Virgo in vtero concipiet: Sed in Myſterij nouitate, Sermonis etiam parilitate concordat, eoq; ſtilo facti hiſtoria deſignatur, quod faciendũ denũtiat: & Propheta Eſa. ait ca. 7. Virgo in vtero concipiet: Matheus refert, inuenta eſt in vtero habens. Verbo ipſo promiſſionis reſpõdet effect⁹, quod non aliter loquitur Euangeliſta quam vates, nec ad exprimendam operis nouitatem, inuentæ elocutionis difficultate confunditur, ait D. Hieron. epiſt. de viro perfecto.

Sed ſatis fotſitan fuerit pro preſen-

tis opportunitate temporis de miſte-
rio virginis concipientis & parturien-
hæc dixiſſe, licet nũquã ſatis poſsit eſſe
dictum: Sed ne concepti miſterium fi-
lij nos præter fugiat: Ad nouum & mi-
randum eius ſtuporem ſtylum conuer-
tamus: *Ecce* inquit Angelus *concipies*,
in vtero & paries filium, Si filius iam
erat quomodo poterat concipi, & ſi
potuit concipi? quomodo iam filius
erat? poteſt ne eſse filius, antequam
eum concipiat mater? aut poteſtne cõ-
cipere mater filium iam productum?
qui fieri poteſt, vt tam noua & ſtupen-
da enarremus miſteria? erat iam filius,
& tamen concipitur. Mater erat Vir-
go, & tamen concipit: concipit in-
quam filium, iam à patre produ-
ctum, & ab æterno in mente paterna
conceptum. Nondum erat mater & iã
erat cõceptus filius: immo, *Nondũ erãt
abiſsi, & ego iam concepta eram* (inquit di-
uina ſapientia) *ante oẽs colles ego partu-
riebar*, & tamẽ illum filiũ adhuc Virgo
concipit, & Virgo parturit, non quidẽ
ſecundũ diuinã naturã, qua proceſsit
ab æterno à patre, ſed ſecũdum huma-

nã qua proceſſit in tẽpore à matre: diſtingue igitur naturas, quæ nũquã fuerunt in hoc miſterio confuſæ, & intelliges quomodo ille idem filius, qui ab æterno fuit conceptus ſecundum diuinitatem, fuerit etiam conceptus in tempore ſecundum humanitatem.

Sed tibi ne videatur hoc ſolum eſſe mirum, quod ille filius, qui ab æterno fuit genitus, iterum in tempore ſit cõceptus & productus, eſt adhuc ibi quod non minus mireris. Fuit enim corpus eius in vtero materno omnibus ſuis partibus heterogeneis & homogeneis, omnibuſque organis & vaſculis, venis, neruis, articulis, arterijs, muſculis: cartilaginibus, carne, oſſibus, medulis, ſanguine, cæteriſq; omnibus, mẽbris vt manib⁹ brachijs, thorace, pectore, capite, ſenſibus, lingua, faucibus, gutture, trachea, corde, iecore, hepate, ſplene, liene, cruribus, tibijs, pedibus, digitulis, omnibus inquam complete & abſolutè in inſtanti compactum & perfectum. O ſtupor! ô Miraculum! & mirabuntur hæretici quod dicamus corpus Chriſti pluribus eodẽ

inſtanti eſſe poſſe in locis, cum eodem inſtāti idem ſanguis Virginis plures in partes Chriſti fuerit trāsformatus, ac penè dixerim trāſubſtantiatus? & pluribus etiam in locis eodem inſtāti cœperit exiſtere ſub ſingulis partib⁹ corporis, quia ibi erat, vbi erat quælibet pars corporis, quia ſanguis ille erat in eam conuerſus. Et quod magis adhuc mireris facta eſt in inſtanti iſta omnium membrorum compactio, & partitio, & diuiſio, & connexio, & collocatio, atque diſtributio, & ordinatio, ac diſpoſitio, atque omnium ſimul aſſumptio, & vnio, non ſolum interſe, ſed etiam cum anima rationali, nec ſolum cum anima rationali, ſed cū diuino verbo, ſine vllo motu, quia cū nullum ibi interceſſerit tēpus, nullus etiam potuit intercedere motus, qui fieri non poteſt ſine tempore, ſed omnia iſta infinita Dei virtute (qui attingit à fine vſq; ad finem fortiter & diſponit omnia ſuauiter) in inſtanti peracta ſunt & ſingulis quæque locis diſpoſita. Quæ tamen omnia ex eodē ſanguine ſunt deprōpta. Quid igitur mi-

raris quod corpus ſuum pluribus in locis eodē inſtanti collocare poſſit? qui intra ſepta vteri materni eundē ſanguinem, vnde corpus ſuum efformauit, diuerſas in partes corporis cōuertit, & diuerſis in locis ſtatuere eodem inſtanti potuerit, & quod eodem inſtanti diuerſas illas partes compegerit, & diuerſis in locis collocarit, hoc tibi perſuadeat quod ex parte verbi aſſumentis, & ex parte virtutis efficientis, & ex parte denique Virginis concipiētis decens fuit corpus Chriſti in inſtāti formari, vt ait D. Bonau. in 3. D. 2. p. 2. art. 3. quæſt. 2.

Triplici de cauſa corpus Chriſti fuit in inſtanti formatū.

Ex parte quidem verbi aſſumentis, quia non decebat verbum diuinum aſſumere partem humanæ naturæ, & eſſe hominem ſecundum quid, ſed totā humanam naturam, & ita carnem & animā, maxime cū anima det carni cōgruentiam, vt vniatur cum diuina natura. Et quoniā aniā nō eſt nata vniri, niſi carni formatæ, & mēbratim diſpoſitæ, ideo in primo inſtāti cōceptionis neceſſe fuit corpus Chriſti ad perfectā membrorum diſpoſitionem perduci. Ex parte etiā virtutis efficiētis, ibi enī

Virt' diuina operabatur mirabiliter; eſt enim miraculorum maximum, quod fæmina concipiat Deum, & idcirco ad ſuæ mirabilis efficaciæ oſtenſionem, ſubitò illud corpus efformare debuit, quod natura non poterat efformare niſi ſucceſsiuè, tanto enim citius aliquod agẽs poteſt materiam diſponere, quãto maioris eſt virtutis & efficaciȩ. Deus igitur cũ ſit infinitæ virtutis viuens poteſtas, quæ nuſquam non aſſit, non deſit vſquam, omnes corporis ſui partes, omniaq; organa in inſtanti efformare & diſponere debuit.

Ex parte denique Virginis concipientis, quoniam mater Dei non eſſet, niſi Deus vnitus eſſet carni, quam conceperat Virgo: & caro nec Deo nec animæ congrueret, niſi membrorum diſtinctionem haberet. Nec enim anima prius infunditur, quàm corp' fuerit debitè diſpoſitũ, nec filius Dei corpus aſſumpſit, quin fuerit animatum: & ideo debuit in inſtanti ſuæ cõceptionis omnib' ſuis mẽbris & partib' debitè corpus Chriſti eſſe cõpletũ. Si enim Deus opti max. totum hunc mundum cum omnibus ſuis partibus

præſertim integralibus in inſtanti dē nihilo creauit, nempe cælum & terrā & omnia quæ cæli & terræ ambitu cō-tinentur. *Nam qui viuit in æternum creauit omnia ſimul*, inquit, ſapiens. Quidni etiam corpus ſuum debite compleuerit, & omnibus ſuis partibus complètè inſtruxerit; in inſtanti? cum Adæ corpus & primæ mulieris Euæ, illud ex terra; hoc ex Adami coſta in inſtanti credatur efformaſse.

Nec enim credibile eſt nunc hanc, nunc illam effinxiſſe partem, & tanquā ineruditus aut inualidus opifex modo huc, modo illuc animū applicuiſſe, ac vnum rarefeciſſe membrum; aliud cō-denſaſſe, vt ſuo operi fieret aptiùs.

Quod ſi quis contendat totum hunc mundum per temporis interualla fuiſ-ſe conſtructum, (hoc nunc non diſ-puto; Cum mihi ſufficiat; quod cælū ſaltem & terram Deus in primo in-ſtanti fecerit,) quæ longe ſunt maiora magiſque diſſita, quàm partes corpuſ-culi intra vterum maternum concluſi: Sed & ſi hoc non ſatisfaceret; ſuffi-cit ſaltem quod non debuit corpus

Chriſtum nec decuit in tempore ſucceſsiuè produci, ſequeretur enim Beatam Virginem prius concepiſſe ex ſuo ſanguine aliud ſuppoſitum quàm Deū: & corpus quod eſſe debebat Chriſti, prius fuiſſe corruptioni obnoxium, per varias diuerſarum formarum mutationes, quàm aſſumptū. Si enim ſanguis ille prius fuiſſet condenſatus, & paulatim in corp' Chriſti efformatus, prius fuiſſet ſub alia forma, quàm ſub forma corporis Chriſti: per medias enim mutationes debuiſſet rarefieri & condenſari, in variaſque formas prius effingi, quàm in propriam ſpeciem corporis Chriſti eſſet redactum; Et prius vna pars fuiſſet efformata quàm aſſumpta: Priuſque alia vita vixiſſet, quàm vita Chriſti, aliudque ſuppoſitum habuiſſet, quàm ſuppoſitum verbi.

Nec enim in tempore illo intermedio fuiſſet illud corpus in ſuppoſito virginis, nec adhuc in ſuppoſito verbi, & conſequenter proprium habuiſſet ſuppoſitum. Vel igitur fuiſset homo, vel animal, vel aliquid inſenſibile. Ho-

mo non niſi fuiſſet completè perfect⁹?
Si enim Chriſtus vnam partem poſt aliam aſſumpſiſſet, priùs fuiſſet imperfectus homo, quàm perfectus: Immo priùs non homo, quàm homo. Animal etiam eſſe non potuit, cum nullum tale inueniatur animal. Nec deniq; aliud ſuppoſitum, quia aliud corpus Chriſtus non aſſumpſit, niſi humanum: & ideo aſſumpſit corpus perfectè diſpoſitum, quia corpus nuſquam eſt humanum, quouſq; ſit omnibus ſuis organis debite inſtructum.

Immo non ſolum hoc Corpus fuit omnibus ſuis partib⁹ in primo inſtanti conceptionis abſolutum. Sed vt diximus animatum & omnibus animæ functionibus atq; potentijs inſtructũ, immo ſapientia & ſciẽtia & gratia & gloria anima eius ſtatim donata; Ita ut æque perfectus fuerit vir, Filius à Virgine conceptus in illo primo conceptionis inſtanti, ſicuti fuit in vltima vitę ſuæ periodo. Quapropter merito dicebat Hieremias, quod *Nouum creabit Domin⁹ ſuperã terrã mulier circũdabit virum*: O Nouum! ô mirum! ô ſtupendũ miracu-

miraculum, mulier circũdabit virum, immo puel a antiquum dierum, creatura creatorem, filia Patrem. Stella ſolem, Virgo filium, *Ecce Virgo concipiet & pariet filium.*

Nouem miracula in conceptione Chriſti sũt edita. Tria ex parte corporis, tria ex parte animæ, & tria ex parte totius coniuncti. Ex parte corporis. Primũ fuit miraculum, quod abſq; vllo ſemine virili, per ſolam virtutem diuinam, ex puriſsimo Virginis ſanguine formatum eſt. Secundum miraculum fuit, quod illud corpus in inſtãti fuit efformatum, & nõ per ſucceſſus temporum, aut viciſsitudines multarum mutationum ſibi inuicem paulatim ſuccedentium, vt fit in generatione aliorum hominum.

Nouem miracula in conceptione Chriſti.

Tria ex parte corporis.

Tertium miraculum fuit quod eodẽ inſtanti quo illud corpus fuit efformatum, fuit etiam verbo diuino hypoſtaticè vnitum, numquam in poſterum ab eo diuellendum.

Ex parte verò animæ, tria etiam ſunt ſubſequuta, Primum quidem, quod anima à primo inſtanti ſuæ creationis

Tria ex parte animæ.

& infuſionis in corpus, habuit perfectum non ſolum rationis vſum, perfectamq; vim intelligendi, ſed etiam omnem ſcientiæ & ſapientiæ plenitudinem; in ea enim ſtatim diffuſi ſunt & infuſi omnes theſauri ſcientiæ & ſapiẽtiæ Dei.

Secundum autem miraculum fuit quod à primo inſtanti ſuæ creationis donata eſt à Deo & ornata omni decore gratiæ.

Tertium miraculum fuit, quod non ſolum gratia, ſed etiam gloria decoranit eam Dominus, *vidimus quippe gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre*, cum namq; ipſi diuino verbo anima Chriſti eſſet magis intimè vnita, quam vlla alia vllius alterius ſancti anima eſſe poſſit, nempe hypoſtaticè, vbi aliæ Sanctorum animæ ſunt ſolum vnitæ per gratiam, vel gloriam, magis intimè Deum videbat quam vlla alia, & quod miraculum adauget, eſt, quod licet portio ſuperior illius animæ beatificis frueretur gaudiis; portio tamen inferior quæ deuergit in ſenſus, paſſioni triſtitiæ & dolori erat ſubiecta: nec glo-

ria fœlicitas & gaudium illius præpediebat triſtitiam & dolorem huius: nec rurſus dolor triſtitia & paſsio huius inferioris partis, gaudium fœlicitatem & gloriam illius ſuperioris partis præpediebat aut interturbabat.

Ex parte deniq; totius coniuncti tria miracula ſunt ſubſequuta, Primum quidem quod ſuppoſitum vnius naturæ incommunicabile ſecundum Philoſophos alteri naturæ, alteri tamen naturæ eſt communicatum: ſuppoſitum enim naturæ diuinæ præexiſtentis ab æterno, communicatum eſt naturæ humanæ in tempore. *Tria miracula ex parte coniuncti.*

Secundũ miraculũ fuit quod natura humana in Chriſto nõ ad proprium & ſolitum, ſed ad alienum terminata eſt ſuppoſitum, nec habuit perſonalem ſubſiſtentiam intrinſecam & naturaliter ſibi conuenientem: ſed longe excellentiorem ſubſiſtentiam & perſonam, nempe pro humana diuinam, & commune cum Deo ſuppoſitum.

Tertium deniq; miraculũ quod perſona Chriſti ſimul fuit Deus & homo: De⁹ ab æterno genitus de ſolo patre, & homo in tempore natus de ſola matre *& homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam altiſſimus*, Immo non ſolum illa fuit mater hominis, ſed etiam Dei, cũ vna ſolum eſſet perſona Dei & hominis.

Sex rurſus miracula in conceptione Chri-

Quin & multa alia poſſent adhuc recenſeri; miracula ex parte generantis ſeu genitricis. Primo quidem quod concepit in vtero, & nihil materiæ ad concipiendum neceſſariæ recepit ab extra, quia ipſa ſola materialiter concurrit ad hanc conceptionem, ex eius ſiquidẽ ſolius ſanguine Corpus Chriſti fuit concretum. vnde ait D. Ignatius epiſt. ad Heronem. *Adæ Corpus ex quattuor elementis confectum eſt. Euæ corpus ex ipſius Adæ latere, & inſolitus admirandusq; partus ille Domini ex ſola Virgine.*

Secundo, quia quamuis corpus illud in inſtanti fuerit omnibus membris & organis debite inſtructum virtute Spiritus ſancti, in inſtanti prout lubet & quãdo lubet operantis. Ipſa tamen nõ deſtitit omnia illa preſtare, quæ ſolent

cęterę matres ad generationẽ exhibere
Tertio libidinis motus & pruritus, ſucceſsionemque intermediarum tranſmutationum ad fœtum animandum præcurrentium non nouit. Poſt diſceſſum quippe Angeli, ſtatim profecta eſt in mõtana vt ſalutaret Eliſabeth, vt audiuit autẽ ſalutationem Mariæ Eliſabeth, *Repleta eſt Spiritu ſancto, & exclamauit dicens, vnde hoc mihi vt veniat Mater Domini mei ad me*, Non poterat autem, eſſe adhuc mater Domini, ſi per ſuccedaneas & intermedias tranſmutationes cæterarum mulierum more, naturaliter fœtus fuiſſet in vtero eius efformatus, debitiſque organis & membris ſucceſsiuè inſtructus & animatus, quia cæterę mulieres via naturali ante quadrageſimum diem ad minus non poſſunt vere dici matres, quia fœtus earum non poteſt naturaliter breuiori ſpatio eſſe perfectè formatus & animatus. Vnde magnum fuit miraculum quod abſque vlla temporis intercapedine fructum ventris conceperit in vtero perfectiſsimum, & quod ſtatim mater Dñi

effecta ſit, vereq; mater potuerit dici.

4. Magnum etiã fuit miraculum quod Mater effecta ſit, & tamen virginitatis florem illibatum conſeruarit, quod nulli alteri matri eſt conceſſum. Vnde exclamat Origen. Hom. 1. in diuerſos. *O ineffabile magnumq; Sacramentum ipſa eademque Virgo, ipſa & mater Domini.* Et Greg. Niſſ. de Sancta Chriſti Nat. *Si diligẽtius volueris intueri, intelliges in omni arborum genere in ortu fructus florem decidere, & perire: in omnibus quoque, aut ferè cunctis animantibus, fructus filiorum florem Virginitatis abſcindere. Non ſic autẽ non ſic in natiuitate vitis noſtræ. Beatiſſima enĩ Mater illius fructum protulit benedictũ, non amiſſo Virginitatis flore, immo magis per partum mirabilem & mundiſſimũ eſt decorata, vbi lex vbi iura naturæ abſciſſa ſunt.*

Quinto quod facta ſit ſine grauedine grauida, quia ſicut abſq; libidinis fomite & delectatione cõceperat, ſic abſq; omni grauedinis nauſea, & faſtidio cæteris mulieribus ſolito filium Dei in vtero geſtauit, *Exurgens* quippe ſtatim poſt annuntiationem, *Maria, abÿt in montana cum feſtinatione*, Quod facere non potuiſſet, ſi cæterarum mu-

lierum inſtar, nauſeabunda aut grauata ventris pondere fuiſſet.

Sexto facta eſt mater illius, qui ante eam ab æterno erat genitus, & eum produxit à quo fuerat producta: *Et qui creauit me* inquit *requieuit in tabernaculo meo.* Septimo filius in vtero conceptus, fuit ſimul viator & cōprehēſor, in via & in patria; beatus & miſer, dominus & ſeruus, quia *ſimul in vnum diues & pauper.* Audiſtis igitur quàm admirabilis fuerit conceptio Chriſti in vtero Virginis, tam ratione concipiētis, quàm ratione concepti, & quomodo Virgo cōcepit, & Virgo immaculata remanſit. Nos autem quomodo concipimus? *Vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus. Concupiſcentia vero cum conceperit, parit peccatum. Peccatum verò cum conſummatum fuerit generat mortem*, inquit D. Iacobus cap. I. v. 15. Ecce quales ſunt conceptiones noſtræ, tentamur prius à concupiſcentijs noſtris, per formas illices, ſicuti puellæ tentari ſolent a procis & procacibus iuuenibus per lenocinia voluptatis. Scit enim procax dæmon

qua quiſque concupiſcentia potiſſimũ lancinetur, & qua propendeat affect' & appetit' inclinatione. Si enim te viderit procliuẽ eſſe ad iram, iræ tibi incitamẽta proponet, iniurias tibi antiquitus illatas ſuggeret, rixas renouabit, odia ſopita, in memoriam reuocabit, concupiſcentiam vindictæ fouebit, donec erumpat in peccatum. Si te viderit gulę deditum offas offeret, vina propinabit, comeſſationes & ingurgitationes ſuadebit, condimenta, ſapores, iuſcula, ſalſamenta, eſculenta, omnia lenocinia & irritamenta gulæ proponet; donec concupiſcentia peccatum ingluuiei aut ingurgitationis & ebrietatis conceperis. Si te poſt ventrem Veneri viderit eſſe addictum, formoſas ante oculos mentis referet mulieres, ſpectra voluptatis in animam inducet, ſpecies illices & omnia præteritæ luxuriei oblectamenta, donec te in peccatum impellat. Si te Auaritiei propenſum agnoſcet, ſtatim tibi lucra, facultates, diuitias & præmia, ſiue per fas ſiue per nefas conquirenda ſuadebit, ſolos

diuites eſſe fælices, & beatos commemorabit, ſolos in honore, ſolos ab hominibus reuereri, ſolos in delicijs qui in diuitijs, & tandiu te diuitiarum appetitu & pruritu ſolicitabit, donec mens tua conceperit & pepererit peccatum vſuræ, fraudis, aut iniuſtitiæ. Si te viderit honoribus aut dignitatibus oblectari, vel beneficijs aut officijs delectari, aut ambitione titillari, modos artes, ſtudia, quantumuis iniqua, quibus officia & beneficia immo pene dixerim veneficia vænari poſſis, proponet, tentabitque omnibus modis & artibus te in peccatum Simoniæ, aut ſacrilegij, aut vſurpationis & inuaſionis intrudere; dummodo prior aut ſuperior exiſtas, nulluſq; ſit qui os aperire audeat, aut obgannire quocũque id fiat modo, etiã malis artibus nihil referre ſuadebit; & poſtea, *Concupiſcentia cum conceperit parit peccatum: peccatum verò cum conſummatum fuerit generat mortem*, Et non quamcunq; mortem: ſed mortem æternam, mortẽ inquam, ſemper viuam, & perpetuis ſupplicijs & tormentis animum

cruciantem, *Ecce parturijt iniuſtitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem, lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit. cõuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet*, inquit regius vates Pſal. 7. O miſeri & infelices peccatores pendite & perpendite in quas vos deijcitis foueas, in quos horrores & ærumnas, in quæ ſupplicia & tormenta præcipites curritis. Quibus doloribus & cruciatibus mancipatis, Quo ſupplicio, qua morte pænas conceptæ concupiſcentiæ luetis, *Congregatio enim hypocritæ ſterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem & vterus eius præparat dolos*, inquit Eliphas Themanites Iob 15. *Dolorẽ quippe concipit cũ peruerſa cogitat. Iniquitatem parit, cum explere cæperit quod cogitauit*, inquit D. Greg. ibid. & vter⁹ eius preparat dolos, quia tanto ſemper maiorẽ malitiã cõtra proximos molitur, quãto ſuadenti diabolo magis conſenſerit & ideo congregatio illius erit ſterilis, & ignis æternus deuorabit tabernacu-

la eorum, ideſt, *corpora in quibus illorum animæ habitarunt* inquit idẽ Greg. ibid. *quia qui hoc in mundo ardent igne auaritiæ, illic etiam in carne concremantur.*

Cõceperũt laborẽ,& pepererunt iniquitatẽ: oua aſpidum ruperunt,& telas araneæ texuerunt, qui comederit de ouis eorum morietur, & quod confotum eſt, erumpet in regulum. Telæ eorum non erunt in veſtimentum, neque operientur operibus ſuis. Opera eorum opera inutilia,& opus iniquitatis in manibus eorum, Pedes eorum ad malum currunt & feſtinant vt effundant ſanguinem innocentẽ. Cogitationes eorũ cogitationes inutiles, Vaſtitas & contritio in vijs eorũ, inquit Iſaias cap. 59. Et verè concipiunt laborem quicũq; cogitãt mala perpetrare. *Talia* quippe *dixerunt in inferno hi qui peccauerũt*, vt refertur Sapientiæ 5. *Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles*. Plus enim laboris & difficultatis millies inuenitur in prauis conceptibus & cogitationibus ad effectum perducendis, quàm in bonis operibus peragendis. Plus enim laborat fur aut homicida, aut adulter & mæchus ad deſideria cordis explenda,

quã caſtus,iuſtus, & innocens ad bene agendum. Et tamen mali oua aſpidum diſrumpunt , & quod confotum eſt erumpit in regulum, *Et qui comederit* de ouis eorum morietur, vel vt vertunt ſeptuaginta, *qui de ouis eorum comedere voluerit, frangens reperiet regulũ.* Ideſt non ſolum ipſi, ſed etiam filij cognati & affines aut complices de ouis ſeu de partis eorum comedere volentes, ſicut qui ouũ iam fotũ ruperint, in quo animal eſt conceptum, frãgentes ouum corruptione plenum inuenient, & in ipſo regulum, ideſt ſerpentem antiquũ, qui eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ: & telæ eorũ, ideſt opera praua quę texuerunt, non erunt in veſtimentum, quia male parta male dilabuntur, nec operientur operibus ſuis in die furoris Domini: ſed vaſtitas & contritio in vijs eorum.

Cauete igitur fratres cauete a tali cõceptu, ſed potius timorem Dñi cõcipite, & parturietis ſpiritum ſalutis. *A timore* enĩ *tuo Domine cõcepimus, & quaſi parturiuimus ſpiritum ſalutis*, Quod faxit omnipotẽs Deus Pater & filius & S. S.

ET PARIES FILIVM.

SERMO DVODECIMVS.

TRanſibat Eliſeus per Sunam. Erat autem ibi mulier magna, quæ tenuit eũ, vt comederet panem, cumque frequenter inde tranſiret diuertebat ad eam, vt comederet panem. Omnia autem in figuris contingebant illis, inquit Apoſtolus.

Quid igitur hæc figura innuit? Attendite, & intelligetis. Eliſeus interpretatur *Dei ſalus*, vel *Deus ſalutis*, & ideo ſignificat filium Dei qui eſt Dei ſalus & Deus ſalutis: eſt enim ſaluator mundi, vnde Ieſus & Iſeus in idem recidunt, & eædem ſunt litteræ in vno ſicut & in alio. El autẽ eſt nomen *Dei*,

Digitized by Google

& infuſionis in corpus, habuit perfe-ctum non ſolum rationis vſum, perfe-ctamq; vim intelligendi, ſed etiam omnem ſcientiæ & ſapientiæ plenitudinem; in ea enim ſtatim diffuſi ſunt & infuſi omnes theſauri ſcientiæ & ſapiẽtiæ Dei.

Secundum autem miraculum fuit quod à primo inſtanti ſuæ creationis donata eſt à Deo & ornata omni decore gratiæ.

Tertium miraculum fuit, quod non ſolum gratia, ſed etiam gloria decoranit eam Dominus, *vidimus quippe gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre*, cum namq; ipſi diuino verbo anima Chriſti eſſet magis intimè vnita, quam vlla alia vllius alterius ſancti anima eſſe poſſit, nempe hypoſtaticè, vbi aliæ Sanctorum animæ ſunt ſolum vnitæ per gratiam, vel gloriam, magis intimè Deum videbat quam vlla alia, & quod miraculum adauget, eſt, quod licet portio ſuperior illius animæ beatificis frueretur gaudiis; portio tamen inferior quæ deuergit in ſenſus, paſſioni triſtitiæ & dolori erat ſubiecta: nec glo-

ria fœlicitas & gaudium illius præpediebat triſtitiam & dolorem huius: nec rurſus dolor triſtitia & paſsio huius inferioris partis, gaudium fœlicitatem & gloriam illius ſuperioris partis præpediebat aut interturbabat.

Ex parte deniq; totius coniuncti tria miracula ſunt ſubſequuta, Primum quidem quod ſuppoſitum vnius naturæ incommunicabile ſecundum Philoſophos alteri naturæ, alteri tamen naturæ eſt communicatum: ſuppoſitum enim naturæ diuinæ præexiſtentis ab æterno, communicatum eſt naturæ humanæ in tempore. *Tria miracula ex parte coniuncti.*

Secundũ miraculũ fuit quod natura humana in Chriſto nõ ad proprium & ſolitum, ſed ad alienum terminata eſt ſuppoſitum, nec habuit perſonalem ſubſiſtentiam intrinſecam & naturaliter ſibi conuenientem: ſed longe excellentiorem ſubſiſtentiam & perſonam, nempe pro humana diuinam, & commune cum Deo ſuppoſitum.

Tertium deniq; miraculũ quod perſona Chriſti ſimul fuit Deus & homo: De' ab æterno genitus de ſolo patre, & homo in tempore natus de ſola matre *& homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam altiſſimus*, Immo non ſolum illa fuit mater hominis, ſed etiam Dei, cũ vna ſolum eſſet perſona Dei & hominis.

Sex rurſus miracula in conceptione Chri-

Quin & multa alia poſſent adhuc recenſeri; miracula ex parte generantis ſeu genitricis. Primo quidem quod concepit in vtero, & nihil materiæ ad concipiendum neceſſariæ recepit ab extra, quia ipſa ſola materialiter concurrit ad hanc conceptionem, ex eius ſiquidẽ ſolius ſanguine Corpus Chriſti fuit concretum. vnde ait D. Ignatius epiſt. ad Heronem. *Adæ Corpus ex quattuor elementis confectum eſt. Euæ corpus ex ipſius Adæ latere, & inſolitus admirandusq; partus ille Domini ex ſola Virgine.*

Secundo, quia quamuis corpus illud in inſtanti fuerit omnibus membris & organis debite inſtructum virtute Spiritus ſancti, in inſtanti prout lubet & quãdo lubet operantis. Ipſa tamen nõ deſtitit omnia illa preſtare, quæ ſolent

cętere matres ad generationē exhibere
Tertio libidinis motus & pruritus, ſucceſsionemque intermediarum tranſmutationum ad fœtum animandum præcurrentium non nouit. Poſt diſceſſum quippe Angeli, ſtatim profecta eſt in mōtana vt ſalutaret Eliſabeth, vt audiuit autē ſalutationem Mariæ Eliſabeth, *Repleta eſt Spiritu ſancto, & exclamauit dicens, vnde hoc mihi vt veniat Mater Domini mei ad me*, Non poterat autem, eſſe adhuc mater Domini, ſi per ſuccedaneas & intermedias tranſmutationes cæterarum mulierum more, naturaliter fœtus fuiſſet in vtero eius efformatus, debitiſque organis & membris ſucceſsiuè inſtructus & animatus, quia cæterę mulieres via naturali ante quadrageſimum diem ad minus non poſſunt vere dici matres, quia fœtus earum non poteſt naturaliter breuiori ſpatio eſſe perfectè formatus & animatus. Vnde magnum fuit miraculum quod abſque vlla temporis intercapedine fructum ventris conceperit in vtero perfectiſsimum, & quod ſtatim mater Dn̄i

effecta ſit, vereq; mater potuerit dici.

4. Magnum etiā fuit miraculum quod Mater effecta ſit, & tamen virginitatis florem illibatum conſeruarit, quod nulli alteri matri eſt conceſſum. Vnde exclamat Origen. Hom. 1. in diuerſos. *O ineffabile magnumq; Sacramentum ipſa eademque Virgo, ipſa & mater Domini.* Et Greg. Niſſ. de Sancta Chriſti Nat. *Si diligētius volueris intueri, intelliges in omni arborum genere in ortu fructus florem decidere, & perire: in omnibus quoque, aut ferè cunctis animantibus, fructus filiorum florem Virginitatis abſcindere. Non ſic autē non ſic in natiuitate vitis noſtræ. Beatiſſima enī Mater illius fructum protulit benedictū, non amiſſo Virginitatis flore, immo magis per partum mirabilem & mundiſſimū eſt decorata, vbi lex vbi iura naturæ abſciſſa ſunt.*

Quinto quod facta ſit ſine grauedine grauida, quia ſicut abſq; libidinis fomite & delectatione cōceperat, ſic abſq; omni grauedinis nauſea, & faſtidio cæteris mulieribus ſolito filium Dei in vtero geſtauit, *Exurgens* quippe ſtatim poſt annuntiationem, *Maria, abyt in montana cum feſtinatione*, Quod facere non potuiſſet, ſi cæterarum mu-

lierum inſtar, nauſeabunda aut grauata ventris pondere fuiſſet.

Sexto facta eſt mater illius, qui ante eam ab æterno erat genitus, & eum produxit à quo fuerat producta: *Et qui creauit me* inquit *requieuit in tabernaculo meo*. Septimo filius in vtero conceptus, fuit ſimul viator&cōprehēſor, in via & in patria; beatus & miſer, dominus & ſeruus, quia *ſimul in vnum diues & pauper*. Audiſtis igitur quàm admirabilis fuerit conceptio Chriſti in vtero Virginis, tam ratione concipiētis, quàm ratione concepti, & quomodo Virgo cōcepit, & Virgo immaculata remanſit. Nos autem quomodo concipimus? *Vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus. Concupiſcentia vero cum conceperit, parit peccatum. Peccatum verò cum conſummatum fuerit generat mortem*, inquit D. Iacobus cap. I. v. 15. Ecce quales ſunt conceptiones noſtræ, tentamur prius à concupiſcentijs noſtris, per formas illices, ſicuti puellæ tentari ſolent a procis & procacibus iuuenibus per lenocinia voluptatis. Scit enim procax dæmon

Digitized by Google

qua quiſque concupiſcentia potiſſimũ lancinetur, & qua propendeat affect' & appetit' inclinatione. Si enim te viderit procliuẽ eſſe ad iram, iræ tibi incitamẽta proponet, iniurias tibi antiquitus illatas ſuggeret, rixas renouabit, odia ſopita, in memoriam reuocabit, concupiſcentiam vindictæ fouebit, donec erumpat in peccatum. Si te viderit gulę deditum offas offeret, vina propinabit, comeſſationes & ingurgitationes ſuadebit, condimenta, ſapores, iuſcula, ſalſamenta, eſculenta, omnia lenocinia & irritamenta gulæ proponet; donec concupiſcentia peccatum ingluuiei aut ingurgitationis & ebrietatis conceperis. Si te poſt ventrem Veneri viderit eſſe addictum, formoſas ante oculos mentis referet mulieres, ſpectra voluptatis in animam inducet, ſpecies illices & omnia præteritæ luxuriei oblectamenta, donec te in peccatum impellat. Si te Auaritiei propenſum agnoſcet, ſtatim tibi lucra, facultates, diuitias & præmia, ſiue per fas ſiue per nefas conquirenda ſuadebit, ſolos

diuites eſſe fælices, & beatos commemorabit, ſolos in honore, ſolos ab hominibus reuereri, ſolos in delicijs qui in diuitijs, & tandiu te diuitiarum appetitu & pruritu ſolicitabit, donec mens tua conceperit & pepererit peccatum vſuræ, fraudis, aut iniuſtitiæ. Si te viderit honoribus aut dignitatibus oblectari, vel beneficijs aut officijs delectari, aut ambitione titillari, modos artes, ſtudia, quantumuis iniqua, quibus officia & beneficia immo pene dixerim veneficia vænari poſſis, proponet, tentabitque omnibus modis & artibus te in peccatum Simoniæ, aut ſacrilegij, aut vſurpationis & inuaſionis intrudere; dummodo prior aut ſuperior exiſtas, nulluſq; ſit qui os aperire audeat, aut obgannire quocũque id fiat modo, etiã malis artibus nihil referre ſuadebit; & poſtea, *Concupiſcentia cum conceperit parit peccatum: peccatum verò cum conſummatum fuerit generat mortem*, Et non quamcunq; mortem: ſed mortem æternam, mortẽ inquam, ſemper viuam, & perpetuis ſupplicijs & tormentis animum

cruciantem, *Ecce parturijt iniuſtitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem, lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit. conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet*, inquit regius vates Pſal. 7. O miſeri & infelices peccatores pendite & perpendite in quas vos deijcitis foueas, in quos horrores & ærumnas, in quæ ſupplicia & tormenta præcipites curritis. Quibus doloribus & cruciatibus mancipatis, Quo ſupplicio, qua morte pænas conceptæ concupiſcentiæ luetis, *Congregatio enim hypocritæ ſterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem & vterus eius præparat dolos*, inquit Eliphas Themanites Iob 15. *Dolorē quippe concipit cū peruerſa cogitat. Iniquitatem parit, cum explere cæperit quod cogitauit*, inquit D. Greg. ibid. & vter⁹ eius preparat dolos, quia tanto ſemper maiorē malitiā cōtra proximos molitur, quāto ſuadenti diabolo magis conſenſerit & ideo congregatio illius erit ſterilis, & ignis æternus deuorabit tabernacu-

la eorum, ideſt, *corpora in quibus illorum animæ habitarunt* inquit idē Greg. ibid. *quia qui hoc in mundo ardent igne auaritiæ, illic etiam in carne concremantur.*

Cōceperūt laborē, & pepererunt iniquitatē: oua aſpidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt, qui comederit de ouis eorum morietur, & quod confotum eſt, erumpet in regulum. Telæ eorum non erunt in veſtimentum, neque operientur operibus ſuis. Opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum, Pedes eorum ad malum currunt & feſtinant vt effundant ſanguinem innocentē. Cogitationes eorū cogitationes inutiles, Vaſtitas & contritio in vijs eorū, inquit Iſaias cap. 59. Et verè concipiunt laborem quicūq; cogitāt mala perpetrare. *Talia* quippe *dixerunt in inferno hi qui peccauerūt*, vt refertur Sapientiæ 5. *Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles.* Plus enim laboris & difficultatis millies inuenitur in prauis conceptibus & cogitationibus ad effectum perducendis, quàm in bonis operibus peragendis. Plus enim laborat fur aut homicida, aut adulter & mæchus ad deſideria cordis explenda,

Digitized by Google

ET PARIES FILIVM.

SERMO DVODECIMVS.

T*Ranſibat Eliſeus per Sunam. Erat autem ibi mulier magna, quæ tenuit eũ, vt comederet panem, cumque frequenter inde tranſiret diuertebat ad eam, vt comederet panem.* Omnia autem in figuris contingebant illis, inquit Apoſtolus.

Quid igitur hæc figura innuit? Attendite, & intelligetis. Eliſeus interpretatur *Dei ſalus*, vel *Deus ſalutis*, & ideo ſignificat filium Dei qui eſt Dei ſalus & Deus ſalutis: eſt enim ſaluator mundi, vnde Ieſus & Iſeus in idem recidunt, & eædem ſunt litteræ in vno ſicut & in alio. El autẽ eſt nomen *Dei*,

Digitized by Google

dio populi mei, habito. Et ait, quid ergo vult vt faciam ei? dixitq; Giezi ne quæras, filium enim non habet, & vir eius ſenex eſt. Dixitq; ad eam. In tempore iſto, & in hac eadem hora ſi vita comes fuerit, habebis in vtero filium.

Et concepit mulier & peperit filium in tempore, & in hora eadem, qua dixerat Eliſeus, Diximus hãc mulierem typum eſſe Beatiſſimæ Virginis. Illa enim hoſpitio excepit Eliſeũ, qui interpretatur *Deus ſalutis*, aut *Deus ſaluans*; hæc vero Dominum ſaluatorem. Heliſeus requieuit in cubiculo illius, & Dominus Saluator requieuit in tabernaculo huius. Et ſicut Eliſeus miſit Giezi puerum ſuum ad illam, ſic nunc Dominus ſaluator mittit Angelum ſuũ Gabrielem ad hanc Virginem. Dixit ad illam Eliſeus per ſeruum ſuum, *Ecce ſedulo in omnibus miniſtraſti nobis*: Idemque poterat dici Beatiſſ. Virgini.

Miniſtrauit illa ſedulo Eliſeo, miniſtrauit & iſta ſedulo Domino ſaluatori: pręparauit illa cubiculum Heliſeo; præparauit & iſta vero Eliſeo id eſt Ieſu ſaluatori cubiculum. Poſuit

illa in cubiculo menſam, ſellam & candelabrum: Poſuit & hæc in cubiculo pectoris ſui vero Eliſeo menſam, ſellam, & candelabrum. Cubiculum paruum fuit vterus Virgineus Menſa, vbera lacte contorquentia; ſella mens, candelabrū fides virtus & gratia, quibus præ cæteris omnibus fulgebat: filium non habebat illa: filiū non habebat iſta. Dixit ad illam Eliſæus, *In tempore iſto, & in hac eadem hora, ſi vita comes fuerit habebis in vtero filium*: Et ad iſtam ait Dominus per Angelum ſuum. *Ecce concipies in vtero, & paries filium*: Manſit apud illam Eliſeus: manſit apud hanc Ieſus, ideſt Dei ſalus, nec ſicut in alijs pertranſiit, quia ſæpe apud alios eſt ad inſtar hoſpitis vnius diei pertranſeuntis, ſtatim namq; peccatis ſuis a domo ſua illū expellunt: ſed apud B. V. nouē menſium ſpatio manſit, immo carnem ex ea ſumpſit, atque vt completa eſſet vndequaque ſimilitudo, ſicut Eliſeus mulieri Sunamitidi, quę prius erat ſterilis, filium a Deo impetrauit, quem etiam poſtea mortuum ad vitam reuocauit: ſic etiam noſter Eliſeus ideſt

Ieſus

Ieſus Dei ſalus Virgini (quæ naturaliter nunquam poteſt parere, & ideo ſterili meritò poteſt comparari) nō ſolum filium à Deo patre impetrauit: ſed cum eſſet æquè Deus ſicuti & pater, ſeipſum ei in filium dedit, quem etiam poſtea à Iudeis & gentibus occiſum, reſuſcitauit.

De hac ergo matre & de eius filio pauca dicamus, & oſtendamus quomodo illa Virgo peperit; Et quomodo iſte per portam clauſam exiuit, & matris honorem non minuit ſed ſacrauit. *Ordo dicendorum & diſpoſitio.*

Et vt à matre exordiamur. Adhuc coluber perfidiæ venenatum hæreſeos caput contorquet, & bifida ſibillans lingua, virus inſpergere in immaculatum Virginitatis decus nittitur per tumentia Hæreticorum ora. Quamuis enim multi non audeant diffiteri Mariam Dei genitricem illæſa Virginitate cōcepiſſe, eò quòd dicatur Angelus Gabriel à Deo Miſſus, *Ad Virginem deſponſatam viro, quæ antequā conuenirent inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto.* Multi tamen conantur illi Virginitatis lilium in partu præripere, & *Hæreticorum opinio.*

cādorem puerperæ fuligine denigrare. Cherintho enim impoſſibile viſum eſt, vt Ieſus ex Virgine naſceretur, teſte Ireneo lib. 1. cap. 25. Iouinianus pariter dicebat eam pariendo fuiſſe corruptam, teſte Auguſtino hæreſi 28. Lollardi ſimiliter, vt videre eſt apud Trithemium in Chronico Hirſangiēſi anno 1315. Petrus quoq; Martyr non Chriſti ſed diaboli ad cap. 4. Epiſt. ad Romanos Deiparæ vterum poſt partum non manſiſſe clauſum contendit. Idē ſentiunt Adamus Reiſnerus libro Germanico de Ieruſalem. Molinæus tertia parte Euangelicæ vnionis. Bucerus ad caput 2. Lucæ.

Sed aduerſus hos omnes perfidiæ & heretica impietatis colubros.

Probatio prima. *Loquatur Eſaias ſpei noſtræ fideique miſterium Ecce Virgo in vtero cōcipiet & pariet filiū, & vocabitur nomē ei⁹ Emmanuel. Scio Iudæos opponere ſolere in Hebræo verbum Halma, non Virginem ſonare, ſed adoleſcentulam: & reuera Virgo proprie Bethula appellatur, adoleſcentula autem vel puella, non halma dicitur ſed Naara. Quid eſt igitur, quod ſignificat halma? Abſcondi-*

Digitized by Google

tam Virginem, ideſt non ſolum Virginem ſed cum ἐπιτάσει Virginem, quia non omnis virgo abſcondita eſt, nec ab hominum fortuito ſeparata conſpectu. Denique Rebecca in Geneſi, ob nimiam caſtitatem, & eccleſiæ typum, quem in ſua Virginitate ſignabat, halma ſcribitur non Bethula, ſicut manifeſtum eſſe poterit ex ſermonibus pueri Abraham, quos loquitur in Meſopotamia, & dicit: Domine Deus Domini mei Abraham, ſi tu dirigis viam meam, per quam ego ingredior, ecce dũ ſtetero ſuper fontẽ aquæ, Virgo quæ egredietur, vt hauriat aquam, & dixero ad eam: Da mihi paululum aquæ, vt bibam de hydria tua, & reſponderit, tu bibe, & camelis tuis hauriam, hæc erit vxor quam præparauit Dominus filio Domini mei. In eo enim loco in quo ait, Virgo quæ egredietur vt hauriat aquam, in Hebraico ſcriptum eſt halma, ideſt Virgo ſecreta, & nimia parentum diligentia cuſtodita, inquit D. Hieron. lib. 1. aduerſus Iouinianum.

Et ante Hieronymum Baſil. magnus hom. de humana Chriſti generatione. *Cauendum omnino ne in perſidiam infidelitatemque eorum incidas qui affirmant non Virginem ſed puellam à Propheta vocari*

Ecce *enim inquiunt* puella concipiet, *Primum quidem abſurdiſsimum eſt omnium, & ineptiſsimum à Domino id dari ſignum tanti myſterij, quod naturæ commune ſit omni*, Quid ait Propheta? *Et adiecit Dominus loqui ad Achaz dicens pete tibi ſignum à Domino Deo tuo ſiue in profundum inferni, ſiue in excelſum ſupra. Et dixit. Non petam & non tentabo Dominum.* Deinde paulo, poſt ait, *Propter hoc dabit Deus ipſe vobis ſignum. Ecce Virgo concipiet & pariet filium.* Quod nam autem eſſet ſignum ſi puella pareret? Nonne frequenter abſque vllo miraculo pariunt? *Signum non igitur vulgare neq; cōmune, ſed extraordinarium & prodigioſum ac valde communem excedens naturam, Virgo videlicet & mater & in virginitate sācta perſeuerans, gloriā nihilominꝰ ac benedictionē pariendi ſortita* ait D. Baſil. ibidē.

Quando ergo dicitur. *Ecce halma concipiet & pariet filium*, Neceſſario debet intelligi, ecce Virgo abſcondita viro pariet, quicquid dicant Iudæi & Hæretici. Alioquin ſenſus ſcripturæ euerteretur. Vnde Sāctus Athanaſi. de Incarna. verbi hunc locū exponens ait

τὶς γὰρ πώποτε τῶν ἐκ ταῖς θείαις γραφαῖς ἱστορηθέντων δικαίων, καὶ ἁγίων προφητῶν καὶ πατριαρχῶν ἐκ παρθένου μόνης ἔσχε τὴν τοῦ σώματος γένεσιν, ἢ τις γυνὴ χωρὶς ἀνδρὸς, αὐτάρκης γέγονε πρὸς σύστασιν ἀνθρώπων.

Quis (quæſo) omnium, quorum mentio ſit in ſacris hiſtorijs iuſtorum & ſanctorum, tum Patriarcharum tum Prophetarum, ex ſola Virgine ortum ſui corporis habuit? aut quæ mulier ſine viro vnquam ſufficit ad hominis procreationem? nonne Abel ex Adam genitus eſt? Enoch ex Iared? Noe ex Lamech? Abraham ex Thare? Iſaac ex Abraham, Iacob ex Iſaac? Iudas ex Iacob? Moyſes & Aaron ex Amram? Samuel ex Helcana? Dauid ex Ieſſe? Salomon ex Dauide? Ezechias ex Achaz? Ioſias ex Amon? Hieremias ex Helcias? Ezechiel ex Buſi? nonne ſinguli habuere patrem ſuæ Natiuitatis auctorem? quis vnquam ex ſola Virgine genitus eſt? quapropter magna cura à Propheta id præiudicatum fuit inquit D. Athan. de Incar. verbi Dei.

Et Origenes hom. 1. in diuerſos. *Quis vnquam iſta audiuit? Quis vidit talia? & quis cogitare potuit, vt mater Virgo eſſet, intacta generaret, quæ & Virgo permanſit & genuit? ſicut enim quondam ru-*

Digitized by Google

bus comburi videbatur, & ignis cum non tangebat: & ſicut tres pueri in camino ignis incluſi habebantur, & tamen eos non lædebat incendium, nec odor fumi erat in eis: vel quemadmodum Daniel in lacum leonum incluſo clauſtris non apertis, allatum eſt prandium ab Abacuc: Ita & hæc Virgo ſancta genuit Deum, ſed intacta permanſit. Mater effecta eſt, ſed Virginitatem non amiſit: genuit infantem, ſed Virgo remanſit. Non enim concepturam tantummodo, ſed & parituram virginem dixit inquit D. Ambroſius Epiſt. 81. ad Siricium Papam.

Succedat Ezechiel cap. 44. qui dixit quod conuertit eum Dominus ad viam portæ ſanctuarij exterioris, quæ reſpiciebat ad orientem, & erat clauſa. Et dixit (inquit) Dominus ad me, *Porta hæc clauſa erit, & non aperietur, & vir non tranſibit per eam, quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam.*

Dequa enim porta hîc loquitur, niſi de puriſſima Beatiſſimæ Virginis valua? Vulua enim dicitur quaſi valua, eò quod ſit ianua, per quam filius ex vtero matris egreditur, *Quæ igitur eſt*

illa porta ſanctuarij, illa exterior ad orientem quæ manet clauſa, & nemo inquit *pertranſibit per eam, niſi ſolus Deus Iſrael? Nonne hæc eſt porta Maria, per quam in hunc mundum redemptor intrauit?* inquit D. Ambroſius Epiſt. 81. ad Siricium, & paulo poſt, *Hæc porta eſt Beata Maria, de qua ſcriptum eſt, quia Dominus tranſibit per eam, & erit clauſa poſt partum, quia Virgo concepit & genuit.* Et D. Hieron. lib. 2. aduerſus Pelagianos. *Hæc eſt porta Orientalis* (inquit) *per quam ſolus Pontifex ingreditur & egreditur, & nihilominus ſemper clauſa eſt.*

Accedat etiam ſponſus diuinus, & caculum ſuum proferat, *Hortus concluſus Soror mea ſponſa: hortus concluſus, fons ſignatus* inquit: Vbi D. Hieronymus, *Quod clauſum eſt, atque ſignatum, ſimilitudinem habet matris Domini, matris & Virginis. Vnde & in ſepulcro ſaluatoris nec ante, nec poſtea quiſquam poſitus eſt. At tamen hæc Virgo perpetua, multarum eſt mater Virginum. Sequitur enim: emiſſiones tuæ Paradiſus malogranatorum cũ fructibus pomorum. In malogranatis, & pomis, omnium virtutum ſignificatur in Virginate concen-*

Digitized by Google

tus, inquit D. Hieron. lib. 1. aduerſus Ioninianum. *Verè hortus deliciarum, in quo conſita ſunt vniuerſa florum genera, & odoramenta virtutum, ſicque concluſus vt neſciat violari neque corrumpi vllis inſidiarum fraudibus, fons ſignatus totius ſigillo Trinitatis, ex quo vitæ fons manat*, inquit Sophronius Serm. de Aſſumptione. Et certe Beatiſſima Virgo duplici ratione poteſt dici hortus concluſus, *fuit enim Virgo nõ ſolũ corpore, ſed etiã mente*, vt ait D. Ambroſ. lib. 2. de Virg. Fuit etiã fons ſignatus, quia ſicut in ſignatũ fontẽ nihil immundum poteſt ab extra inſpergi, licet ab intra non deſinat aqua ſcaturire, & foras abſque vlla ſigilli fractione prorumpere. Sic ex vtero B. Virginis, tanquam ex puriſſimo fonte Chriſtus profluxit, & tamen nihil ab extra in vterum eius influxit, ſed concepit in vtero ſanctiſsimo fructum, quem ſine vlla ſigilli Virginei fractione ad extra produxit. Et emiſſiones eius Paradiſus. Quid namque in Paradiſo eſt boni, quod ex vtero eius non profluxit? Diuinitatem vultis? Deus eſt quem genuit, humanita-

tem deſideratis? Et homo factus eſt. Trinitatem perſonarum quæritis? vbi earum vna, ibi earum quælibet vna. Vnde audacter ego dicã, quod paradiſus eſt Beatiſſ. Virginis vterus, quattuor flumina inde emiſſa ſunt verbum, anima, corpus, & ſanguis: verbum nãq; eſt Phiſon, *Ego* quippe *ex ore altiſſimi prodiį primogenita ante omnem creaturam*, inquit ipſamet ſapientia diuina verbi. Et Phiſõ proceſſionẽ ex ore ſignificat.

Gihon ſeu Geon animam verbi denotat omni ſcientia & ſapientia repletam; Gihon quippe arenam ſignificat, & tanta fuit in anima Chriſti ſciẽtia, quod eſſet quaſi arena maris, *Arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies ſeculi quis dimenſus eſt*, dicebat Dominus ad Iob. Et ego libenter reſponderẽ, quod anima Chriſti; quia videt omnia quæcũq; vult videre, & ſcit quæcunq; vult ſcire in diuino verbo, *in ipſo enim ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei.*

Tigris denotat corpus, quia Tigris interpretatur ſagitta, & corpus Chriſti fuit tanquam ſagitta cum ferro diuini

iuncti ſunt duo, ſponſus videlicet & ſponſa, ſponſus fuit verbum; ſponſa vero, humana caro; vnde ait D. Ioānes Damaſcenus orat. 1. de Natiuit. Beatæ Mariæ. *Sempiternum lumen quod ex ſempiterno lumine antiquiorem ſæculis exiſtentiam habet, ex ipſa Beata Maria, corporatur, ac tamquam ſponſus de thalamo prodit.*

Et ita profecto erat conueniens, vt filius Dei de puriſſima & intemerata Virgine conciperetur & naſceretur, vt optime notat D. Thom. 3. p. q. 28. a. 1. Huiuſq; facti quattuor cauſas aſſignat: Primò quippe (inquit) fuit conueniēs propter mittentis patris dignitatem. Cum enim Chriſtus ſit verus & naturalis Dei filius, non fuit decens quod aliū patrem haberet, quàm Deum, ne dignitas Dei transferretur ad alium, & ideo de Virgine concipi debuit, quæ nullum vnquam agnouiſſet virum.

Quattuor cauſæ cur filius Dei de Virgine natus.

Deinde hoc fuit conueniens proprietati etiam ipſius filij, qui eſt verbū Dei: Verbum enim abſq; omni corruptione cordis concipitur, immo cordis corruptio perfecti verbi conce-

ideſt *halma*; *& paruus fons creuit in magnum fluuium*, ideſt in torrentem gratiarum, & in lucem ſolemq; conuerſus eſt: quia omnibus mulieribus virtute ſua præluxit, & ſolem iuſtitiæ produxit. Nec mirum ſi paruus hic fons in magnum fluuium creuiſſe dicatur, & in lucem ſolemque eſſe conuerſum. Nam ſanguis è puriſſimo Virginis fonte ſcaturiens in magnum fluuium conuerſus eſt, nempe in corpus Filij Dei, qui de ſeipſo per os Eccleſiaſtici dicit. *Ego quaſi fluuius Dorix*, *& quaſi aquæductus exiui de Paradiſo*: Nam quaſi fluuius Dorix fuit quoad diuinitatẽ: & quaſi aquæductus quoad humanitatem, ſub cuius velamine, tamquam ſub aquæductu, deliteſcit natura diuina, & in lucem dæmum ſolemq; conuerſus eſt fluuius generationis eius, quia de ſe ipſo dicit, *Ego ſum lux mundi*, & alibi, *Quamdiu ſum in mundo, lux ſum mundi*; & de ipſo Apoſtolus, *Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem*: Verè igitur B. Virgo bene poteſt dici fons ſignatus, quia integrũ ſemper mãſit Virgi-

inſtituta, vt homines renaſcerentur in filios Dei, *Non ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri: Sed ex Deo*, ideſt ex ipſa Dei virtute, cuius rei exemplar apparere debuit, in ipſa Chriſti conceptione & natiuitate.

Vnde ait D. Auguſt. lib. de Sācta Virginitate ante medium, *Opportebat caput noſtrum inſigni miraculo ſecundum carnem naſci de Virgine, vt ſignificaret membra ſua de Virgine Eccleſia naſcitura*: Eaſdēq; ferme rationes affert D. Thomas loco citato art. 2. ad probandum fuiſſe conueniens vt Chriſtus ex Virgine naſceretur, quia inquit hoc cōpetebat proprietati eius, qui naſcebatur, cum ſit verbum Dei. Nam verbū non ſolum in corde abſq; corruptione concipitur (vt ſupra dictum eſt) ſed etiam abſq; corruptione ex ore procedit: vt igitur oſtenderetur verum eſſe Corpus verbi Dei, conueniens fuit, vt ſicut ſine corruptione fuerat in vtero conceptum, ſic ex vtero virginis ſine vlla corruptione egrederetur: Quapropter in actis Concilij Epheſini legitur, *Quæ parit ſolam carnem*

à Virginitate ceſſat, ſed quæ generat in carne verbum Dei virginitatem conſeruat, ſe ipſum oſtendens per hoc verbum, neq; enim noſtrū verbum cum paritur corrumpit mentem: Neq; Deus verbum, ſubſtantialem partum erigens, peremit Virginitatem:

Deinde hoc etiam fuit conueniens quātū ad effectū Incarnationis Chriſti. Nam ad hoc venit vt corruptionem noſtram tolleret, vnde non fuit conueniens quod Virginitatem Matris naſcendo corrumperet. *Fas enim non erat*, inquit Auguſt. Serm. 6. de Natiuitate Domini, *vt per eius aduentum violaretur integritas, qui venerat ſanare corrupta*, & D. Greg. Niſſenus orat. in die Natiu. Chriſti: *Decebat* inquit *vt qui in vitam humanam introibat, vt homines integros, incorruptoſq; ſeruaret, ab incorrupta ſibi deſeruiente integritate initium ſumeret.*

Denique fuit conueniens ne Matris honorem naſcendo diminueret, qui parentes præceperat honorandos; & qui ſeruator aduenerat, ſeruatorem decebat vt Matris virginitatem ſeruaret: vnde Chriſolog. Ser. 4. de Annun.

Merito

Merito Virgini ſalua ſunt omnia, quæ omnium genuit ſaluatorem.

Addiderim ego quod decebat omnium rerum opi ficem & creatorem non deſtruere, ſed potius ædificare; cum ipſe ex nihilo fecerit omnia, & in nihilum nō ſinat reuerti. Vnde ſatis euidenter oſtendit ſe auctorem eſſe rerum non deſtructorem, & ideo per conceptum aut natiuitatem ſuam, matris Virginitatem deſtruere non debuit, ſed potius illam ædificare, iuxta id quod perſonæ diuinę videntur in Canticis ad inuicem dicere. *Quid faciemus ſorori noſtræ in die, quando alloquenda eſt? Si murus eſt ædificemus ſuper eum propugnacula argentea: ſi oſtium eſt, compingamus illud tabulis cedrinis*, de quibus ſatis ſupra diximus. *Decebat namque creatorem non conſueto, ſed peregrino vti partu, vt pote omnium opificem*, inquit D. Ignat. in Epiſt. ad Hieronem.

Matrem ſuam inſuper voluit eſſe Virginem, vt Virginitatis caſtitatiſq; exemplum omnibus proponeret, & quaſi ſignum anteferret. Quod eius proauus Dauid videtur prædixiſſe

Digitized by Google

dum ait, *Adducentur regi Virgines poſt eã*, Vnde Gregor. Nazianzen. de laudibus Baſilii, *Chriſtus* inquit *de Virgine gignitur, virginitatem veluti lata lege ſanciens* & Ambroſ. lib. de inſtitutione Virginis cap. 5. *Maria* inquit *ſignum ſacræ virginitatis extulit, & intemeratæ integritatis pium Chriſto vexillum leuauit.*

Præterea Chriſtus Virgo eſſe voluit, & ideò matrem quoque Virginem elegit, vt virginitatis tam filius, quàm mater præſtantiſſimum præberẽt Specimen, vt innuit idem Ambroſius Epiſto. 81. Ad Siricium: *Speciale donum virginitatis Chriſtus elegit, & integritatis mun⁹ exhibuit, atque ipſe repræſentauit, quod elegit in matre*, Et D. Damaſ. li. 4. fidei ort. ca. 25. *Chriſt⁹ virginitatis decus & ornamentum eſt, vt qui non modo ex patre citra congreſſum genitus ſit, ſed etiam carnem ex Virgine ſine virili congreſſu aſſumpſerit, ipſoque omnibus numeris abſolutam Virginitatem in ſe ipſo oſtenderet.*

Præterea decebat vt digniori ti-

tulo honoraretur in terris, quæ digniori præmio coronāda erat in cœlis, vt Bernard. hom. 2. Super Miſſus eſt optime aduertit dicens, *Deus matrem ſuam ſingulari in cœleſtibus donaturus gloria, ſingulari in terris prænenire curauit & gratia, qua videlicet ineffabiliter & intacta conciperet, & pareret incorrupta. Porro Deum huiuſmodi, decebat natiuitas qua non niſi de Virgine naſceretur, & Virginem partus, vt non pareret niſi Deum.*

Denique decens erat vt Domini noſtri in hunc mundum introitus nobilior eſſet, quàm cæterorum omnium: ſicut in vrbem règiam introitus Regis ſolet eſſe ſplendidior, quàm cuiuſlibet priuati hominis. Cum igitur quidam nec de matre nec de patre fuiſſet productus, vt Adam, qui de limo terræ fuit procreatus: quædam verò fœmina non de muliere, ſed de viro eſſet educta, vt Eua, quę de coſta Adami fuit formata: quidam denique ex homine & fœmina, vt omnes cæteri

Digitized by Google

homines (præter Chriſtũ) ex patris matriſq; cõcubitu ſunt geniti, decebat vt ipſe Chriſtus digniorem in hunc orbem faceret ingreſſum, & ideo cum iã aliæ omnes productionũ ſpecies præceſſiſsent, decebat vt nouo & inuſitato more de Virgine cõciperetur & naſceretur, vt nouum crearet Dñs ſuper terram. Ait enim D. Chriſoſto. hom. 49. in Geneſ. *Ingreſſum noſtri omnium Domini, digniorem eſſe oportet, quàm noſtrum: Regius enim fuit introitus. Opportebat autem & partim cum noſtra Natiuitate communicare, & partim alienum eſſe, & vtraque hæc effecta ſunt: nã de vtero prodire commune habet nobiſcum; abſque nuptiali autem congreſſu naſci, ſupra noſtram eſt natiuitatem: naturale eſt conceptum fieri ex vtero: ſupra naturam humanam eſt abſque commixtione eſſe prægnantem: Et propterea vtraque effecit vt & excellentiam & communionem quam habet tecum diſcas.*

Quærũt autem ſacri Theologi vtrum cõgruentius fuerit Filiũ incarnari quã Patrem vel Spiritum ſanctum.

Et reſpondet D. Bonauen. in 3 diſt. 1. q. 3. art. 2. quod perſona verbi ad In-

carnationem inter cæteras perſonas fuit magis idonea, ſiuè loquamur de ipſa incarnatione in ſe, ſiueprout ordinata eſt ad humani generis redēptionē: ſi enī loquamur de ipſa incarnatione in ſe magis congruum fuit perſonam Filij incarnari quàm aliam, & quatenus eſt imago, & quatenus eſt verbum, & quatenus eſt Filius.

Tres rationes propter quas congruentius fuit filium incarnari quam aliā perſonam.

Quatenus eſt imago, quia homo aſſumptibilis erat ratione dignitatis imaginis. Cum igitur ſoli filio propriè competat ratio imaginis: magis conſequēter decebat filiū qui eſt imago Patris aſſumere carnem, quā aliam quā libet perſonā. Rurſus quia filius verbū eſt æterni Patris; ſic ab ipſo procedit, quod Pater ſe manifeſtet per ipſum: & ideo ſicut ad intētionis manifeſtationē, verbum intellectuale copulatur voci ſenſibili: ſic ad diuinitatis reuelationem verbum Patris congruum fuit vniri carni.

Poſtremo, quia filius eſt ſemel genit⁹ ab æterno, cōgruebat ipſum potiſſimè carnē aſſumere, vt qui erat in diuinitate Dei Filius, in humanitate fieret ho-

minis Filius. vnde nec pater, nec Spiritus ſanctus carnem induit, ne alius in diuinitate eſſet Filius, alius in humanitate, & idem eſſet Pater & filius, & ſic confunderentur proprietates diuinæ, ſi Deus Pater de homine naſceretur: vel idem eſſet filius & non filius, & verificarentur contradictoria de eodem ſi Spiritus ſanctus carnem aſſumpſiſſet humanam. vnde Auguſtinus in Eccleſ. dogmatibus. *Non Pater carnem aſſumpſit, neque Spiritus ſanctus, ſed filius vt qui erat in diuinitate Dei filius, ipſe fieret in humanitate hominis filius, nec filij nomen ad alterū tranſiret, qui non eſſet æterna natiuitate filius Dei. ergo fili⁹ Dei hominis factus eſt filius, natus ſecundum veritatē ex Deo Dei filius, & ſecūdū veritatē naturæ ex homine hominis filius, vt veritas geniti non adoptione, nō appellatione, ſed in vtraque natiuitate filij nomē naſcendo haberet, vt eſſet verus Deus, & verus homo vnus filius.* Et hoc eſt quod etiam dicit Aug. in lib. de fide ad Petrū c. 1. & Magiſter in tertio. Quod *Dei Filius non quæſiuit niſi matrem in terris, quia iam habebat patrem in cœlis,* Magis ergo decēs fuit filiū incarnari quàm aliam perſonam, ſi lo-

Digitized by Google

quamur de ipſa incarnatione ſecũdũ ſe. Magis etiã congruũ fuit, ſi loquamur de ipſa in ordine ad generis humani redemptionem; & hoc apparet, ſi cõſideremus hominis lapſum, & reparãdi modum, & reparationis fructum. Si enim cõſideremus hominis lapſum, videbimus quod lapſus fuit appetendo falſam Dei ſimilitudinem, & æqualitatem, & quia filio primo attribuitur æqualitas, hinc eſt quod quaſi ex ipſo ſumpſit homo lapſus ſui occaſionẽ, & ideò ſumere debuit inde reparationẽ, vt aït D. Bernar. explanans gloriamus illud Ionę primo, *ſi propter me orta eſt hæc tempeſtas, tollite me, & mitite me in mare*. Aut certè in hoc quod homo præſũpſerat Dei ſimilitudinem directè contra Filium peccauit, & ideo filio magis cõpetebat vindicta & indulgentia, quã alteri & hoc innuit Anſelmus in lib. 2. *Cur Deus homo* ca. 9. & lib. 1. ca. 7. dicẽs *Homo pro quo erat moriturus & diabolus quem erat expugnaturus, ambo falſam Dei ſimilitudinẽ præſumpſerant*, vnde ſpecialius corã filium peccauerunt. Cui autem ſpecialiter fit iniuria, conuenien-

Quoad redemptionẽ fuit etiam congruentius filium Dei incarnari propter tres alias rationes.

tius attribuitur culpæ remiſſio & indulgentia.

Rurſus ſi conſideremus modum reparationis, magis competit Filio quàm Patri, vel Spiritui ſancto. Reparati enim ſumus per mediatoris obedientiã & ſupplicationem, & quia magis competit filium ſupplicare Patri & obedire, hinc eſt quod magis competit perſonę Filij incarnari, quàm alteri. vnde Anſelmus lib. 1. Cur Deus homo *Cõuenientius* inquit *ſonat Filium ſuplicare Patri, quàm aliam perſonam.*

Poſtremo ſi conſideremus reparationis fructũ, vel effectũ magis competebat filio incarnari, quàm Patri vel Spiritui ſancto, quia Incarnatio adhoc ordinatur, vt ſimus Filij Dei; ſi ergo poſteri' habet per illud reduci quod eſt prius in eodem genere, cõgruum fuit, vt filij Dei adoptiui efficeremur per eũ qui eſt filius naturalis. Vnde Aug. 3. de Trinitate. c. 3. *Vt homo ex Deo naſceretur, primo ex ipſo natus eſt Deus.*

D. autẽ Thom. 3. p. q. 3. artic. 8. dicit conuenientiſſimum fuiſſe perſonam

filij incarnari ; Primo quidem ex parte vnionis , conuenienter enim ea quæ ſunt ſimilia vniuntur , ipſius autem perſona filij (qui eſt verbum Dei) attenditur vno quidem modo ſecundum conuenientiã quam habet ad totam creaturã , quia verbũ artificis ſeu conceptus eius , eſt ſimilitudo exemplaris eorum,quæ ab artifice fiunt. Vnde verbum Dei , quod eſt æternus conceptus eius , eſt ſimilitudo exemplaris totius creaturæ : Et ideo ſicut per participationem huius ſimilitudinis, creaturæ ſunt in proprijs ſpeciebus inſtitutæ,ſed mobiliter : ita per vnionem perſonalem verbi ad creaturam ; conueniens fuit reparari creaturam in ordine ad æternam & immobilem perfectionem. nam artifex per formam artis conceptam , qua artificiatum condidit , ipſum ſi collapſum fuerit reſtaurat.

Rationes Diui Th.

Tres aliæ rationes Diui Thomæ.

Alio modo habet conuenientiam ſpecialem cum humana natura , ex eo, quod verbum eſt cõceptus æternæ ſapiẽtiæ , à qua omnis ſapientia hominũ deriuatur. Et ideo per hoc quod in ho-

mine ſapientia reperitur quæ eſt propria eius perfectio, prout eſt animal rationale, quod participat verbum Dei, ſicut diſcipulus inſtruitur per verbũ magiſtri, ſic debuit inſtrui per verbũ Dei. Vnde Eccleſi. 1. dicitur, *Fõs ſapientiæ verbum Dei in excelſis*. Et ideo ad conſummatam hominis perfectionem, conueniens fuit, vt ipſum verbum Dei humanæ naturæ perſonaliter vniretur.

Secundo poteſt accipi ratio huius congruentiæ ex fine vnionis, eorum ſcilicet qui præordinati ſunt ad hæreditatem cœleſtem, quæ non debetur niſi filiis eius, iuxta illud Rom. 8. *Si filij & hæredes*, & ideo congruum fuit vt per eum, qui eſt filius naturalis, homines paticiparent ſimilitudinem huius filiationis per adoptionem, ſicut Apoſtolus ibidem dicit, *Quos præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imagini Filij ſui.*

Tertio poteſt accipi ratio huius cõgruẽtię ex peccato primi parentis, cui per incarnationem remedium adhi-

betur peccauerat enim primus homo appetendo ſcientiã, vt patet ex verbis ſerpentis promittentis homini ſcientiam boni & mali. Vnde cõuenientius fuit vt per verbum veræ ſapientiæ homo reduceretur ad Deum, qui per inordinatum appetitum ſapientiæ receſſerat à Deo.

Hanc autem congruentiam eſſe magis in filio, quàm in Patre vel Spiritu ſancto ad carnem humanam aſſumendam, probat ex duplici capite idem S. Thom. in 3. d. 1. q. 2. art. 2. In mente enim noſtra ſunt tria, tres perſonas repræſentantia, ſcilicet mens quæ repræſentat Patrem, Notitia quæ dicitur verbum mentis repræſentans Filium, & amor qui repræſentat Spiritum ſanctum.

Probat ex duplici capite.

In mente noſtra ſunt tria.

Sed inter hæc tria verbum mentis maxime eſt in corporatur ſecundum quod exterius ſonat, eſt enim vnibile, conſequenter & incarnatio maximè verbum Dei decuit.

Deinde per Philoſophũ ſecundo Metaph. Id quod eſt primũ in vno quoq;

genere,eſt cauſa eorũ quæ ſunt poſteriora in eodem genere: filiatio autem primò in filio Dei inuenitur, ſicut & paternitas in Deo Patre, *Ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur*: Epheſ. 3. Igitur conuenientiſſime Filius Dei incarnatus eſt, vt per ipſum adoptionem filiorum Dei reciperemus; Quamuis enim Patris ſit adoptare, tamen decenter nos per filium adoptauit, cuius eſt hęreditas, vt ſic per verum hæredem adoptio acceptaretur, & firma oſtenderetur; & vt filij adoptiui haberent verum filium Ducem, quem imitarentur *Quos enim præſciuit, & prædeſtinauit cõformes fieri imagini filij ſui, vt ſit ipſe primogenit⁹ in multis fratribus*. Rom. 8. Quapropter *debuit per omnia fratrib⁹ aſsimilari* ait Apoſtolus ad Hebr. 2. *Quia ergo pueri communicauerunt carni & ſanguini & ipſe ſimiliter participauit eiſdem* inquit idem ibidem. *Dedit* enim *eis poteſtatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius, qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt*.

Digitized by Google

Sed heu, heu, illi quibus dedit poteſtatem filios Dei fieri, malunt fieri filij diaboli quã Dei. Qui namq; abrenunciauerunt diabolo, & omnibus operibus eius in fonte Baptiſmatis, vt regenerarentur in filios Dei, nunc renunciant & abrenunciant Deo, negant, abnegant, & deteſtantur eum, & dæmoni ſeſe vouent ac deuouent, blaſphemant & execrantur nomen & numen diuinum, & ſibi ſuiſque precantur & imprecantur horrenda dæmonum ſupplicia; quam obrem illis merito poſſet dici, *vos ex patre diabolo eſtis.*

Perdix enim *fouit quæ non peperit, fecit diuitias, & non in iudicio* inquit Hierem. cap. 17. v. 11. Aiunt quippe ſcriptores naturalis hiſtoriæ inquit D. Hieron. in hũc locum, hanc perdicis eſſe naturam, vt oua alterius perdicis ideſt aliena furetur & eis incubet foueatq;. Idẽque de dæmone dicere poſſumus, homines enim a Deo conditos & creatos & proprio ſanguine redemptos & in fonte Baptiſmatis regeneratos ſuffuratur, tanquam aliena perdix oua, & ſic fouet quod non peperit, facitque di-

uitias & non in iudicio, tollit nãq; eis iudicium, immo & ipſe abſque iudicio homines ad ſe allicit, quia maiorem ſibi damnationem acquirit, atq; vtinam quod ſequitur de eo diceretur *In dimidio dierũ ſuorum derelinquet eas, & ad vltimum erit inſipiens* poſſet de illo dici, quod in dimidio dierum ſuorum derelinqueret eos, & ad Deum optimum maximum conuerterentur, & ipſe dæmon remaneret vt inſipiẽs, qui diuitias male partas derelinquere cogitur. Atq; vtinam fratres ad Deum creatorem veſtrum conuerti & reuerti velitis: & dæmonem & omnia eius lenocinia deſerere: ſicuti pulli perdicis excluſi adulterinam derelinquentes matrem, propriam quæruntus veramq; genitricem ſequuntur. Sic enim Deus vos quantumuis prodigos iterum in proprios ſinus excipiet & beatitudine donabit æterna; hac enim de cauſa de Virgine naſci voluit, vt peccatores ſaluos faceret, & filius hominis, ideſt Virginis fieri (quia homo dicitur de vtroque ſexu) vt homines faceret filios Dei.

ET VOCABIS NOMEN EIVS IESVM.

SERMO DECIMVS TERTIVS.

MIrum profecto, nec ſatis vnquam miratũ, cur cum Deus omnia condidiſſet animantia, *Adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea:* Immò non ſolum animalia, ſed omnia prorſus corporea quæ intra Naturæ ſepta concluduntur, voluit ab homine nominari, ipſum autem hominem non à ſe ipſo, ſed à Deo voluit nomen accipere.

Sed ſi licet huiuſce rei profundius rationem ſcrutari, quamuis difficile ſit, immo etiam impoſſibile, ſecreta Dei rimari, præſertim quæ nobis vult

Cur homini à Deo nomen fuit impoſitum.

eſſe ſecreta. Cum Deus nihil agat fruſtra, hoc non fruſtra feciſſe ſtatim inueniemus. Ardentiuſque huiuſce rei rationem inueſtigantes (cum hoc non ſit de genere eorum, quæ penitus Deus vult nos latere) tanquam per fiſſuras lucem intus collucentem rimati, comperiemus multis quidem id effeciſſe de cauſis, ſed hac præſertim quia cæterorũ animantiũ, aliarũq; caducarum rerũ facile patitur nomina ab hominibus imponi; ſed operi ſuo pręcellenti (qualis erat homo recenter editus) non paſſus eſt Deus ab alio nomen imponi, quàm à ſeipſo: vel potius quia cum primus homo eſſet ad imaginem Dei conditus, ac propterea Prototypum repræſentaret, nempe filium Dei, ad cuius ſimilitudinem fuerat editus: Et figura etiam erat ſecundi Adami de Carne virgine naſcituri, ſicuti ille de terra Virgine fuerat procreatus, Sic illi voluit nomen imponere, non ſolum ſicut opifex ſolet operi ſuo nomen ſuum inſcribere: ſed vt per nomen impoſitum, nomen alteri imponendum ſignificaret. Nempe ſecundo

cundo Adamo : ſicuti primo fuerat impoſitum à Deo, nec enim minoris condition s eſſe debuit ſecundus, quàm primus. Quamobrem videamus, quale fuit illud nomen, & quam ob cauſam fuerit impoſitum, quidque miſterij in hoc nomine lateat. Et vt a primo exordiamur. *Diſpoſitiõ & ordo dicendorum.*

Et vocabis nomen eius Ieſum, inquit Angelus ad Beatiſſ. Virginem miſſus; Ecce nomen; ſed quale illud ſit nondum innoteſcit. Diſcutiamus igitur illud. *Nomẽ Ieſu tetragrãmaton.*

Nomen iſtud apud Hebreos; Tetragrammaton eſt, ideſt quatuor literarum, ſicut nomen ineffabile Dei. Hebraice enim dicitur *Ieſuah*. Et componitur ex his quatuor literis *Iod*, *Sin*, *Vau*, *& aiin* à radice *Iſah* prouenientibus, quæ & ſalutare, & ſalutem ſignificant, id quod multò ante aduentum Chriſti affirmauit Rabbi Haccados, ſummæ apud Hebreos auctoritis, qui floruit tempore Conſulum Romanorum. Is enim vt refert Galat. in lib. 3. Arcan. cap. 18. Antoninum Conſulẽ alloquẽs ait. *Quia Meſſias homi-*

Digitized by Google

nes ſaluabit, vocabitur Ieſouah, gentes autem alterius nationis qui fidem eius ſectabuntur, vocabunt eum Ieſum: & propterea inuenies hoc nomen (Ieſus) deſignatum in textu Gene. 49. Veniet, qui mittendus eſt. Si enim accipias in Hæbreo primas literas harum dictionum, conficies nomen Ieſu; Hæc Rabbi Haccados, quem Iudei magiſtrum ſanctum noſtrum vocant. Non continetur autem in iiſdem literis nomen ipſum integrum *Ieſouah*: Sed *Ieſu*: vt nos appellamus, vt indicaretur ita à gentibus appellandum.

Myſterium nominis Ieſu.

Quo quidem artificio vſa etiam eſt Sibilla Eritrea, quæ circa tempora Regis Ezechiæ floruit, vt nomen futuri Meſſiæ poſteris relinqueret in ſcriptis. Illa enim quædam Græca Carmina de Chriſto compoſuit, quorum litteræ in capite ſingulorum verſuum poſitæ, huiuſmodi conficiunt ſententiam, Ιησους χρισὸς θεȣ υἱος σώτηρ.

Id eſt Ieſus Chriſtus Dei filius ſaluator, vt refert D. Auguſtinus

libri. 18. de Ciuit. Dei Capit 23. Lactantius Firmianus, Sixtuſque Senenſis, qui illos verſus integros exprimit. Nomen autem Ieſu eſſe apud Hebræos Tetragrammaton, & vocari Ieſouah, ideſt ſaluatorem, ſatis patet ex titulo dominicæ crucis, qui Romæ in Eccleſia ſanctæ crucis in Ieruſalem aſſeruatur, & nunc etiam viſitur.

Vbi Ioſuah Hebraïce ſcriptum eſt per quattuor litteras, vt refert Pagnin⁹ in ſuo Hebraico dictionario, quem citat Cornelius Ianſenius in concordia Euangelica capite. 7. idemque teſtatur Sixtus Senenſis libr. ſecundo ſuæ Bibliothecæ in Pontio Pilato, vbi affert titulum crucis Hebraicè, Græcè & Latinè, & in titulo Hebraicè conſcripto habetur Ieſouah. *Titulus Sanctæ Crucis.*

Sententia quoque Pilati aduerſus Chriſtum Dominum pronunciata & Amitherni inuenta Hebraicis litteris conſcripta, amplum huiuſce rei contra Iudæos teſtimoniũ facit, ibi enim no-

men Saluatoris ſcribitur Hebraice *Ioſuah.*

Sed quidquid dicant iſti Iudæi, ſcilicet infenſiſſimi Chriſti & Chriſtiani nominis hoſtes, ſatis Angelus Gabriel oſtēdit quale debuerit eſſe nomē Meſſiæ; dum ait ad Virginem, *Et vocabis nomen eius Ieſum*, & ad Ioſephum eius coniugem poſtea, *vocabis nomen eius Ieſum, Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.* Vbi manifeſtè tradit nominis Ethimon, & oſtendit Ieſum à ſaluando dici debere, ac propterea *Ioſuah* Hebraice appellandum, quod eſt nomen tetragrammaton, & Saluatorem ſignificare, aliud enim nomen à ſalute Hebraice deriuari non poteſt.

Et omnibus in locis, vbi habetur mentio ſalutis, ſaluationis, aut Saluatoris, ſemper inuenitur nomen *Ioſuah* vt pſalmo 9. vbi ait vates, *Exultabo in ſalutari tuo:* Pſal. 11. verſ. 6. *Ponam in ſalutari fiducialiter agam in eo:* Pſal. 12. verſ. 6. *Exultabit cor meum in Salutari tuo*, Pſal. 13. vel ſecundū Heb. 14. *Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael. Lætabimur in ſa-*

lutari tuo. Pſal. 19. vel ſecundum Hebræos 20.

Et omnibus denique alijs in locis, vbi ſit mentio Salutaris, aut ſalutis, aut ſaluatoris ſemper ponitur ſalutare nomen *Ieſouah*, aut ſaltem radicales eius, vt ſemper oſtendatur ſalutem per Ieſum eſſe operandam, & non eſſe aliud nomen ſub cœlo datum, in quo nos opporteat ſaluos fieri. Immò ſi velimus ad Miſterium nominis Ieſu tranſcēdere, inueniemus primo duas litteras nominis ineffabilis nempe *Iod* & *Vau*, in nomine ſaluatoris eſſe comprehenſas. Cumque in nomine ineffabili quattuor tantum ſint literæ *Iod*, *he*, *vau*, *he*, quarum prima repreſentat perſonam Patris, nempe *Iod*, quia principium ſignificat, & eſt principium nominis huius, ſicut Pater eſt principium omnium emanationum diuinarum: & *vau* repreſentat Spiritum ſanctum, quia eſt copula, cõiunctionem ſolum ſignificans, ſicut Spiritus ſanctus eſt Nexus & Copula Patris & Filij, vtrumque per amorem connectens, reſtat nunc vt aliæ duæ

Digitized by Google

he, *he*, quæ ſunt eiuſdem figuræ repræſentent filium, qui duplicem habet naturam in vnitate perſonæ: & ideo vtraque natura ratione eiuſdem perſonæ poteſt dici eiuſdem figuræ: & præterea humana natura eſt ad imaginem & ſimilitudinem diuinæ creata.

Iam ergo cum illæ duæ, *Iod*, & *Vau*, quæ Patrem & Spiritum ſanctum repræſentant, etiam reperiantur in nomine Saluatoris Ieſouah. Nulli debebit videri abſurdum, ſi audeamus etiã dicere nomen ineffabile, in nomine Ieſouah eſſe comprehenſum. Duæ enim reliquæ, quę ſuperſunt literæ, ad ipſum *Ieſouah* videtur pertinere, & in litteras *Sin*, & *Ain*, quæ ſaluare ſignificant commutatæ. Non enim erat opus exprimere perſonam filij. Per duo *he*, *he*, quæ duas eius Naturas ſignificant, cum ſatis exprimeretur per has duas, *Sin*, & *Ain*, quia non ſolum duas eius naturas ſignificant, ſed inſuper proprietatem nominis eius denotant, quod ſignificat Saluatorem. ſolius enim Dei proprium eſt ſalutem hominibus afferre.

Nomen ineffabile in nomine Ieſu comprehẽſum.

Digitized by Google

Immò ſi velimus ipſaſmet ſumere nominis ineffabilis literas *Iod he*, *Vau*, inueniemus cum magno miſterio eodem modo ſcribi, quomodo nunc ſcribitur nomen Ieſu; quaſi eſſet, idem vnum, ſicuti & aliud. *Iod* enim idem eſt quod noſtrum I. *he* vero idem quod noſtrum. H. & *Vau*, Idem quod noſtrum V. quæ ſi ſimul coniungas, Inuenies *IHV*. quibus ſi ſuperponatur aliud, *hè*, vel vna Crux pro titulo, relinquetur ſcriptum ex nomine ineffabili nomen Ieſu, prout nunc illud ſcribimus. Atque ita nomen ineffabile manebit incluſum in nomine IHV: aut nomen Ieſu, vt à nobis ſcribitur, erit compendium nominis ineffabilis, vt notat Galatinus, l. 3. Arcanorum, cap. 18.) nec poterit nomen ineffabile ſcribi, quin repreſentetur nomen IHV. (quarta enim littera *he*,) non eſt diſtincta à ſecunda, nec nomen Ieſu ſcribi, quin repræſentetur nomen ineffabile. O nomen Sanctum! nomen

Nomen Ieſu prout ſcribitur nunc reddit nomen ineffabile & nomen mirabile in ffabila IHV.

Digitized by Google

genere, eſt cauſa eorũ quæ ſunt poſteriora in eodem genere: filiatio autem primò in filio Dei inuenitur, ſicut & paternitas in Deo Patre, *Ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur*: Epheſ. 3. Igitur conuenientiſſime Filius Dei incarnatus eſt, vt per ipſum adoptionem filiorum Dei reciperemus; Quamuis enim Patris ſit adoptare, tamen decenter nos per filium adoptauit, cuius eſt hereditas, vt ſic per verum hæredem adoptio acceptaretur, & firma oſtenderetur; & vt filij adoptiui haberent verum filium Ducem, quem imitarentur *Quos enim præſciuit, & prædeſtinauit cõformes fieri imagini filij ſui, vt ſit ipſe primogenit⁹ in multis fratribus*. Rom. 8. Quapropter *debuit per omnia fratrib⁹ aſſimilari* ait Apoſtolus ad Hebr. 2. *Quia ergo pueri communicauerunt carni & ſanguini & ipſe ſimiliter participauit eiſdem* inquit idem ibidem. *Dedit* enim *eis poteſtatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius, qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt*.

Sed heu, heu, illi quibus dedit poteſtatem filios Dei fieri, malunt fieri filij diaboli quā Dei. Qui namq; abrenunciauerunt diabolo, & omnibus operibus eius in fonte Baptiſmatis, vt regenerarentur in filios Dei, nunc renunciant & abrenunciant Deo, negant, abnegant, & deteſtantur eum, & dæmoni ſeſe vouent ac deuouent, blaſphemant & execrantur nomen & numen diuinum, & ſibi ſuiſque precantur & imprecantur horrenda dæmonum ſupplicia; quam obrem illis merito poſſet dici, *vos ex patre diabolo eſtis.*

Perdix enim *fouit quæ non peperit, fecit diuitias, & non in iudicio* inquit Hierem. cap. 17. v. 11. Aiunt quippe ſcriptores naturalis hiſtoriæ inquit D. Hieron. in hūc locum, hanc perdicis eſſe naturam, vt oua alterius perdicis ideſt aliena furetur & eis incubet foueatq;. Idēque de dæmone dicere poſſumus, homines enim a Deo conditos & creatos & proprio ſanguine redemptos & in fonte Baptiſmatis regeneratos ſuffuratur, tanquam aliena perdix oua, & ſic fouet quod non peperit, facitque di-

uitias & non in iudicio, tollit nãq; eis iudicium, immo & ipſe abſque iudicio homines ad ſe allicit, quia maiorem ſibi damnationem acquirit, atq; vtinam quod ſequitur de eo diceretur *In dimidio dierũ ſuorum derelinquet eas, & ad vltimum erit inſipiens* poſſet de illo dici, quod in dimidio dierum ſuorum derelinqueret eos, & ad Deum optimum maximum conuerterentur, & ipſe dæmon remaneret vt inſipiẽs, qui diuitias male partas derelinquere cogitur. Atq; vtinam fratres ad Deum creatorem veſtrum conuerti & reuerti velitis: & dæmonem & omnia eius lenocinia deſerere: ſicuti pulli perdicis excluſi adulterinam derelinquentes matrem, propriam quæruntus veramq; genitricem ſequuntur. Sic enim Deus vos quantumuis prodigos iterum in proprios ſinus excipiet & beatitudine donabit æterna; hac enim de cauſa de Virgine naſci voluit, vt peccatores ſaluos faceret, & filius hominis, ideſt Virginis fieri (quia homo dicitur de vtroque ſexu) vt homines faceret filios Dei.

Digitized by Google

ET VOCABIS NOMEN EIVS IESVM.

SERMO DECIMVS TERTIVS.

MIrum profecto, nec ſatis vnquam miratū, cur cum Deus omnia condidiſſet animantia, *Adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea:* Immò non ſolum animalia, ſed omnia prorſus corporea quæ intra Naturæ ſepta concluduntur, voluit ab homine nominari, ipſum autem hominem non à ſe ipſo, ſed à Deo voluit nomen accipere.

Cur homini à Deo nomen fuit impoſitum.

Sed ſi licet huiuſce rei profundius rationem ſcrutari, quamuis difficile ſit, immo etiam impoſſibile, ſecreta Dei rimari, præſertim quæ nobis vult

eſſe ſecreta. Cum Deus nihil agat fruſtra, hoc non fruſtra feciſſe ſtatim inueniemus. Ardentiuſque huiuſce rei rationem inueſtigantes (cum hoc non ſit de genere eorum, quæ penitus Deus vult nos latere) tanquam per fiſſuras lucem intus collucentem rimati, comperiemus multis quidem id effeciſſe de cauſis, ſed hac præſertim quia cæterorũ animantiũ, aliarũq; caducarum rerũ facile patitur nomina ab hominibus imponi; ſed operi ſuo precellenti (qualis erat homo recenter editus) non paſſus eſt Deus ab alio nomen imponi, quàm à ſeipſo: vel potius quia cum primus homo eſſet ad imaginem Dei conditus, ac propterea Prototypum repræſentaret, nempe filium Dei, ad cuius ſimilitudinem fuerat editus: Et figura etiam erat ſecundi Adami de Carne virgine naſcituri, ſicuti ille de terra Virgine fuerat procreatus, Sic illi voluit nomen imponere, non ſolum ſicut opifex ſolet operi ſuo nomen ſuum inſcribere: ſed vt per nomen impoſitum, nomen alteri imponendum ſignificaret. Nempe ſecundo

cundo Adamo: ſicuti primo fuerat impoſitum à Deo, nec enim minoris condition s eſſe debuit ſecundus, quàm primus. Quamobrem videamus, quale fuit illud nomen, & quam ob cauſam fuerit impoſitum, quidque miſterij in hoc nomine lateat. Et vt a primo exordiamur.

Diſpoſitio & ordo dicendorum.

Et vocabis nomen eius Ieſum, inquit Angelus ad Beatiſſ. Virginem miſſus; Ecce nomen; ſed quale illud ſit nondum innoteſcit. Diſcutiamus igitur illud.

Nomē Ieſu tetragrāmaton.

Nomen iſtud apud Hebreos; Tetragrammaton eſt, ideſt quatuor literarum, ſicut nomen ineffabile Dei. Hebraice enim dicitur *Ieſuah*. Et componitur ex his quatuor literis *Iod*, *Sin*, *Vau*, *& aiin* à radice *Iſah* prouenientibus, quæ & ſalutare, & ſalutem ſignificant, id quod multò ante aduentum Chriſti affirmauit Rabbi Haccados, ſummæ apud Hebreos auctoritis, qui floruit tempore Conſulum Romanorum. Is enim vt refert Galat. in lib. 3. Arçan. cap. 18. Antoninum Conſulēalloquēs ait. *Quia Meſſias homi-*

nes ſaluabit, vocabitur Ieſouah, gentes autem alterius nationis qui fidem eius ſectabuntur, vocabunt eum Ieſum: & propterea inuenies hoc nomen (Ieſus) deſignatum in textu Gene. 49. Veniet, qui mittendus eſt. Si enim accipias in Hæbreo primas literas harum dictionum, conficies nomen Ieſu.

Myſterium nominis Ieſu.

Hæc Rabbi Haccados, quem Iudei magiſtrum ſanctum noſtrum vocant. Non continetur autem in iiſdem literis nomen ipſum integrum *Ieſouah*: Sed *Ieſu*: vt nos appellamus, vt indicaretur ita à gentibus appellandum.

Quo quidem artificio vſa etiam eſt Sibilla Eritrea, quæ circa tempora Regis Ezechiæ floruit, vt nomen futuri Meſſiæ poſteris relinqueret in ſcriptis. Illa enim quædam Græca Carmina de Chriſto compoſuit, quorum litteræ in capite ſingulorum verſuum poſitæ, huiuſmodi conficiunt ſententiam, Ιησȣς χϱισὸς θεȣ̃ υἱος σώτηϱ.

Id eſt Ieſus Chriſtus Dei filius ſaluator, vt refert D. Auguſtinus

libri. 18. de Ciuit. Dei Capit 23. Lactantius Firmianus, Sixtuſque Senenſis, qui illos verſus integros exprimit. Nomen autem Ieſu eſſe apud Hebræos Tetragrammaton, & vocari Ieſouah, ideſt ſaluatorem, ſatis patet ex titulo dominicæ crucis, qui Romæ in Eccleſia ſanctæ crucis in Ieruſalem aſſeruatur, & nunc etiam viſitur.

Vbi Ioſuah Hebraïce ſcriptum eſt per quattuor litteras, vt refert Pagninus in ſuo Hebraico dictionario, quem citat Cornelius Ianſenius in concordia Euangelica capite. 7. idemque teſtatur Sixtus Senenſis libr. ſecundo ſuæ Bibliothecæ in Pontio Pilato, vbi affert titulum crucis Hebraicè, Græcè & Latinè, & in titulo Hebraicè conſcripto habetur Ieſouah. *Titulus Sanctæ Crucis.*

Sententia quoque Pilati aduerſus Chriſtum Dominum pronunciata & Amitherni inuenta Hebraicis litteris conſcripta, amplum huiuſce rei contra Iudæos teſtimoniũ facit, ibi enim no-

men Saluatoris ſcribitur Hebraice *Ioſuah.*

Sed quidquid dicant iſti Iudæi, ſcilicet infenſiſſimi Chriſti & Chriſtiani nominis hoſtes, ſatis Angelus Gabriel oſtẽdit quale debuerit eſſe nomẽ Meſſiæ; dum ait ad Virginem, *Et vocabis nomen eius Ieſum*, & ad Ioſephum eius coniugem poſtea, *vocabis nomen eius Ieſum, Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.* Vbi manifeſtè tradit nominis Ethimon, & oſtendit Ieſum à ſaluando dici debere, ac propterea *Ioſuah* Hebraice appellandum, quod eſt nomen tetragrammaton, & Saluatorem ſignificare, aliud enim nomen à ſalute Hebraice deriuari non poteſt.

Et omnibus in locis, vbi habetur mentio ſalutis, ſaluationis, aut Saluatoris, ſemper inuenitur nomen *Ioſuah* vt pſalmo 9. vbi ait vates, *Exultabo in ſalutari tuo:* Pſal. 11. verſ. 6. *Ponam in ſalutari fiducialiter agam in eo:* Pſal. 12. verſ. 6. *Exultabit cor meum in Salutari tuo,* Pſal. 13. vel ſecundũ Heb. 14. *Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael. Lætabimur in ſa-*

lutari tuo. Pſal. 19. vel ſecundum Hebræos 20.

Et omnibus denique alijs in locis, vbi fit mentio Salutaris, aut ſalutis, aut ſaluatoris ſemper ponitur ſalutare nomen *Ieſouah*, aut ſaltem radicales eius, vt ſemper oſtendatur ſalutem per Ieſum eſſe operandam, & non eſſe aliud nomen ſub cœlo datum, in quo nos opporteat ſaluos fieri. Immò ſi velimus ad Miſterium nominis Ieſu tranſcēdere, inueniemus primo duas litteras nominis ineffabilis nempe *Iod* & *Vau*, in nomine ſaluatoris eſſe comprehenſas. Cumque in nomine ineffabili quattuor tantum ſint literæ *Iod*, *he*, *vau*, *he*, quarum prima repreſentat perſonam Patris, nempe *Iod*, quia principium ſignificat, & eſt principium nominis huius, ſicut Pater eſt principium omnium emanationum diuinarum: & *vau* repreſentat Spiritum ſanctum, quia eſt copula, cōiunctionem ſolum ſignificans, ſicut Spiritus ſanctus eſt Nexus & Copula Patris & Filij, vtrumque per amorem connectens, reſtat nunc vt aliæ duæ

Digitized by Google

Immò ſi velimus ipſaſmet ſumere nominis ineffabilis literas *Iod he*, *Vau*, inueniemus cum magno miſterio eodem modo ſcribi, quomodo nunc ſcribitur nomen Ieſu, quaſi eſſet, idem vnum, ſicuti & aliud. *Iod* enim idem eſt quod noſtrum I. *he* vero idem quod noſtrum. H. & *Vau*, Idem quod noſtrum V. quæ ſi ſimul coniungas, Inuenies *IHV*, quibus ſi ſuperponatur aliud, *hè*, vel vna Crux pro titulo, relinquetur ſcriptum ex nomine ineffabili nomen Ieſu, prout nunc illud ſcribimus. Atque ita nomen ineffabile manebit incluſum in nomine IHV: aut nomen Ieſu, vt à nobis ſcribitur, erit compendium nominis ineffabilis, vt notat Galatinus, l. 3. Arcanorum, cap. 18.) nec poterit nomen ineffabile ſcribi, quin repreſentetur nomen IHV. (quarta enim littera *he*,) non eſt diſtincta à ſecunda, nec nomen Ieſu ſcribi, quin repræſentetur nomen ineffabile. O nomen Sanctum! nomen

Nomen Ieſu prout ſcribitur nunc reddit nomen ineffabile & nomen mirabile in ffabila IHV.

Digitized by Google

meorum aſſertores dictorum.

Nomen adorandum vocat illud Pſaltes Pſal. 85. verſ. 9. *Omnes gentes quaſcunque feciſti venient, & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum.*

Nomen inuocandum: *Confitemini Domino, & inuocate nomen eius*, inquit idem Pſal. 104. & Pſal. 73. *Confitebimur tibi Deus Confitebimur, & inuocabimus nomen tuum.*

Nomen glorioſum: *Afferte Domino patriæ gentium, afferte gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini eius* inquit idem Pſal 28. ver. 2. & Daniel cap. 3. ver. 26. *Benedictus es Deus patrum noſtrorum, & laudabile & glorioſum nomen tuum in ſæcula.*

Nomen magnum: *Non eſt enim ſimilis tui in dijs Domine, magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine* inquit Hieremias. capite. 10. verſ. 6.

Nomen excelſum: *Mementote quoniam excelſum eſt nomen eius* inquit Iſaias. cap. 10.

Nomen laudabile: *A ſolis ortu vſq; ad occaſū laudabile nomē Domini* ait Pſaltes.

Nomen terribile: *Sanctum & ter-*

ribile nomen eius, ait idem Pſal. 110. verſ. 9.

Nomen benedictum: *Sit nomen eius Benedictum in ſecula, ante ſolem permanet nomen eius*, Pſal. 71.

Nomen admirabile, *Domine Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terrà*, ait idem, Pſal. 8.

Nomen Sanctum: *Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & & ſanctum eſt*, Pſal. 98.

Tertia pars Sermonis.

Quoad cauſam denique, ob quam nomen Sanctiſſimũ IESV fuit Saluatori noſtro impoſitum, non eſt opus vt illam recenſeam, cum iam illam ſuperius attigerim, & ſatis pateat ex ipſis ad Sanctum Ioſeph Gabrielis Archangeli dictis: ait enim *Vocabis nomen eius Ieſum: Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum*: Hac igitur de cauſa hoc nomen fuiſſe illi impoſitum oſtendit, quia Chriſtus Ieſus venerat homines ſaluare; vt ſecundum nominis Ethimon ſalutem operaretur in medio terræ, & iuxta rationem vitæ ab eo ineundæ, & effectum ſaluandi no-

men illi *IESVS* quod ſaluare ſignificat imponeretur, hoc enim nomen Sanctiſſimum non ſolum ſalutem ſignificat; ſed etiam omnes Salutis effectus videtur producere. In hoc enim nomine conſequimur veniam, gratiam, victoriam, protectionem, refugium, ſpem, redemptionem, hæreditatem, liberationem, propitiationem, exultationem, exaltationem & laudem. Veniam in conuerſione, gratiam in oratione, victoriam in tentatione, protectionem in aduerſitate, refugium in tribulatione, ſpem in deſolatione, redemptionem in captiuitate, hæreditatem in cœlis, liberationem à malis, propitiationem pro peccatis, exultationem, exaltationem & laudem in gloria.

Effectus nominis IESV.

Salutem quidem, ait enim regius vates: *Deus in nomine tuo ſaluum me fac* Pſal. 53.

In conuerſione peccatorum veniam: *Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo, multum eſt enim.*

Digitized by Google

In oratione gratiam: *Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis* inquit ipſemet Dominus Ieſus: vbi per *quid* omnes ferme interpretes gratiam intelligi volunt, Quapropter Canti. primo dicitur, *Oleum effuſum nomen tuum.*

In tentatione victoriam, quia *In te inimicos noſtros ventilabimus cornu, & in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis,* inquit Regius vates Pſal 43. verſ. 12. *Omnes gentes circuierunt me, & in nomine Domini, quia vltus ſum in eos: Circumdantes circundederunt me, & in nomine Domini quia vltus ſum in eos. Circundederunt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis, & in nomine Domini quia vltus ſum in eos.* Quæ propriè de dæmonibus acriter tētantibus, præſertim in articulo mortis debent intelligi: tunc enim circumdant ſicut apes, & exardent ſicut ignis in ſpinis, ſed in nomine Domini Ieſu vlciſcimur in eos.

Protectionem in aduerſitate: *Quoniam in me ſperauit liberabo eum, protegam eum, quoniam cognouit nomen meum: Clamauit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipſo*

ſum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum, & oſtendam illi ſalutare meum, inquit Regius vates Pſal. 90. vbi Hæbraicè habetur, oſtendam illi Ieſum ideſt *Ioſnah*.

In tribulatione refugium: *Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu, & propter nomen tuum deduces me, & enutries me*. Pſal. 30. verſ. 4.

Spem in deſolatione: *Sperent in te, qui nouerunt nomen tuum, quoniam non dereliquiſti querẽtes te Domine*. Pſal. 9. v. 11. *Quia in eo lætabitur cor noſtrum & in nomine ſancto eius ſperauimus*, Pſal. 32.

Redemptionem in captiuitate: *Exurge Domine adiuua nos, & redime nos propter nomen tuum*. Pſal. 43.

Hæreditatem in cœlis: *Dediſti hæreditatem timentibus nomen tuũ* Pſal. 60. v. 6.

Liberationem a malis. *Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos*. Pſal. 78. verſ. 9.

Propitiationem propecatis; *Et propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum*, ait idem ibidem.

Exultationem, exaltationem, & lau-

dem in gloria : *Beatus enim populus qui ſcit iubilationem ; Domine in lumine vultus tui ambulabunt , & in nomine tuo exultabunt tota die : & in iuſtitia tua exaltabuntur , quoniam gloria virtutis eorum tu es , & in beneplacito tuo exaltabitur cornu noſtrum* , &c. Pſal. 48. verſ. 9. *In Deo laudabimur tota die , & in nomine tuo confitebimur in ſæculum.*

Vnde ait Iſaias capite 52. verſ. 10. *Videbunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri* , Et habetur etiam Pſal. 97. v. 3. Vbi pro ſalutare legitur nomen Ieſu ſeu nomen Ieſouah. Liceat igitur dicere cum Pſalmiſta Regio , loco ſupra citato , *Exultabo in ſalutari tuo* , ideſt in Ieſouah , *Et exultabit cor meum in ſalutari tuo.* Pſalm. 10. verſ. 6. *Et lætabimur in ſalutari tuo.* Pſal 19. ver. 6. *Anima autem mea exultabit in Domino , & delectabitur ſuper ſalutari ſuo.* Pſal. 34. ver. 9. *Exultent & lætētur ſuper te omnes quærentes te, & dicant sēper magnificetur Domin⁹, qui diligūt ſalutare tuum.* Ideſt Ieſouah: & Pſal. 41. ver. 12. *Quare* inquit pſal-

Peroratio.

tes *triſtis es anima mea, & quare conturbas me, ſpera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, ſalutare vultus mei, & Deus meus*: Et Pſal 49. *Sacrificium laudis* inquit *honorificabit me, & illic iter, quo oſtendam illi ſalutare Dei*. Id eſt *Ioſuah*: Pſal. 50. v. 14. *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui*. Ideſt redde mihi lætitiam Ieſu ſaluatoris mei, *Ab ipſo enim ſalutare meum; nam & ipſe Deus meus, & ſalutaris meus*, Vbi ſemper ſcribitur *Ioſuah* ideſt Ieſus: Pſal. 60. verſ. 2. 3. & 8. Et Pſal. 66. verſ. 3. *Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis, illuminet vultum ſuum, ſuper nos, & miſereatur noſtri, vt cognoſcamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus ſalutare tuum*: Ideſt Ieſum: *Exultent & lætentur omnes qui ſperant in te Domine, & dicant ſemper magnificetur Dominus, qui diligunt ſalutare ſuum* Ideſt Ieſum. Pſal. 69. *Notum fecit Dominus ſalutare ſuum*. Ideſt Ieſum Pſal. 97. v. 2. Et ſexcentis aliis in locis. Quid tū inquies? Quia non eſt in alio aliquo ſalus. Quid inde, dices? Quia

Si obliti ſumus nomen Dei noſtri, aut ſi expandimus manus noſtras ad Deum alienum, nonne Deus requiret iſta? ipſe enim nouit abſcondita cordis, inquit Regius vates Pſal. 43. verſ. 21. & Pſal. 73. verſ. 18.

Quoniam propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis: Exurge quare obdormis Domine? exurge & ne repellas in finem, quare faciem tuam auertis? obliuiſceris inopiæ noſtræ, & tribulationis noſtræ, quoniam humiliata eſt in puluere anima noſtra, conglutinatus eſt in terra venter noſter, exurge Domine adiuua nos & redime nos propter nomen tuum: vſquequo improperabit inimicus, irritat aduerſarius nomen tuum in finem, memor eſto huius inimicus improperabit Domino, & populus inſipiens incitauit nomen tuum.

Digitized by Google

HIC ERIT MAGNVS.

SERMO DECIMVS QVARTVS.

DAtur aliquod ſummum in vnoquique genere, quod eſt mēſura (vt aiunt Philoſophi) cæterorum omnium, itaut cætera omnia excedat, quæ ſunt in illo genere contenta, & a nullo excedatur. Cum enim vna quæque natura ſit determinata ad minimum & ad maximum, ſicut virtus humana eſt determinata ad minimum, de quo dixit Chriſtus, *Qui ſoluerit vnum de mandatus iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in Regno cælorum*: Sic eſt determinata ad maximum, de quo idem

Primum in quolibet genere eſt menſura cæterorum.

Chriſtus menſura cæterorum omnium.

met Chriſtus ait, *quicumque fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno cælorũ*. Apud Hebræos quippe, quo idiomate loquebatur Chriſtus, non ſunt comparationis gradus ſed vtuntur poſitiuo pro ſuperlatiuo, idē eſt enim ac ſi diceret, *Quicumque fecerit & docuerit, hic Maximus vocabitur in Regno cælorum*. Nō igitur eſt mirum, ſi Angelus Gabriel loquens ad Virginem de filio ſuo ait, *hic erit magnus*. Eſſe enim debebat Menſura cæterorum omnium, non ſolum hominum, ſed etiam Angelorum, & conſequenter omnium creaturarum.

Ac penè dixerim non ſolum creaturarum: ſed ſi Deus immenſus dimetiri poſſet, videretur eſſe menſura tam Dei, quàm hominis; tam creatoris, quàm Creaturæ: Quoniam *In ipſo condita ſũt vniuerſa, in cælis et in terra, viſibilia et inuiſibilia*, inquit Apoſtolus 1. ad Colloſſenſes 1. verſ. 6. Ecce quomodo fuit menſura omnis creaturæ. Vultis poſtea videre quomodo fuit menſura creatoris immenſi. *Non* enim *rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo*; vt

ait idem Apoſtolus, & ideo quoad hoc videtur Deo coæquari, *ſed ſemet ipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo*, quo etiam coæquatus eſt cum hominibus, & cum in homine cæterarum omniũ perfectiones creaturarum eſſe videantur (habet enim viuere cum plantis, ſentire cum animalibus, intelligere cũ Angelis) Chriſtus qui ſimul eſt Deus & homo; aliquomodo poteſt dici menſura cæterorũ omnium, quapropter merito dicit Angelus *hic erit magnus*: Magnus enim fuit non ſolum ſecundum diuinitatem, qua erat æqualis Patri, ſed etiam ſecundum humanitatem, qua cæteris omnibus præcellebat; non ſolum hominibus, ſed etiam Angelis, ac quibuſcumque creaturis, multis quidem modis, ſed tribus potiſſimum, nempe dotibus animi, operum præſtantia, & virtute verbi. Dotibus inquam animi, nullæ enim fuerunt animæ dotes, quæ in ipſo non fuerint, tanquam in Theſauro, vel in ærario reconditæ.

Tribus potiſſimum modis Chriſtus excelluit.

omnes enim in ipſo fuerunt *Theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei abſconditi*, vt Apoſtolus ait, in ipſo etiam fuit omnis plenitudo gratiæ, quia vidimus eum *Plenum gratiæ & veritatis* inquit D. Ioannes cap. 1. *Et nos omnes de plenitudine eius accepimus.*

In ipſo denique fuit omnis plenitudo gloriæ, *quia vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite eius coronam de lapide prætioſo* inquit Regius vates Pſal 20. & Pſal 8. *Gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum*, Quod D. Paulus ad Hebreos 2. verſ. 8. interpretatur de Chriſto, *In eo enim* inquit *quod omnia ſubiecit, nihil dimiſit non ſubiectum ei* Vnde ad Colloſſenſ. 1. verſ. 18. ait idem Apoſtolus. *Ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principium primogenitus ex mortuis, vt ſit in omnibus ipſe primatum tenens, quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare corporaliter.*

Merito ergo prædixit Angelus Vir-

gini, quod filius eius futurus eſſet magnꝰ. Fuit enim magnus nomine, & magnus re. Magnus nomine. *Non eſt enim ſimilis tui in dijs Domine, magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine*, inquit Ierem. cap. 2. verſ. 6. *Fortiſſime, magne, & potens, Dominus exercituum, nomen tibi.* Et Regius vates Pſal. 98. v. 3. *Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & ſanctum eſt.* Diciq; poteſt de Chriſto Ieſu, quod dixit Eccleſiaſticus de Ioſue. *Fortis in bello Ieſu Naue ſucceſſor Moyſi in Prophetis, qui fuit magnus ſecundum nomen ſuum.* Sed de nominis ſignificatione ſatis diximus. De re pauca dicamus, fuit enim magnus fortitudine, magnus virtute, magnus Conſilio, magnus Sacerdotio, magnus decore, magnus iudicio, magnus potentia, magnus ſanctitate, magnus Prophetia, magnus dilectione, magnus dulcedine, magnus Charitate, magnus gloria. *Eccle. 46.* *Chriſtus multis modis magnus.*

Magnus gloria, quia anima Chriſti à primo inſtanti conceptionis eius repleta eſt gloria. vnde ait pſaltes.

Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo; Pſal. 20.

Magnus claritate: quia anima eius ſtatim cum in corpus fuit infuſa, donata eſt à Deo claritate cuiuſlibet ſcientiæ: Vnde cum poſtea in lucem editus emitteret tanquam imbres eloquia ſapientiæ ſuæ. *Populus qui ſedebat in tenebris vidit lucem magnam*, vt prædixerat Iſaias cap. 9. verſ. 2.

Magnus dulcedine: omnem enim gratiæ plenitudinem habuit ſtatim à primo inſtanti conceptionis ſuæ, & *de plenitudine eius nos omnes accepimus.* Vnde canebat Regius vates Pſal. 30. verſ. 20. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, quam abſcondiſti timentibus te.*

Magnus dilectione; *Cum enim dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos*: & ipſemet dicere ſolebat, Ioannis 15. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.*

Magnus Prophetia: quia *Propheta Magnus ſurrexit in nobis*: Lucæ 7.

verſ. 18.

Magnus ſanctitate: Quia ſanctus antequam natus: Vnde poſſet dici B. Virgini illud Iſaiæ 12. *Magnus in medio tui* (ideſt in vtero tuo) *Sanctus Iſrael.*

Magnus potentia: Quoniam *magna potentia Dei ſolius*. Quamobrem ipſe dicebat, *Data eſt mihi omnis poteſtas, in cælo & in terra*, per quod ſe ſe Deum eſſe oſtendebat.

Magnus iudicio, *Magna enim ſunt iudicia tua Domine*, inquit Sap. cap. 17. verſ. 1.

Magnus decore: *Gloriam & magnum decorem impoſuiſti ſuper eum*: ait Regius vates Pſal. 20.

Magnus Sacerdotio: *Ecce* enim *Sacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo, & inuentus eſt iuſtus, & in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio*, hoc enim de filio Dei proprie debet intelligi, qui erat Sacerdos magnus ſecundum ordinem Melchiſedech, & & in diebus ſuis placuit Deo: *hic eſt* enim *filius meus dilectus, in quo mihi bene*

complacui, ait pater æternus, & inuentus eſt iuſtus, quia *peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius, & in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio*: Nam *cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius* inquit Apoſtolus ad Rom. 5. verſ. 10. Et ideo inquit idem Apoſtolus ad Heb. 4. *Habemus pontificem magnum, qui penetrauit cælos, Ieſum Chriſtum filium Dei.*

Magnus conſilio: *Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, cuius imperium ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius magni conſilij Angelus*, canit Eccleſia in eius Natiuitate. Vnde Ieremias capite 32. verſ. 18. *Magnus conſilio inquit, & incomprahenſibilis cogitatu, cuius oculi aperti ſunt ſuper omnes vias filiorum Adam, vt reddat vnicuique ſecundum vias ſuas.*

Magnus virtute: *magnus Dominus Deus noſter & magna virtus eius*: Pſal. 46.

Magnus fortitudine: nam vt ait Iob. capite. 37. *Magnus fortitudine, & iudicio, & iuſtitia & enarrari non poteſt.*

Digitized by Google

De Diuo etiam Ioanne Baptiſta dixit Gabriel Angelus, quod *erit magnus coram Domino*; Sed Magna eſt differentia inter Ioannem & Chriſtum. Ioannes enim fuit magnus coram domino, ſicut ſolet ſeruus eſſe magnus, ideſt potens & acceptus coram Domino, vel magni apud eum meriti. Chriſtus vero non ſolum fuit magnus corā Domino, ſed magnus Dominus. Vnde ait Ambroſ. in hunc locum. *Dictum eſt etiā de Ioanne ab Angelo, quia erit magnus, ſed ille quaſi homo magnus: hic quaſi Deus. magnus enim Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis. Et vere eſt & ille Magnus, quia maior inter natos mulierum Propheta Ioanne Baptiſta, nemo eſt, habet tamen maiorem, quia qui minor eſt in Regno Dei, maior eſt illo.* Et Rurſus, *Magnus ergo Ioannes, ſed iſtius magnitudo principium habet, Dominus autem Ieſus idem eſt finis, atque principium; idem primus ac nouiſſimus, nihil ante primum, nihil vltra nouiſſimum.* Quapropter meritò dicebat ipſe Iohannes, cum ad eum referrent eius diſcipuli, quod multi eum relin-

querent & omnes penè Chriſtum ſequerentur : *Illum opportet creſcere, me autem minui.* Nec enim vlla erat comparatio inter ſeruum & Dominum, inter ſubditum & Regem, inter lucernam & & ſolem, inter præcurſorem & Meſſiam, inter hominem & Deum, inter vocem & verbum: Vox erat Ioannes, *Ego Vox clamantis in deſerto* verbum Chriſtus, quia *verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis*. Ioannes erat tantum homo: *Fuit homo Miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes*: Chriſtus non ſolum homo, ſed etiam Deus: *Verbum* enim *erat apud Deum, & Deus erat verbum.* Præcuſor erat Ioannes, *Preibis enim ante faciem Domini parare vias eius.* Meſſias verò Chriſtus, *Ipſe* enim *erit expectatio gentium.* Ioannes erat tantum lucerna; *Non* enim *erat ille lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine.* Quapropter dicitur quod erat *Lucerna ardens ante Dominum*: Chriſtus autem *erat Lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Quapropter

predixerat Malachias capite. 4. verſ. 2. *Orietur vobis timentibus nomen meum Sol Iuſtitiæ :* Et ipſemet Chriſtus de ſeipſo dicebat , *Ego ſum lux mundi.* Preco fuit D. Ioannes : *Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius* , Venit enim *predicans Baptiſmum pœnitentiæ* : Chriſtus verò Iudex , quia *Omne iudicium dedit Pater Filio.* Iohannes erat ſubditus , *Confeſſus eſt & non negauit , confeſſus eſt quia non ſum ego Chriſtus.* Rex verò fuit Chriſtus : *Ecce Rex tuus venit tibi mãſuetus* inquit Zacharias. Seruus erat Ioannes , dicebat enim , *Non ſum dignus calceamenti eius corrigiam ſoluere* : Chriſtus verò Dominus , *Ego Dominus & Magiſter* inquit ipſemet Chriſtus. Ioannes denique ſignum fecit nullum : Chriſtus verò tot edidit ſigna & prodigia , vt omnes homines in admirationem ſui raperet videntes ſigna que faciebat. Dicebant enim neſcientes eſſe Chriſtum *Chriſtus cum venerit , nunquid plura ſigna faciet quam quæ hic facit.* Tantaque

mirabilia fecit : vt homines dicerent. *Quia vidimus mirabilia hodie.*

Luc 5. v. 25.

Quis igitur *in nubibus æquabitur Domino, ſimilis erit Deo in filijs Dei? Deus qui glorificatur in conſilio ſanctorum, magnus & terribilis ſuper omnes, qui in circuitu eius ſunt. Domine Deus virtutum, quis ſimilis tibi, potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo. Tu Dominaris poteſtati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas:* inquit Regius vates Pſal. 88. v. 8.

Quapropter diſcipuli Chriſti cum tempeſtatem ſedaſſet, *Quis eſt hic* dicebant, *quia mare & venti obediunt ei?* Admirantes magnitudinem virtutis Chriſti, quod ſolo nutu & imperio mare quietum reddidiſſet, & ingentes nymborum procellas ſedaſſet.

Miracula enim quæ fecit Chriſtus Ieſus erant ſufficientia ad manifeſtandam magnificentiam ipſius, præſertim propter tria. Primo quidem propter ipſam operum mirabilium ſpeciem, quæ tranſcendebat omnem creatæ virtutis potentiam vt ait D. Thom. 3. p. q. 43. a. 4. Et ideo non poterāt fieri niſi virtute diuina. Qua qui-

Miracula Chriſti magnificentiam eius oſtendebāt præſertim propter tria.

Item de re cœcus illuminatus Ioann. 9. dicebat, *A ſeculo non eſt auditum quod quis aperuerit oculos cœci nati, niſi eſſet hic à Deo, non poterat facere quicquam.*

Secũdo propter modũ miracula faciẽdi, quia ſcilicet quaſi ex propria virtute Chriſtus miracula faciebat, non autem orando ſicuti alij. Vnde legitur Lucæ 6. quod *virtus de illo exibat, & ſanabat omnes*, per quod oſtenditur (vt ait Cyrillus) quod ab alio virtutem non mutuabatur, nec alienam emendicabat poteſtatem: ſed cum eſſet naturaliter Deus, propriam virtutem ſuper infirmos oſtendebat. Et ex hoc etiam manifeſtè probabat Virtutem ſe habere Deo Patri coæqualem. *Quacũq; enim pater facit, hæc & filius ſimiliter facit: & ſicut pater ſuſcitat mortuos & viuificat. Sic & fili⁹ hominis quos vult viuificat.*

Tertio propter ipſam, quam miracula faciens prædicabat doctrinam. Nam ſe ſe Deum palàm eſſe docebat. Vnde illi dicebant Iudei, *Quia tu homo cum ſis, facis te ipſum Deum.* Niſi igitur vere fuiſſet Deus: Deus vtique miraculis diuina virtute factis, eius doctri-

næ non fuiſſet ad ſtipulatus; nec illam cõfirmaſſet miraculis, niſi fuiſſet vera; nec dæmones illi paruiſſent, quando illos vi ex corporibus propria auctoritate expellebat. Vnde qui tunc aderãt dicebant. Marc. 1. *Quænam eſt doctrina hæc noua, quia in poteſtate ſpiritibus immundis imperat, & obediunt ei.* Qua propter idem D. Thom. ibidem art. 2 dicit quod miracula ſola virtute diuina fieri poſſunt, quia ſolus Deus poteſt mutare naturæ ordinẽ; quod pertinet ad rationẽ miraculi: & art. 3. dicit quod miracula facta ſunt à Chriſto, tũ ad cõfirmationẽ doctrinæ ſuę, tũ ad oſtẽdẽdum diuinam virtutem in ſe reſidere.

Ad verum miraculũ quattuor requiruntur.

Ad hoc enim quod aliquid verum dicatur miraculum, quattuor requiruntur, vel concurrunt, inquit D. Bonau. in compendio Theologicæ veritatis l. 1. cap. 28. Primum eſt quod ſit à Deo. Secundum quod ſit præter naturam. Tertium quod ſit euidens. Quartum quod ſit ad fidei corroborationem. Vnde ſi aliquid iſtorum quattuor defuerit, præſertim primum, & ſecundum, iam miraculum, non dicetur id

quod efficitur, licet ſit mirum.

Sunt autem quædam quæ facta ſunt à Chriſto ſupra naturam, quædam contra naturam, quædam præter naturam, & quædam ſecundum naturam. Secundũ naturam dicuntur, quæ naturæ curſum imitantur: Et hæc in Chriſto licet non eſſent miracula, erant tamen mirabilia: mirabile enim erat quod in terris viſus ſit, & cum hominibus conuerſatus ſit; Et ideo in ipſis etiam operibus naturalibus videbatur magnus, quia omnia opera eius erant admiranda.

Opera Chriſti quædam cõtra, quædam ſupra, quædam præter, & quædam, iuxta naturam.

Præter naturam opera dicuntur, quæ fiunt quidem ordine ſimili naturæ, nõ tamen ſecundum curſum naturæ, aut per principia naturalia, cuiuſmodi erant multæ ſanitates, quæ Chriſtus elargitus eſt infirmis, vt cum *Socrus Simonis tenebatur magnis febribus*. Poterat enim ſanari temporis ſucceſſu, ſed quod fuerit ſanata in inſtanti per virtutem Chriſti, fuit præter naturam non ſolum mirum, ſed etiam miraculum. Vnde in hoc operum genere Chriſtus poteſt dici fuiſſe magnus,

Sed multo magis in his, quæ ſunt contra naturã, ideſt quæ fiunt vſu cõtrario naturæ, licet terminẽtur ad cõformitatem naturæ, ſicut eſt cœci nati illuminatio, quapropter dicebat ille cæcus natus, quod a ſeculo non erat auditum quod quis aperuiſſet oculos cœci nati. Supra naturam denique dicuntur illa fieri opera, quibus non eſt ſimile in natura, nec in potẽtiis naturæ, ſicut eſt mortuum ad vitam reuocare, aut quod adhuc maius eſt, ſeipſum iam peremptumr eſuſcitarepropria virtute. Quod cum Chriſtus effecerit, iure Angelus dixit, *hic erit magnus.*

Bene magnus quia filius altiſſimi merebitur appellari, an non magnus, cuius magnitudinis non eſt finis? Et quis magnus (ait Dauid) ſicut De⁹ noſter? Plane magnus, quia tã magnus, quã altiſſimus, inquit D. Bern. ſuper Miſſus eſt hom. 4.

Narrat Plutarchus lib. 2. de fortuna Alexãdri, quod cũ oẽs pictores & ſculptores varijs modis eũ depingere aut effingere ſtuderẽt, quo ei⁹ gratiã inirẽt vel certè proſperitati fortunæ ei⁹ arriderent, ſicut ſolent multi cum omnia

fauſta

fauſta fæliciaq; ſuccedunt, vnus inter alios perditæ adulationis Staſicrates Alexandrum adijt, magnoq; verborũ lenocinio animum eius demulcens, & auribus eius pruriens, ſpopondit ſe illi coloſſum erecturum, ſi vellet, qui capite cœlum prope tangeret, vna manu concham teneret, quâ mare effunderet. Altera vero ingentem ciuitatem ſitu & poſitione inexpugnabilẽ, corpus vero illius incorruptibile ob materiæ ſoliditatẽ efficeret, pedeſque immobiles ob baſis ſtabilitatẽ. A quo cum Alexander percunctaretur quomodo id efficere vellet. Reſpondit ſe montem Athon exciſſurum, ac inde ſtatuam effecturum, itaut vertice nubes excederet, ac pœnè cœlum contingeret, pro baſi verò totam terram haberet, in manu dextra mare, & in ſiniſtra ciuitatem concluderet. Riſit Alexander hominis veſanam adulationem, atq; id quod proponebat, tamquam impoſſibile factu deſpexit, eò quòd arbitraretur nec artis, nec naturæ vires eò vſq; pertingere poſſe, vt talem Colloſſum efformaret, ſed liceat

Digitized by Google

Alexandrō ridere ineptiſſimi hominis futilem policitationem: liceatque ridere huiuſmodi homines inſulſiſſimos, qui vt Regibus & Principibus obpalpent, monſtra loquuntur, & portenta promittunt, montes excindũt, maria pugno concludũt, & cælum palmo dimetiũtur, terramq; pede propellunt: nō huiuſmodi eſt Gabriel qui magna polliceatur inſulſè, cũ ait Virgini de filio, quem erat editura, *hic erit magnus*; breuiter enim & non iactanter omnia concluſit, oſtenditque Deum ſummum opificem, qui fabricatus eſt auroram & ſolem, & appendit molē terræ tribus digitis, & cælos palmo ponderauit, ſe ſtatuā aut coloſſum ex monte Virginis effecturum (qui ritè mons Athos, ideſt ſanctus poteſt appellari, & mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo) cuius caput ad cælum vſq; pertingat, *Cælum quippe mihi ſedes eſt.* Terramque pedibus conculcet, *Terra autem ſcabellum pedum meorum.* Cuius dextera mare cōcludat, *Menſus eſt* enim *pugillo aquas, & concluſit oſtijs mare.* Cuius ſiniſtra ci-

…itates complectatur, *librans in pondere montes & colles in ſtatera*. Et materia corporis eius ſit incorruptibilis, quia *non dabis ſanctum tuum videre corruptionem*. Duratione coloſſus æternus *Christus enim manet in æternum*; Diuinitate immobilis. Quia *ego Deus & non mutor*. Magnitudine immenſus, *Cælum quippe & terrā ego impleo dicit Dominus*.

Cum autē Beatiſſima Virgo peteret, *Quomodo fiet iſtud*: Angelus ſapienter reſpondit, *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi: ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei*. Mons enim Athos altiſſimus eſt, omnemque nubium altitudinem tranſcendit, itaut nunquam in eius verticem imber decidat, vt auctor eſt Solinus: eiuſque vmbra vſque ad inſulam Lemnon, & ad forum vrbis Mitylenæ pertingat, quæ per ſex & octoginta millia paſſuum ab eo diſtat. Quæ omnia Beatiſſimæ Virgini quàm bene conueniunt: quamuis enim humillima eſſet in radice, altiſſima tamen erat in merito, quia exaltata eſt ſuper

choros Angelorum ad cœleſtia regna & ideo erat mons magnus, *mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo.*

Et nunquam ſuper hunc montem imber cecidit, quia ſine ſemine & cõmercio viri de Spiritu ſancto cõcepit, Nã *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*, vmbraque eius longè latèq; ſe ſe diffudit & protegit, quia *virtus altiſsimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod naſcetur ex te ſanctũ vocabitur filius Dei*, & imago ſeu ſtatua in vtero eius formata ex puriſſima ſanguinis ei' materia tã ſublimis erat, vt caput ſuper ſidera conderet, *Caput enim Chriſti Deus*, vt ait Apoſtolis 1. Cor. 19. *excelſior namq; cælo eſt, & quid facies?* Pedes vero ideſt humanitas vſq; ad centrum pœnetrauit. *Profundior quippe inferno, et vnde cognoſces?* In dextera tenet concham mare effundentem, nempe fontem baptiſmatis & *lauachrum regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abundè*, Omnia ſiquidem peccata noſtra proiecit in profundum maris. In ſiniſtra vero vrbem tenet ingentem, nempe Eccleſiam per totum orbem

Digitized by Google

diffuſam, *Hieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipſum. Glorioſa quippe dicta ſunt de te, ciuitas Dei.*

Vnde dicebat Regius vates Pſal. 134. *Quia ego cognoui, quod magnus eſt Dominus, & Deus noſter præ omnibus dijs. Omnia quæcunque voluit Dominus fecit, in cælo, & in terra, in mari, & in omnibus abiſſis.* Magnus igitur fuit in mari. Magnus etiam in terra, *fecit enim mirabilia magna ſolus*, vt prædixerat Regius vates Pſal. 135. Magnus fuit in miraculis: *Niſi enim opera feciſſem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent*, dicebat ipſemet Chriſtus. Magnus in operatione, *Magna enim opera* Domini *exquiſita in omnes voluntates eius*, ait Pſaltes Pſal. 110. & ideo *Magnus* Dominus *& laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis, generatio & generatio laudabunt opera tua, & potentiam tuam pronunciabunt: Magnificientiam ſanctitatis tuæ loquentur, & mirabilia tua narrabunt, & virtutem terribilium tuorum dicent, et maguitudinem tuam narrabunt.* Vt dicitur Pſal. 144.

choros Angelorum ad cœleſtia regna & ideo erat mons magnus, *mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo.*

Et nunquam ſuper hunc montem imber cecidit, quia ſine ſemine & cõmercio viri de Spiritu ſancto cõcepit, Nã *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*, vmbraque eius longè latèq; ſe ſe diffudit & protegit, quia *virtus altiſsimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod naſcetur ex te ſanctũ vocabitur filius Dei*, & imago ſeu ſtatua in vtero eius formata ex puriſſima ſanguinis ei' materia tã ſublimis erat, vt caput ſuper ſidera conderet, *Caput enim Chriſti Deus*, vt ait Apoſtolis 1. Cor. 19. *excelſior namq; cælo eſt, & quid facies?* Pedes vero ideſt humanitas vſq; ad centrum pœnetrauit. *Profundior quippe inferno, et vnde cognoſces?* In dextera tenet concham mare effundentem, nempe fontem baptiſmatis & *lauachrum regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abundè*, Omnia ſiquidem peccata noſtra proiecit in profundum maris. In ſiniſtra vero vrbem tenet ingentem, nempe Eccleſiam per totum orbem

diffuſam, *Hieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipſum. Glorioſa quippe dicta ſunt de te, ciuitas Dei.*

Vnde dicebat Regius vates Pſal. 134. *Quia ego cognoui, quod magnus eſt Dominus, & Deus noſter præ omnibus dijs. Omnia quæcunque voluit Dominus fecit, in cælo, & in terra, in mari, & in omnibus abiſſis.* Magnus igitur fuit in mari. Magnus etiam in terra, *fecit enim mirabilia magna ſolus*, vt prædixerat Regius vates Pſal. 135. Magnus fuit in miraculis: *Niſi enim opera feciſſem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent*, dicebat ipſemet Chriſtus. Magnus in operatione, *Magna enim opera Domini exquiſita in omnes voluntates eius*, ait Pſaltes Pſal. 110. & ideo *Magnus* Dominus *& laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis, generatio & generatio laudabunt opera tua, & potentiam tuam pronunciabunt: Magnificientiam ſanctitatis tuæ loquentur, & mirabilia tua narrabunt, & virtutem terribilium tuorum dicent, et maguitudinem tuam narrabunt.* Vt dicitur Pſal. 144.

Digitized by Google

Quod enim res producatur ab agente ſucceſſiuè, hoc attribuitur naturæ, & dicitur opus naturale. Quod verò producatur ab agente diſſimili, non quidem penitus ſuceſſiuè, nec penitus in inſtanti: ſed medio quodam modo, quaſi in tempore imperceptibili & repente, applicando actiua paſſiuis, aut remouendo prohibens, vt tollendo pleuram è latere, aut calculum ex renibus, vel quid ſimile, poteſt attribui Angelis & dæmonibus, & dici mirabile: ſed non eſt miraculum. Nam ad verum miraculum requiritur quod res fiat in inſtanti ab agente diſſimili. Et hic caſus eſt ſoli Deo & Chriſto reſeruatus. Sicuti eſt vera mortuorum ad vitam reuocatio: vera cœci nati (qui nullos habebat prorſus oculos) illuminatio. Et ideo bene de Chriſto dicitur *hic erit magnus*, quia nulla eſt creatura, quæ in hoc poſſit illi comparari: quamuis enim aliqui ſancti miracula magna ediderint, nullus tamen propria auctoritate, vt Chriſtus imperando hoc effecit.

Quid ad verũ miraculum requiratur.

Quid enim erat videre propria Chriſti virtute, & ſolo nutu & imperio dæmones expelli, paraliticos ſanari, hydropicos detumeſcere, leproſos mundari, cæcos illuminari, debiles & claudos erigi, ſurdos audire, mutos loqui, mortuos excitari, atque etiam alia innumerabilia edi miracula, quæ nec lingua referre, nec intellectus capere ſufficit.

O ſtupor, ô magna & ineffabilis virtus, & operatio Chriſti. Verè nunc cum Eccleſiaſtico capite 43. verſ. 33. dicere vobis poſſum, *Benedicentes Dominum exaltate illum, quantum poteſtis: maior eſt enim omni laude: exaltantes eum replemini virtute, ne laboretis, non enim comprehendetis; Quis videbit eum & enarrabit? & quis magnificabit eum, ſicuti eſt ab initio. Multa abſcondita ſunt maiora his: Pauca enim vidimus operum eius.*

Sed quia iam hora dicendi pene videtur elapſa, ſupereſt vt oſtendamus *Chriſtus Magnus in ſermone.*

illum etiam fuiſſe magnum in verbo & Sermone. Quod non difficile erit probare, ſi ſolum attendamus quomodo res tam miras, quas ſupra retulimus edebat. Solo enim verbo plerumq; hæc effeciſſe deprehendemus.

Quod optimè aduertens Centurio apud D. Marc. cap. 8. cum Chriſtus polliceretur ſe vẽturum ad ſanandum ſeruum ſuum Paraliticum, *Domine* inquit *non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum: Sed tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus*: & ibidem etiam narratur verſ. 16. *quod eijciebat Spiritus verbo, & omnes male habentes curauit.* Quod acutè proſpiciens dæmon, tanquam calidiſſimus veterator, cum Chriſtum tentaret, non expetiit vt lapides tangeret ad hoc, vt illos in panes conuerteret: *Sed ſi filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant*, inquit ſciebat enim ille vafer quod dicere Dei ad extra facere eſt: & ideo quod Chriſtus ſi filius Dei erat, æquè ſolo verbo dicendo, ſicuti manu tangendo poterat lapides in panes conuertere,

Nam ſicut Deus ſolo verbo omnia condidit, cœlum, terram, cæteraq; omnia, quæ cœli aut terræ ambitu cõtinentur, *dixit enim & facta ſunt, ipſe mãdauit & creata ſunt. Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.* Sic filius Dei, cum ſit æqualiter Deus, & eiuſdem poteſtatis, ac maieſtatis, ſicuti pater, ſolo verbo æqualia etiam, ſicuti pater, poterat opera facere. Vnde cũ ſolo verbo, & ſermone, ęgrotos curaret, mortuos reſuſcitaret, & alia mira, nec ſatis vnquam mirata ederet opera, ſatis oſtendebat ſe viuum & verum eſſe Dei filium. Quapropter Angelus poſtquam dixit, *hic erit magn⁹* ſtatim ſubdit, *Et filius altiſſimi vocabitur.* Satis enim opera ipſa quæ edidit, & verba quæ ptotulit, prodebant illum eſſe verum Dei filium, patrique coęqualem, *Nunquam enim ſic loquutus eſt homo*, vt homines eum audientes referebant, & diſcipuli eius ad ipſum dicebant: *verba vitæ æternæ habes:* & ipſe dicere ſolebat *verba quæ ego loquor vobis, ſpiritus & vita ſunt,* Ioannis

2. verſ. 68. & cap. 14. verſ. 12. *Verba quæ ego loquor vobis, à me ipſo non loquor, Pater autem in me manens, ipſe facit opera.* *Quapropter* verba eius non ſolum oſtendebant illum eſſe magnum, ſed etiam verum Dei filium prout ſcriptum erat, *Aperiam in parabolis, os meum loquar propoſitiones ab initio. Seu eructabo abſcōdita ab initio:* quodipſemet Chriſtus de ſe ipſo interpretatur, Math. 13. verſ. 35.

Sicut igitur filius Regis, ſi veſte peregrina, aut detrita eſſet indutus, non in habitu, nec in geſtu, aut alia forſitan corporis parte dignoſceretur; ſed ſolum in voce: ſic filius Dei cum veſte peregrina, nempe noſtræ humanitatis eſſet indutus, licet alio modo non poſſet agnoſci, ſolo tamen verbo, & ſermone, ſatis oſtendebat ſe verum eſſe Dei Filium. Sed de hoc, ſequenti ſermone plura dicemus; in præſenti ſufficiat dicere, quod magnus fuit Chriſtus, dotibus animi, magnus operum præſtantia, magnus denique virtute verbi, & Angelum

merito dixiſſe : *Hic erit magnus.*

Sed cùm illum magnum eſſe ſciamus, quid eſt, quod tamen illum non timemus ? & cùm animi eius ſcientiam latere non poſſimus, aut oculos mentis eius, omnia clarè contuentes effugere, quomodo coram illo, ita effrenatè peccare audemus? Cũ mira eius opera recenſeamus, & ineluctabilem eius potentiam agnoſcamus, quomodo tamen illum non reueremur ? Cum denique verba eius diuina prædicemus, quid eſt quod illis non paremus ? O Miſeri & inſenſati, ac pene ſtupidi & ſtolidi homines. Bona quidem videmus, ſed illa non ſequimur : Immo potius deteriora, prout & ille dicebat, *Deteriora ſequor.* Multique nunc poſſunt dici magni, non vt erat Chriſtus *In fortitudine*, quia *fortes ſunt* ſolum *vt faciant mala, benè autem facere neſcierunt.* Non in virtute, potius enim quilibet veſtrum dicere poteſt. *Aruit tanquam teſta virtus mea.* Non Conſilio. *Gens* enim *abſque conſilio eſt, & ſine*

prudentia. Nõ Sacerdotio, *Quia ſicut populus ſic ſacerdos* Non decore *Egreſſa eſt* enim *a filia Syon* ideſt ab anima rationali *omnis decor eius*, Non potentia, niſi bibendi: *væ* namq; *Vobis, qui potentes eſtis ad bibendumvinum, & miſcendã ebrietatẽ à maneuſq; ad veſperã, vt vino æſtuetis*, Nõ ſanctitate *perijt* enim *ſanctus de terra, & rectus in hominibus non eſt*. Non Prophetia *iam* enim *non eſt Propheta Prophetæ* quippe *tui viderunt tibi falſa et ſtulta*.

Non dilectione *Diligit* namq; *Dominus filios Iſrael* : *At ipſi diligunt vinacia vuarum*, vt ait Malachias Propheta.

Non dulcedine *dulcedo* quippe *illius vermis. Ducis ei fuit glaries Coccyti*.

Non charitate: *Charitas* enim *non irritatur, non æmulatur, non agit perperam*, Sicut homines faciunt.

Non denique gloria, niſi vana. *Gloria namque eorum a partu ab vtero, et à conceptu*.

ET FILIVS ALTISSIMI VOCABITVR.

SERMO DECIMVS QVINTVS.

APoſtolus Paulus diuini interpres verbi, Chriſti Domini excellentiam commonſtrare volens ad Heb. 1. *tanto* inquit *melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomē hæreditauit, cui enim dixit aliquando Angelorum filius meus es tu, ego hodie genui te? & rurſum. ego ero illi in patrem & ipſe erit mihi in filiū.* Nec immerito; ex hoc enim optimè probat tantam eſſe differentiam inter excellentiam Chriſti, & cuiuſuis quantumlibet ſublimis Angeli, quanta eſt inter appellationem filij & ſerui. Si enim nomina rebus conuenire debent

Digitized by Google

aut res nominibus, vtique tantò excellentior debet eſſe Chriſtus quolibet Angelo, non ſolum ſecundum diuinitatem, ſed etiam ſecundum humanitatem, ratione ſaltem vnionis hypoſtaticæ: quantò nomen filij eſt dignius quàm nomen ſerui. Et ideo Angelus prædicans & prædicens Virgini excellentiam filij, quod *filius altiſſimi vocabitur*, Non ſolum vult oſtendere illum futurum eſſe magnum: Sed omnem celſitudinem cuiuſlibet creaturæ ſuperaturum, & omnes Angelos, ac Angelorum choros dignitate exceſſurum, cum omnes Angeli ſint adniniſtratorij ſpiritus, vt ait idem Apoſtolus: vel miniſtri & ſerui, vt ait Pſaltes, *Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem vrentem*: filius verò Virginis, eſt etiam filius Dei.

Hîc enim *vocari* (quando dixit Angelus, *Et filius altiſſimi vocabitur*) ſumitur pro *eſſe*, ſecundum conſuetudinem Hebraicæ linguæ, vbi *vocari* pro *eſſe* ſolet ſumi, vt apud Iſaiam capite. 1. verſ. 26. *Poſt hæc vocaberis ciuitas*

Digitized by Google

iuſti, *vrbs fidelis*, ideſt eris ciuitas iuſti. nam vt optimè ait D. Hilarius lib. 3. de Trinitate, *Hic verus & proprius eſt filius; origine, non adoptione: veritate, non nuncupatione: Natiuitate, non creatione*. Quod D. Bonauen. interpretatur Chriſtum dici filium Dei origine contra Photium, veritate cōtra Sabellium, natiuitate contra Arium.

Et ideo ſolus filius Viginis eſt filius Dei altiſſimi, quia ab æterno ipſe producitur à Patre per modum intellectus & naturæ, generatione ſcilicet & emanatione naturali, atque in vnitatem eſſentiæ: cæteri vero omnes, ſi qui dicuntur filij Dei, cum in eadem non communicent ſubſtantia & natura cum Deo: ſed longe ſint ab eo natura & ſubſtantia diuerſi, non ſunt natura filij, ſed ſunt ſolum filij adoptione, aut nuncupatione, aut creatione. Vel enim conformantur in ratione imaginis & ſimilitudinis gratuitæ, ſed non in natura, & ſic dicuntur filij per

adoptionem: aut conformãtur in ratione Imaginis Dei naturaliter homini impreſſæ (factus eſt enim ad imaginem & ſimilitudinem Dei) ſed diſcordant ab eo per oppoſitionem voluntatis, ſicut ſolent peccatores, qui obedire Deo nolunt, & ſic dicuntur aliquando filij nuncupatione: vel denique conformantur quantum ad rationem ſolum Imaginis naturaliter impreſſæ, ſed non communicant in eadem natura & eſſentia, & ſic dicuntur ſolum filij creatione, *Nunquid enim non ipſe eſt pater tuus, qui fecit, & creauit, & poſſedit te*, vt Deuter. 23. dicitur, vbi oſtenduntur qui dicantur filij creatione. *Ego dixi Dij eſtis & filij excelſi omnes*, dicitur eis ad quos ſermo Dei factus eſt. (vt ait Chriſtus) per quod ſignificatur quod etiam peccatores ad quos Dei ſermo factus eſt, dicuntur aliquando filij Dei, ſed nuncupatione non veritate rei, ideſt nomine tenus, non re. *Et dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius*, vt ait D. Ioann. c. 1. per quod oſtẽdit nonnullos dici filios adoptione nõ natiuitate. Chriſtus

autem

Digitized by Google

autem fuit verus & proprius Dei altiſſimi filius, origine non adoptione, veritate non nuncupatione, natiuitate non creatione, quod vt verius eluceſcat, paulò fuſiùs & diſtinctiùs ſingula comprobemus.

Diuiſio & ordo dicendorum.

Filius altiſſimi fuit origine, non adoptione. Cum namq; *In forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo*, Quamuis enim ſecundum naturam diuinam non ſit à Virgine genitus, quia tamen ille idem eſt filius Dei, qui naturam humanam aſſumpſit: ratione perſonæ, idem dicitur filius Dei, qui filius Virginis, & filius Virginis, qui filius Dei: quia æquè natura humana eſt in ipſo ſuppoſito filii, ſicuti natura diuina.

Et cum filiatio non dicatur de natura nuda & ſimplici, natura enim diuina nuda & ſimplex non dicitur filius Dei; ſed ſuppoſitum quod eſt in natura, per modum originis naturalis productum: ſicut natura nuda & ſimplex humana non dicitur filius Virginis, ſed ſuppoſitum in quo eſt ipſa natura, nempe perſona verbi; reſtat quod ſoli

Filiatio non dicitur de natura nuda, ſed de perſona.

Digitized by Google

Perſonæ,& ſuppoſito,ſeu hipoſtaſi,ratio filiationis competat.

Vnde cum vna & eadem ſit perſona verbi, in qua eſt natura humana ſicuti & diuina, reſtat vt vnus & idem ſit filius Dei, & Beatiſſ. Virginis : & ideo optimè Angelus poſtquam dixit Beatiſſ. Virgini : *Ecce concipies & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum*, ſubdidit, *hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur*, vt oſtenderet eumdem futurum filium Virginis & Filium Dei. Per quod cõfoditur error Neſtorij,qui ponebat duas in Chriſto perſonas, ſicuti & duas naturas, perſonam hominis diſtinctam à perſona filij Dei. Tunc enim verum non eſſet,quòd dixit Angelus, *Ecce concipies, & paries filium, & filius altiſſimi vocabitur*, & infra rurſus, *quod naſcetur ex te ſanctum,vocabitur filius Dei*: Idem enim qui eſſet filius Virginis, non eſſet Filius Dei; & qui natus eſt ex Deo,non eſſet natus ex Virgine, quia alia & alia eſſet perſona. Vnde Neſtorius nolebat Beatiſſ. Virginem vocari θεότοκον ſed χριςότοκον quaſi ſolum hominem, & non Deum ge-

Idem Filius Virginis qui filius Dei.

Digitized by Google

huiſſet : quod apertè Angelus oſtendit eſſe falſum : Cum dicit filium virginis dici debere filium altiſſimi.

Confoditur etiam error Photini, de quo ſic ſcribit Epiphan. Hereſ. 71. quòd aſſerebat *ab initio Chriſtum non eſſe, verum ex Maria originem traxiſſe, & huc vſque ipſum exiſtere, ex quo Spiritus ſanctus*, inquit, *ſuperuenit in ipſam*, Si enim verus eſt Filius Dei altiſſimi, vt ait Angelus quod *Filius altiſſimi vocabitur*, vtique naturam diuinam debuit habere, & ante Virginem exiſtere. Non enim adoptione dicebatur filius, ſed origine, quia filiatio reſpicit perſonam vt diximus: Adoptio verò in adoptato præſupponit extraneitatem, inquit D. Bonauentura in 3. D. 10. q. 1. a. 2. & ponit gratificationem, & ordinat ad poſſidendam hæreditatem, & iſta ſunt tria ipſi adoptioni ſubſtantialia. Ad hoc enim quod aliquis dicatur filius per adoptionem, requiritur quod perſona illa ante adoptionẽ aliquomodo extranea fuerit, quia proprij filij nõ adoptantur, ſed alieni. Neceſſe eſt etiã

Tria reperiuntur in omni adoptione.

quod recipiat donum gratiæ, per quod ordinetur ad poſſidendam hæreditatem. Quamuis autem in Chriſto gratiæ fuerint in ſummo (habuit enim gratiam capitis, gratiam vnionis, & gratiam ſingularis perſonæ) & quamuis etiam ius habuerit ad poſsidendam hæreditatem, iuxta id quod dicitur Pſal. 3. *Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ*, Quia tamen nuſquam a patre fuit extraneus, nec vllam in natura habuit ab illo extraneitatem: Sed eamdem prorſus & eſſentiam & ſubſtantiam habuit, & quicquid eſt patris, ab æterno etiã fuit filij. *Omnia* enim *mea, tua ſunt, & omnia tua, mea*, Nõ poteſt dici filius adoptione ſed origine.

Quapropter ipſe dicebat, *Antequam Abraham fieret ego ſum*, Per quod dãnat impiam Photini blaſphemiam, qui volebat Chriſtum ante Mariam non extitiſſe: quia ſi erat ante Abraham, erat dubioprocul etiam longè ante Mariam. Damnat etiam impiam Neſtorij hæreſim, quia ſi idem ipſe fuit ante Abraham, vtique idem

erat filius Dei qui filius virginis,&non alius. Quia ſi eſſet alius & alius, non poſſet dicere *antequam Abraham fieret ego ſum*: Non enim idem ille fuiſſet, ſed alius: quapropter non deberet dicere *ego* ſed *alius*.

Vnde D. Ambroſ. a Diuo Bonauen. citatus, vbi ſupra, *Legi* inquit *& relegi ſcripturas, & Ieſum dici filium Dei nunquam adoptione inueni.*

Auguſt. quoque in Eccleſiaſt. dogmatibus cap. 2. Rationem huius rei reddit, quia *Natus eſt* inquit *ſecundum veritatem naturæ ex Deo Dei filius, & ſecundum veritatem naturæ ex homine hominis filius, vt non adoptione, non appellatione, ſed vtraq; natiuitate filij nomen naſcendo haberet.* Quod etiā probat D. Bonau. ibidem, quia quicumq; adoptatur, de nō filio fit filius; ſi enim eſſet iam filius, non adoptaretur in filium: Chriſtus autem ab æterno fuit filius Dei ſecundum diuinam naturam, & ſtatim cum factus eſt homo, fuit filius ſecundum humanā, & nunquam vllum fuit temporis interuallum, in quo non fuerit filius Dei, quia ſemper filius eius

Ratio cur Chriſtus non poßit dici filius adoptiuus.

Probatio. D. Bonau.

fuit, nec vnquam extitit, quin eſſet filius, nec filius eſſe vnquam deſtitit, conſequenter non poteſt dici filius adoptiuus Quamuis enim gratiam (vt diximus) habuerit, & ius ad hæreditatem, nunquam tamen fuit filius Virginis, quin etiã fuerit ſimul filius Dei: nec vnquam gratiam habuit, & ius ad hæreditatem regni, quin à primo ipſo inſtanti vtrumque habuerit: habuit enim gratiam in ſummo, in ipſo primo conceptionis articulo, habuit & gloriam; quæ non ſolum ſignificat habere ius ad regnũ & hæreditatem: ſed etiam regni & hæreditatis poſſeſſionẽ obtinere: quod nõ poteſt dici de filijs adoptiuis. Cum enim iam habent plenam hæreditatis poſſeſſionem, non amplius adoptantur, aut ſi adoptantur, nondum habẽt plenam hæreditatis poſſeſſionẽ. Adoptare nãq; ad hæreditatẽ eſt quaſi optare hæreditatẽ alicui, aut aliquem in hęreditate ſucceſſorẽ eligere, quã nondũ habet. Et qui adoptantur, quamuis gratiam adoptionis recipiãt, antequam tamen adoptarentur, illam non habebant: filius autem Virginis

nunquam fuit, quin gratiam habuerit in ſummo, & ideo nihil illi addi potuit: nec vnquam fuit, quin ſemper hæreditatem habuerit. Et ideo adoptiuus non poteſt dici filius; Adoptiuus enim filius non eſt filius naturalis adoptantis, ſed alicuius alterius, & idcirco fuit aliquando non filius adoptantis, priuſquam ſcilicet illum adoptaret in filiũ. Chriſtus autem qui eſt filius Virginis, nunquam fuit non Filius Dei; nunquã enim fuit inſtans, in quo poſſet dici Filius Virginis, & non Filius Dei, quia erat Filius Dei ab æterno, antequam eſſet filius Virginis.

Non filius Dupliciter poteſt dici.

Non filius autem, vt ait D. Bonauentura loco ſæpe citato Dupliciter poteſt dici, Negatiuè ſcilicet vel priuatiue: negatiue dicitur non eſſe Filius Dei, qui veram non habet filiationem Dei. Priuatiuè verò dicitur non eſſe filius Dei, qui eſt filius Iræ ſeu gehennæ, quatenus enim eſt filius Iræ, amittit filiationem Dei.

Ad hoc verò quod aliqua perſona poſſit in filium Dei adoptari, neceſſe eſt

quod prius vel non fuerit filius naturalis, vel quod pri' eſſet filius iræ. Si enĩ ſemper habuiſſet filiationem gratiæ, non diceretur adoptari in gratiam, quia cum dicitur in gratiam adoptari præſupponitur illam prius non habuiſſe, ſed in illam per adoptionẽ cooptari.

Cum igitur filius Virginis ſemper gratiam habuerit & nunquam negatiuè vel priuatiuè fuerit non filius, quia ſemper fuit filius Dei naturalis, & nunquam fuit filius irę, dici nõ poteſt adoptiuus, quia nec peccatum habuit, nec habere potuit, aut aliquam à Deo extraneitatem: omnes autem aliæ perſonæ humanę, aut habuerũt aut potuehabere peccatum, & conſequenter aliquam à Deo extraneitatem, & ideo ſunt filii adoptione non origine. Chriſtus verò è contra eſt filius Dei origine non adoptione. *Ratio cur Chriſtus non poßit dici adoptiuus.* Adoptio namque coaleſcere nunquam poteſt in vnitatem perſonæ, quia ſemper adoptatus remanet ab adoptante perſona diſtinctus: filius autem Virginis in vnitatẽ perſonæ coaluit cum filio Dei: nunquam igitur poteſt dici adoptatus.

Quia ſi Chriſtus diceretur filius adoptatus vel adoptiuus, æque ſibi eſſet filius, ſicuti Patri, cum adoptio ſit Trinitati communis: repugnat autem quod idem ſibi ipſi ſit adoptiuus, aut idem à ſeipſo adoptatus.

Et præterea in eadem perſona, reſpectu eiuſdem, non poteſt cōpetere filiatio naturalis & adoptiua, qui enim eſt naturalis filius alicuius, non eſt adoptiuus illius, & ſi eſt adoptiuus, iam non eſt naturalis eius filius: filius autem Virginis, eſt naturalis filius Dei: ait quippe adeum Pater æternus, *ex vtero ante luciferum genui te*, Non eſt igitur per adoptionem filius, ſed per naturam.

Adde hanc eſſe differentiam inter filium Dei adoptiuum & naturalem, quod filius Dei naturalis eſt genitus non factus: filius autem adoptiuus, eſt factus per adoptionem filius, & non genitus: filius autē Dei nunquā fuit factus, quia ab æterno erat filius; & ideo non eſt adoptiuus, ſed naturalis, & origine non adoptione filius.

Sed ſatis forſitan probatum ſit

filium Virginis eſſe filium Dei origine non adoptione.

Secunda pars ſermonis. Ad Probandum nunc, quod etiam ſit filius Dei veritate, non ſolum nuncupatione accingamur. Poſſet enim quis hoc nobis obiicere Angelũ non dixiſſe, erit filius altiſſimi, ſed ſolum *filius altiſſimi vocabitur*, ac proinde contendere ſola nuncupatione, non autem rei veritate filium Virginis eſſe filium Dei, prout contendebant Arriani & Neſtoriani. Sed ſatis ſupra oſtendimus hunc eſſe loquendi modum Hebraicæ linguæ, vt vocari ſumatur pro eſſe, & nomen pro ipſa re. Non enim Deus falſo nomina imponit. Nec Angelus verax falſum nomen imponendum prædicit, cum ait *filius altiſſimi vocabitur*: Sed ita rem ſe habere, ſicuti ſignificatur per nomen, innuit, cum ait *Filius altiſſimi vocabitur*. Hoc enim ex parte Dei annunciabat Virgini. Quapropter non ipſi Angelo, ſed Deo aſcribitur impoſitio nominis, cum ait Propheta, *Vocabitur tibi nomen, quod os Domini nominauit*: Deus autem non temere non caſu aut fortuito nomina imponit, ſed ita

ſẽper eſt in re, ſicut ſignificat in nomine, & ideo cum Angelus à Deo Miſſus, & à Deo inſtructus Virgini dixerit, quòd filius eius *filius altiſſimi vocabitur*, Dubioprocul non ſolum nomine, ſed etiam ipſa re erat filius Dei, Nec ſolum nuncupatione ſed veritate: Vnde Ambroſ. in 1. lib. de fide, *Per adoptionem nos filij Dei dicimur* inquit, *ille per veritatem naturæ eſt, quoniam æterna diuinitas filij cum plena humanitate, & etiam plena humanitas filij cum æterna diuinitate ſua, vna eſt in Trinitate perſona, & hæc non adoptiua, ſed propria, & perfecta, & ipſe totus in diuinitate ac humanitate ſua vnigenitus, verus eſt filius Dei.*

Quapropter cum Chriſtus ſciſcitaretur ab Apoſtolis, *quem me eſſe dicitis*? reſpondit Simon Petrus, *Tu es Chriſtus filius Dei viui*, quod illi à Patre reuelatum fuiſſe Chriſtus oſtendit. Si enim ſolũ dixiſſet. *Tu es Chriſt'*, & nõ ſubdidiſſet, *Filius Dei viui*, fortaſſe aurẽ perfidiæ arrigeret hæreticus, diceretq; illum quidem eſſe Meſſiam, ſed non eſſe verum filiũ Dei: vel ſi ſolũ dixiſſet *Tu es filius Dei*, ſed nõ dixiſſet *tu es Chriſtus*,

commentaretur ipſum quidem eſſe Deum, ſed non eſſe hominem: ſed cũ dicit, *Tu es Chriſtus filius Dei viui* omniũ hæreticorũ ora, fidei ſuæ pugno atriuit, vt dicitur in libro ſacro-ſyllabo. Quatenus enim illum dixit *Chriſtum* ideſt vnctũ, hominem eſſe demonſtrat. Quatenus verò ſubdit eum eſſe *filium Dei viui*, non ſolum hominem, ſed & Deum ipſum prædicat. Si enim nõ eſſet Deus verus. Nõ eſſet filius Dei viui. Illi enim qui ſolum nuncupatione ſunt filij Dei, & non veritate, non poſſunt dici filij Dei viui, ſed poti' Dei mortui, quia per mortẽ filii ſunt regenerati in filios Dei: aut ſaltẽ ſunt filii mortui, & æquinoce Dei, ſicuti homo mortu' dicitur ęquiuocè homo, & nõ verè. Qua enim ratione putatis Apoſtolum dicere, quod peccatores iterum Chriſtum crucifigunt in ſemetipſis? Crucifigi namque amplius non poteſt, cum ſit glorioſus & rediuiuus. *Quia Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam nõ moritur, mors illi vltra nõ dominabitur,* & ideo nõ poteſt amplius crucifigi: ſed hoc ideo dicit quia Deus videtur eſſe

omnia in omnibus. Nam vt ait Regius vates. *Cum Sancto Sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cum electo electus eris, & cum peruerſo peruerteris*. Nõ quod Deus vnquam peruertatur: ſed quia cum ſit immutabilis ad inſtar ſpeculi ſe habere videtur. Quod quãuis de ſe non mutetur nec varietur, prout illi tamen diuerſa obiiciuntur ſpectra, in illa transformari videtur. Sic eus cum ſit *ſpeculum ſine macula*, quamuis ſit immutabilis, ſecundum diuerſas creaturarum mutationes, & obiecta illi repræſentata, in varias formas videtur mutari: Et ideo cum hominibus iaculo linguæ nomen eius confodientibus, vel diuerſis peccatorum iaculis propriam conſcientiam vulnerantibus, ad inſtar videtur eſſe crucifixi, & ideo ait Apoſtolus, *Iterum crucifigentes eum in ſemetipſis*. Cum cæteris verò, qui iam in peccatis ſunt ſepulti & mortui, videtur ipſe quoque mortuus eſſe: & ideo peccatores non dicuntur filii Dei viui, ſed filii Dei mortui: *Conſepulti* enim *eſtis cum Chriſto per Baptiſma*, ait idem Apoſtolus.

Digitized by Google

Tertia pars ſermonis quomodo Chriſtus fuit filius natiuitate non creatione.

Denique bene etiã dixit Angelus *filius altiſſimi vocabitur*, fuit enim filius natiuitate non creatione. Chriſtus namque propriè creatura dici non poteſt. Ait enim Magiſter Senten. in 3. D. 11. ſimpliciter dici non debere, Chriſtum eſſe factum, vel creatum, cùm omnia per ipſum facta ſint. Vnde liquido aparet (inquit D. Auguſt. lib. 1. de Trinit. cap. 6.) *Ipſum factum non eſſe, per quem facta ſunt omnia*: Si autem factus non eſt, vtiq; etiam non eſt creatus. Si autem creatus non eſt, eiuſdem profecto cũ Deo ſubſtantiæ eſt (inquit Magiſter ibidem) omnis enim ſubſtantia quæ Deus non eſt, creatura eſt, & quæ creatura non eſt, Deus eſt: Et ideo natiuitate non creatione eſt filius. Nã ſi filius non eſt eiuſdem ſubſtantiæ cuius pater, neceſſario facta ſubſtantia eſt: & & ſi facta ſubſtantia eſt, nõ omnia per ipſum facta sũt: Si igitur, *Omnia per ipſum facta ſunt*, Facta vtique ſubſtantia non eſt.

Arrij hæc fuiſſe perfidia legitur, vt Chriſtum creaturã faceret, ideo effuſa ſunt viſcera eius, Crepuitque medius, proſtratus in faciem, ea

quibus Chriſtum negauerat fæda ora pollutus inquit D. Ambroſ. lib. 1. de fide.

Quãuis enĩ anima Chriſti fuerit creata, & caro ei' in vtero materno in inſtanti formata; quia tamen eius perſona, quæ eſt ſuppoſitum non ſolum diuinæ naturæ, ſed etiam humanæ, nũquam fuit facta, nec creata; ideò Chriſtus abſolutè non poteſt dici creatus, nec filius creatione, ſed natiuitate; vt enim ait D. Ambroſ. ibidem: *Nõ Deus factus eſt Dei filius natus eſt.* Quamuis poſtea ſecundum carnem homo factus ſit ex Maria Virgine. Licet igitur Apoſtolus ad Galath. 4. dicat. *Cum venit plenitudo temporis miſit Deus filiũ ſuum factum ex muliere, factũ ſub lege:* Non tamen intelligit factum eſſe filium, quaten' filius eſt, ſed quatenus ex Virgine carnem aſſumpſit humanam, ſic enim dicitur factus ex muliere, quemadmodum factus fuit ſub lege: ſub lege autem factus non eſt ſecundum diuinitatem, quia ſemper fuit ſupra legẽ, ſed ſolum ſecundum humanitatem, & ideo ſolum ſecundũ humanitatẽ, aut ſecundum carnem dicitur factus ex muliere,

itaut factura non diuinitati, ſed aſſumptioni corporis aſcriberetur. Quin ego auſim dicere, Apoſtolum propriè non dicere factum, ſed γενόμενον, quod aliquando generationem, aliquando factionem, aut potius quid indifferens ad quamcumque actionem, ſignificat. Hoc enim verbo vtuntur græci cum quid actum ſignificare volunt, & ideo Apoſtolus qui græcè ſcribebat, cum incarnationem verbi vellet exprimere, hoc vſus eſt verbo, ſicut & D. Ioannes Euangeliſta, cum dixit καὶ ὁ λόγος σάρξ ἐγένετο, Nō enim propriè voluitdicere, verbum eſſe factū, ſed carnē aſſumpſiſſe ac propterea verbo vſus eſt ἔγενετο, Quod propius ad genitum quàm ad factū accedit, ſaltem inde genitum videtur à Latinis eſſe deductū, & ſanè verbum diuinum nunquam propriè poteſt dici factum, ſicuti nec filius Dei, & conſequenter nec Chriſtus, qui eſt verus Dei filius. Deus enim æternus, Incarnationis Sacramētum ſuſcepit, non diuiduus ſed vnus, & in vtroque vnus, ſcilicet diuinitate & humanitate: Vnde ait *D* Bonau. quod

creatura

Creatura quantum eſt de ratione ſui nominis dicit reſpectum ad Creatorẽ. Et præterea dicit aliquid quod habet eſſe poſt nõ eſſe. Chriſtus autem in quantum dicitur filius altiſſimi, non poteſt dicere reſpectum ad Creatorem. Idem enim diceret reſpectum ad ſeipſum, quia cum filius Dei æquè ſit Deus, ſicuti & pater, vtpote eiuſdem naturæ & ſubſtantiæ: æque eſſet creator ſicuti & pater: & ideo ſi eſſet creatura diceret reſpectũ ad ſeipſum, tanquam ad creatorem, & idem diceretur creator ſui ipſius, quod videtur impoſſibile, vbi enim fuiſſet cum ſeipſum creaſſet? Neque etiam dicit aliquid, quatenus eſt perſona, & filius altiſſimi, quod habeat eſſe poſt non eſſe: ſemper enim fuit, vt filius altiſſimi, quia *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.* Et ideo ſi vere filius altiſſimi debuit, vocari vt Angelus prædixit, quod *Filius altiſſimi vocabitur,* debuit eſſe filius origine non adoptione, veritate non nuncupatione, & natiuitate non creatione. Nos autem ſumus ſolùm filij

creatione, adoptione, & nuncupatione: nam vt ait Dominus ad Epiſcopum Eccleſiæ Sardis Apoca. cap. 3. *Nomen habes quod viuas & mortuus es*: ita & nobis veraciter poteſt dici. *Neque enim qui ſemē ſunt Abrahæ, omnes filij*, ait Apoſtol' ad Rom. 9. ideſt, *non qui filij carnis hi filij Dei: ſed qui filij ſunt promiſsionis*.

Quapropter Pſaltes dicebat, *Filij alieni mētiti sūt mihi, filij alieni inueterati sūt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis*, qui enim ſola nuncupatione vocantur filij Dei, & non re, ipſi vocationi non correſpondent, ſed poſſunt dici filij alieni, quia mentiti ſunt ei, inueteratiq; ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis, vt illi Chriſtiani, qui per lauacrum regenerationis à Deo ſunt regenerati: & poſtea per prauitatem vitæ mentiti ſunt ei: promiſerunt enim in fonte Baptiſmatis, ſe Deo obſequi velle, tanquam filios optimo parenti, abrenunciaueruntq; Sathanæ, & omnibus operibus eius, & poſtea tanquam canes euertuntur ad vomitum, & ideo mentiti

ſunt ei, & inueterauerunt in peccatis, ac claudicauerunt à ſemitis ſuis: volunt enim partim cum Deo, partim cum dæmone & mundo verſari.

Quapropter Deuteronomii 32. verſ. 5. dicitur *Peccauerunt ei, & non filij eius in ſordibus: vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus eſt, quia prouocauerunt eum filij ſui* & *filiæ*, Generatio enim peruerſa eſt, & infideles filii. Viſne, O Chriſtiane, filium Dei dici, & Deo non obſequi? aut nihil cum eo commercii habere? multa illi polliceri, & nihil ex equi? fidem ſpopondiſſe, nomen illi dediſſe, immo & manuꝰ, & in nomē eius iuraſſe, probè noſti; & poſtea peierare, deierare, abiurare, abnegare, ac renegare Deum ipſum, deteſtari, & abominari, non deſinis: pacta, promiſſa, iurata cum Deo abrumpere vis; ſcorta, lenocinia, furta, adulteria, compotationes, ingurgitationes conuitia, obtrectationes, iram, inuidiam, ſectari cupis, & adhuc filiū Dei dici poſſe veraciter putas?

Ego tibi audacter dixerim Deum idem relaturum, quod Alexander Phereus aliquando retulit vxori, conquerenti quod filium ſuum abdicaſſet, eiq; obiicienti, quamuis iniquus eſſet & peruerſus, patrique degener, non eſſe tamen abiiciendum, ſed fouendum, ac nutriendum, tanquam ab eo genitum & productum. Nequaquam, inquit, ideo fouendus eſt. Nam & vomicas & carcaumata, & pleuram, ac ſaniem, cæteraque id genus venefica ac tabifica, quamuis à nobis progenita, à nobis tamen expellimus, & abiicimus. Ita planè degenerem ſobolem, ac inertes filios, & multò magis prauos, ac peruerſos à nobis abiicere debemus, tanquam reipublicæ peſtem.

Max. Serm. 23.

Vel tibi referam quod olim Ariſtippus cuidam inſultanti, quod filium ſuum domo, rebuſque ſuis interdixiſſet, ac penitus à ſe eieciſſet, tanquam indignum eſſet facinus, ita expellere filium a ſe prognatum. Subridēs enim expuit in terram, & hoc inquit à me prognatum eſt, & pituita, & pediculi, quos tamen abiicimus, nec pluris fa-

eiẽdi ſunt filii, qui parentibus ſunt degeneres & inobedientes aut procaces. Deus enim prauos omnes Chriſtianos, quantumuis per lauacrum regenerationis illos ſibi in filios prius adoptaſet, tanquam degeneres ac inertes, lõgéq; ab inſtituto diuino, & eius præceptis aberrantes, longè etiam a ſe abiiciet & expellet, quos inuenerit in peccatis prouolutos, ac diſſoluta vita viuentes: illis enim dicet, *Neſcio vos, diſcedite à me operarij iniquitatis*. Filii enim debẽt eſſe ſimiles parentibus, vos autem potius ſimiles eſtis dæmoni quam Deo; ite igitur in malam rem cum dæmone & Angelis eius, quibus potius conſortes eſſe voluiſtis in prauo facinore, quàm filio meo in bono opere.

Heu, heu De⁹ bone, *Filij Siõ incliti, amicti auro primo, quomodo computati ſunt in vaſa teſtea op⁹ manuũ figuli*, dicebat amariſſime plorans Ieremias Propheta lamentat. 4. O Filii Syon incliti, ideſt Dei & Catholicæ Eccleſiæ, qui in fonte Baptiſmatis regenerati eratis, & amicti auro primo gratiæ cœleſtis. Quomodo ita degeneres eſtis effecti, ac deformes, vt

mutati ſitis in vaſa teſtea, opus manuum figuli? Nolite errare fratres nolite errare dicentes, *Patrem habemus Abraham, Patrem habemus Abraham*, Deus enim non agnoſcit in filios, niſi quos videt vita & moribus ſibi eſſe conformes. Quapropter Chriſtus retulit Iudeis patrem ſe habere Abraham iactitantibus, *ſi Filii Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite*: Et idem prorſus vobis referet Deus. Si filij mei volebatis haberi, opera quæ ego præcepi vobis, debebatis facere: qui enim ſolo nomine dicitur filius, re ipſa non eſt filius, ſed ſpurius. Vnde ad propoſitum meum rediēs, cum filius virginis, dicatur ab Angelo filius altiſſimi, dubio procul non ſola nuncupatione, ſed & ipſa re, non adoptione, ſed origine, non creatione, ſed natiuitate debuit dici, & eſſe filius: nos autem ſolùm creatione, nuncupatione & adoptione filij Dei ſumus, & vtinam faxit Deus, vt adoptionem filiorum recipiamus in regno cæleſti, quo nos perducat omnipotens Deus.

Epilogus.

ET DABIT ILLI DOMINVS DEVS SEDEM DAVID PATRIS EIVS.

SERMO DECIMVS SEXTVS.

IAm ſe ſe inextricabiles offerunt nodi, iam innumeræ occurrunt difficultates. Quænam eſt enim illa ſedes Dauid, quam promittit Angelus Virgini Deum filio ſuo eſſe daturum? ſi enim de terrena loquitur ſede, nunquam legimus Chriſtum ſedem Dauid obtinuiſſe. Si verò de ſede cœleſti loquamur, nunquã legitur Dauid illã ſedẽ occupaſſe, niſi poſt quã Chriſtus cœlo illũ donauit in Aſcẽſione, quando aſcẽdens in altum captiuã duxit captiuitatem. Nõ igitur illã ſedẽ fuiſſe prius Dauidis dixerimus, vt propterea Chriſto dari poſtea potuerit, ſed potius fuiſſe Chriſti, ac propterea debuit potius dicere ſedẽ a Chriſto datã

fuiſſe Dauid, quam ſedem Dauid datam fuiſſe Chriſto, & tamen Angelus qui non mentitur,dicit quod dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid Patris eius; non enim ex eorum eſt numero, qui ſunt Angeli mendaces,ſed eorum poti⁹ è cœtu,qui sẽper veritatẽ proloquuntur, nec mentiri nouerunt: quãdo ergo vnquam impletum reperimus iſtud, quod ait hîc Angelus? vt igitur hunc nodum enodemus.

Quattuor ſacræ ſcripturæ ſenſus.

Scire debetis multos eſſe ſacræ ſcripturæ ſẽſus, ſed potiſſimũ ad quatuor reduci: literalem, allegoricũ, tropologicũ, anagogicum, & plerumq; verificari vno ſenſu, quod alio videtur abſonum: aut vno intelligi debere, quod nõ poteſt intelligi alio, vt cũ dicit Apoſtolus *Petra autem erat Chriſtus*, non eſt intelligendũ, quod Chriſtus eſſet realiter petra, ſed ſolum quod petra vnde aqua profluxit, erat figura Chriſti, ex cuius latere ſanguis ſimul & aqua ſcaturiit, & ideo nõ ſenſu literali, ſed miſtico & figurato ſeu allegorico debet intelligi: ſimiliter quando Chriſt⁹ dicit *Ego ſum vitis vera, & vos palmites*, Nõ eſt

Digitized by Google

intelligendum, quod realiter fuerit vitis, aut quod Apoſtoli realiter fuerint palmites: Sed ſolum quod ad inſtar vitis, quæ humi ſerpit, & tamen præſtantiſsimum adfert fructum, ſuauiſsimumq; liquorem: ſic Chriſtus quantumuis humilis, prçſtantiſſimum tamen debebat afferre redemptionis noſtræ fructum, & fundere nectar ſanguinis ſui pro ſalute mundi, ac calicem ſalutarem nobis propinare: & Apoſtoli etiam qui erant eius palmites, ſanguinem ſuum fundere debebant. Pariter quando dixit: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus reædificabo illud*, ſtatim Euangeliſta ſubiungit, quod *hoc dicebat de templo corporis ſui*: Nec tamen hoc intellexerunt, quouſq; à mortuis reſurrexiſſet, & innumera pene inueniuntur in ſacris literis huiuſcemodi dicta, quæ ad litteram non poſſunt intelligi; ſed ſecundum allegoriam, aut Tropologiam, vel anagogiam: & huiuſmodi eſt hic locus, & hoc Angeli dictum. Nec enim ad literam, hæc verba ſunt intelligenda de Regno temporali, ſed de Regno ſpirituali Eccleſiæ,

Ordo & diſpoſitio dicẽdorũ.

vel de regno cœleſti. Chriſtus enim nunquam ſuper ſedem Dauidis temporalem ſedit, niſi forſitan dicere vellem⁹ per ſedē Dauidis intelligi humanitatē verbi, aut ſanguinem Virginis, & hoc modo ſecundū omnes quattuor ſenſus, poſſent iſta Angeli verba exponi: Nam vt a literali incipiamus, cum ſæpe in ſacro eloquio anima omnis carnis in ſanguine dicatur eſſe, & reſidere, vt cū dicitur *anima oīs carnis in ſāguine eſt*, ſedes animę videtur eſſe ſāguis. Quāuis enim ſit tota in toto corpore, & tota in ſingulis partibus: in corde tamē quod eſt fons ſāguinis, videtur primario reſidere, & ideo dicitur in ſāguine ſedē habere. Quapropter ſedes Dauid poteſt ſanguis eius dici: Quis enim regit hominē? anima an corpus? non vtique corpus, ſed anima: ſedes autem animæ ſanguis, vt diximus: & ideo ſi anima Dauidis erat quæ regebat, ſedes vtiq; Dauidis erat eius ſanguis. Quapropter cum dixit Angelus, *Dabit illi Dominus ſedem Dauid Patris eius*, ad litteram poſſet intelligi, quod daret illi ſedem in ſanguine Dauidis, id eſt quod

Sedes Dauid quænā fuerit.

verbum Dei ſibi formaret ſolium ex ſanguine Virginis, qui ex Dauide erat extractus (ſibi corpus humanum coaptando) ſedet enim nunc diuinitas in humanitate, & verbum diuinum in ſanguine Virginis.

Quo ſenſu videtur loquutus ipſemet Dauid, dum ait, *In ſole poſuit tabernaculũ ſuum, & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo:* hoc enim videtur propriè de Incarnatione intelligi, per quam filius Dei poſuit in ſole tabernaculum ſuum, ideſt in Virgine quæ dicitur, *Pulchra vt luna, electa vt ſol,* & quod hoc verum ſit, ſatis ex ſequentibus patet: ſubdit enim *& ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo,* ideſt de Virginis vtero; tanquam ſponſus enim proceſſit, quia noſtram naturam in vtero virginis, tanquam in thalamo ſibi copulauit: *Exultauit* etiam *vt gigas ad currendam viam*, vitæ præſentis, *A ſummo cælo egreſſio eius, & occurſus eius vſque ad ſummum eius. Exiui* enim *à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem*, inquit ipſemet Chriſtus.

Vnde ſicut dicitur in ſole poſuiſſe tabernaculum ſuum, ideſt in Virgine, aut in carne ex illa aſſumpta: ſic potuit intelligere Angelus per ſedem Dauid ſanguinem ex eo deductum, in quo verbum diuinum ſuam collocauit ſedem. Hoc enim modo poteſt intelligi id quod dicitur Pſal. 88. verſ. 4. *Diſpoſui teſtamentum electis meis, iuraui Dauid ſeruo meo, vſque in æternum præparabo ſemen tuũ: & ædificabo in generationem & generationem ſedem tuam.*

Quodnam eſt enim illud teſtamentum, quod diſpoſuit Deus electis ſuis? Niſi nouum teſtamentum, ſi D. Aug. credimus? Quod teſtamentum, niſi quo renouamur ad nouã hæreditatẽ? & ſemen Dauid quodnam eſt; niſi filii & nepotes eius? Quænam eſt hæc præparatio ſeminis, niſi præparatio ſanguinis perpetuæ Virginis Mariæ, quæ erat de progenie Dauid? & quænam ſedes quæ ædificatur in generationem & generationem, niſi caro Chriſti ex puriſsimo Virginis ſanguine formata, quæ eſt ſedes verbi, & ædificatur à generatione in generationem? Quamuis

enim per mortem videretur eſſe deſtructa; potius tamen fuit ædificata, quia *non dedit ſanctum ſuum videre corruptionem, & Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.* Si enim aliter vellemus intelligere, vſque in æternum præparatum fuiſſe ſemen Dauid, & ædificatam eius ſedem temporalis Regni à generatione in generationem, hoc vtique videretur eſſe falſum. Dudum enim iam ſemen eius, & ſedes temporalis nō reperiuntur, cum eius poſteri ſint è regno iam pridem depulſi.

Niſi forſan mallemus hoc ſecundum ſenſum Allegoricum interpretari, per ſedem Dauid intelligentes Eccleſiam: Sic enim D. Hieronimus ſuper hæc verba, & *ædificabo in generationem & generationem ſedem tuam*, interpretatur ipſam Eccleſiam, & Auguſtinus in hunc Pſal. Intelligit vſque in æternum præparabo ſemen tuum, non tantum illam carnem Chriſti natam ex Maria Virgine: Sed etiam nos omnes credentes in Chriſtū. Illius enim capitis, membra ſumus. Non poteſt hoc Cor-

Senſus Allegoricus.

Eccleſia per ſedem Dauid figurata.

pus ἀκέφαλον eſſe, ſi in æternum caput; in æternum membra: ſi ille Chriſtus manet in æternum, & vſque *in æternũ præparabitur ſemen eius, & ædificabitur in generationem & generationem ſedes eius*: Eſt enim generatio nunc carnis & ſanguinis, erit generatio futura in reſurrectione mortuorũ vitæ & ſpiritus: & ſic in generationẽ & generationẽ præparabitur ſedes eius, tam in Eccleſia ſcilicet militante, quàm in triumphante. Et hoc eſt quod voluit innuere Angelus; cum dixit *Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid Patris eius*, Ideſt Eccleſiam militantem & triumphantem. Quia ſicut Dauid multa prius perpeſſus eſt aduerſa, licet iam vnctus eſſet in Regẽ, antequam ad ſceptrum & diadema regni, aut ſolium perueniret regium: ſic Chriſtus multa eſt perpeſſus, antequam ad diadema Regni pertingeret, quamuis enim eſſet vnctus à principio ſuæ Incarnationis. (*Vnxit* enim *te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis*) & quamuis anima eius iam gloria regni potiretur: Corpus tamen adhuc

preſſuris & ærumnis erat expoſitum, & ſicut Dauid prius regnauit in Hebrō ſuper Iudam, quàm regnaret in Hieruſalem ſuper totum Iſrael: Sic Chriſtus prius regnauit in Eccleſia militante, quæ figurata eſt per Iudam, qui confeſſionem ſignificat (in Eccleſia enim militante, *corde creditur ad iuſtitiam, orè autem confeſſio fit ad ſalutem*) & poſtea in Eccleſia triumphante, quæ figurata eſt per Hieruſalem. Nā Hieruſalem interpretatur viſio pacis, & in Eccleſia triūphante eſt perpetua Pax, de qua dicebat ipſemet Dauid, *Rogate quæ ad pacem ſunt Hieruſalem*, Ideſt orare Deum, vt participes vos efficiat æternæ pacis Eccleſiæ triumphantis: *Hieruſalem enim quæ ſurſum eſt Mater noſtra*, inquit Apoſtolus, & ipſemet Dauid, *Hieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipſum*. Hoc enim non de terrena Hieruſalem, ſed ſolum de cœleſti poteſt interpretari, quia in terrena, non eſt participatio eius in idipſum, ſed ſolum in cœleſti, vbi *Deus erit omnia in omnibus*.

Hieruſalē figurat Eccleſiam.

Vult igitur innuere Angelus, quando dicit, *Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid Patris eius*; Quod ſicut Dauid poſt multas ærumnas & calamitates regnauit in Hebron, & poſtea in Hieruſalem: ſic Chriſtus regnauit prius in eccleſia militante, & poſtea in triumphante, quæ per Hebron & Hieruſalem ſunt ſignificatæ.

Sicut enim ſedes Dauid erat vrbs Regia, aut in vrbe Regia, in qua reſidebat: ſic ſedes Chriſti eſt Eccleſia, quæ quoniam per Hieruſalem eſt figurata, quæ fuit ſedes Dauid, merito dixit Angelus, *Dabit illi Dominus Deus ſedem Patris eius*. Quod ſi quis contradicat eò quod Chriſtus ſuper lignea Dauidis ſede non ſederit. Proferamus illi aliam ſimilem Phraſim, *Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſei* inquit ipſemet Chriſtus, non tamen ligneam Cathedram, ſed doctrinæ ſignificat poteſtatem: ſic & ſedem Dauid ne quæras non modo illam ligneam, ſed nec regnum ipſum.

οὐ γὰρ τὴν ξυλίνην καθέδραν, ἀλλὰ τῆς διδασ-καλίας σημαίνει τὴν ἐξουσίαν, οὕτως οὖν καὶ θρόνον Δαυὶδ μὴ ζήτει, μὴ τὸν ξύλινον θρόνον, ἀλλὰ τὴν βασιλείαν αὐτήν. inquit D. Cyrillus Hieroſol. Catech. 12.

Quod ex ipſo Dauide Pſal. 131. fuſius comprobari poteſt, vbi ait verſ. 11. *Iurauit Dominus Dauid veritatem, et non fruſtrabitur eum, de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam*, quinam eſt enim hic fructus ventris? licet nonnulli putent eſſe Salomonem, de alio tamen fructu loquitur, vt inferiùs patebit. Quid enim putamus Dominum iuraſſe Dauid propter Salomonem, qui poſt multa à Deo recepta beneficia ingratus & excors ad impietatem & idolatriam verſus eſt? & ſuis ſceleribus fuit in cauſa quod Regnum eius ſcinderetur, & duæ ſolæ tribus Domui Dauid relinquerentur, aliæ verò decem penitus ab eius dominio tollerētur. Credibile ne eſt Deum tanti feciſſe hunc impium Salomonem, vt propterea iurauerit Dauid eum ſeſſurum ſuper ſedem eius? Nequaquā profectò, nequaquā. Quod enim iurauit, promiſſum per ſe ipſum

formault : *Quid eſt non penitebit eum? non mutabit: Non enim dolorem pœnitentiæ patitur De', aut in aliquo fallitur, vt velit corrigere in quo errauit* inquit D. Aug. in hunc locum: & tamē nouimus quod maximam partē regni à domo Dauid abſtulit, & tandē aliquando poſt tranſmigrationē Babilonis totum regnum poſteris eius ademit: non igitur de hoc fructu ventris iurauit Dominus ad Dauid. De quo igitur? de Chriſto. Quia ipſe ſeſſurus erat ſuper ſedem Dauid, vt Virgini dixit Angelus, id eſt ſuper eccleſiam, quæ figurata eſt per Hieruſalem, quæ fuit ſedes Dauid.

Quod vt liquidius appareat, ſubdit ipſe Dñs ad Dauid. *Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meum, & teſtimonia mea hæc, quæ docebo eos, & filij eorū vſque in ſeculum ſedebunt ſuper ſedem tuam.* Quod non de poſteris Dauid, ſed de Prælatis Eccleſiæ debet intelligi. Illi enim poſt captiuitatem Babilonis à ſede Regia ſunt depulſi: iſti verò vſque in ſæculum ſedent ſuper ſedem Chriſti, ideſt Eccleſiam. Et quod per ſedem Dauid Eccleſiam intelligat, clariùs adhuc

Sedes Dauid Hieruſalem denotat Eccleſiam.

innoteſcit, ex ſubſequentibus, ſubdit enim. *Quoniam elegit Dominus Syon, elegit eam in abitationem ſibi*, vbi D. Auguſtinus, *Syon* inquit *ipſa eſt Eccleſia, ipſa eſt Hieruſalem. Hæc requies mea in ſæculum ſæculi, hîc habitabo, quoniam elegi eam*, inquit D. Opt. Max. *Dei enim verba ſunt* inquit Auguſtinus. *Viduam eius benedicens benedicam*, ideſt ipſammet Eccleſiã, quando viduata fuerit ſponſo, vt nunc videtur eſſe poſt aſcenſum Chriſti in cœlum, vſque ad futuram mortuorum reſurrectionem. *Omnis* enim *eccleſia vna vidua eſt* inquit Auguſtinus. *Pauperes eius ſaturabo panibus*, ideſt inferiores plebes reficiam Sacramento corporis Chriſti, ſub ſpecie panis. *Sacerdotes eius induam ſalutari*, ideſt Chriſto Ieſu, Hebraicè enim *habetur Ieſouah*, quod Ieſum ſignificat: *Quis eſt enim ſalutaris noſter, niſi Chriſtus noſter*? inquit D. Aug. in hunc locum.

Si namque vt ait Apoſtolus, *Quotquot Baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis*: Multo magis Sacerdotes, qui rereprӕſentant perſonam Chriſti, ipſum Chriſtum induere dicuntur: Qui

enim alium repreſentant, dicuntur eius perſonam induere.

Sacerdotes quomodo induãtur ſalutari.

Quapropter meritò de Sacerdotibus Eccleſiæ dictum eſt, *Sacerdotes eius induam ſalutari*, ideſt *Ieſouach*, quod non potuit dici de Sacerdotibus veteris legis: *Et ſancti eius exultatione exultabunt*, Quod etiam de antiquis patribus veteris legis dici non potuit, quia deſcendebant in limbum, vbi in captiuitate detinebantur. vnde dicebat Iacob quantumuis iuſtus, *Deſcendam ad filium meum Ioſeph lugens in infernum*. Et Rex Ezechias quantumuis ſanctus *Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi*. De ſanctis igitur Eccleſię qui in cœlũ poſt mortem euolãt debet intelligi *Sancti eius exultatione exultabũt*.

Deniq; quod per ſedẽ Dauid intelligatur Eccleſia; Dauid ipſe oſtendit, dũ ſubdit, *Illuc producam cornu Dauid, Paraui lucernam Chriſto meo*. Vbi enim *Illuc?* Nempe in Syon, ideſt in Eccleſia, quam *elegit Deus in hæreditatem ſibi*, & vbi requies eius in ſæculum ſæculi, & vbi Sacerdotes induunt *Ieſouah*. Cum igitur per cornu Dauid intelli-

gatur regnum, *cornu* enim *ſignificat altitudinem*, vt ait in hunc locum D. Auguſtinus, clarè oſtenditur, quod Regnum & ſedes, quæ promiſſa fuerat Dauidi, aut de qua iurauerat Dominus ad Dauid, quod ſuper eam ſemen eius eſſet ſeſſurum, eſt miſtica Hieruſalem, nempe Eccleſia.

Quod adhuc clarius ex 9. Iſaiæ colligitur, *Paruulus enim nat⁹ eſt nobis* inquit, & *filius datus eſt nobis, et factus eſt principatus ſuper humerum eius, et vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, Pater futuri ſæculi, Princeps pacis, multiplicabitur eius imperium, et pacis non erit finis, ſuper ſolium Dauid, et ſuper Regnum eius ſedebit, vt confirmet illud, et corroboret in iudicio, et iuſtitia, a modo et vſque in ſempiternum.* Quæ quidem omnia de nullo alio, quàm de Chriſto intelligi poſſunt. Nulli enim alteri, quàm Chriſto poſſunt quæ hîc dicuntur conuenire. Nullus enim Paruulus natus eſt nobis, nec vllus filius datus eſt nobis, qui has omnes qualitates habuerit,

Digitized by Google

niſi filius Dei, & Beatiſſimæ Virginis, Alij enim non naſcuntur nobis, nec dantur nobis, ſed ſuis parentibus: Nec portant imperium ſuper humerum ſuum, ſed volunt potius ab alijs portari, ſolus Chriſtus eſt, qui natus eſt nobis, & qui datus eſt nobis, ac cuius factus eſt principatus ſuper humerum eius, quique nomine vocatus eſt admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis. Alii enim nec ſunt patres futuri ſeculi, neque principes pacis, *Hac enim nominum Maieſtate perterriti ſeptuaginta interpretes non ſunt auſi de puero apertè dicere, quod Deus appellandus ſit*, Vt D. Hieronym. ait, & poſt eum gloſa ordin.

Nec multiplicatur eorum imperium, nec poteſt dici quod pacis regni eorum nō ſit finis, niſi ſolius Chriſti. Multiplicabitur enim eius imperium, quia Eccleſia militans tranſibit in triumphātem, & pacis eius non erit finis: & ideo de ſolo Chriſto debet intelligi quod ſequitur: *Super ſolium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit, vt corroboret illud in iudicio & iuſtitia à modo,*

& vſque in ſempiternum. Nullus enim eſt, qui poſt Iechoniā ſuper ſoliū Dauid, & ſuper regnum eius ſederit, itaut corroborauerit illud in iudicio & iuſtitia à modo & vſque in ſempiternum cum nullius niſi Chriſti potentia ſe tam longè extendere poſſit.

Quapropter idem Iſaias cap. 16. poſtquam dixit, *Emitte agnum Domine dominatorem terræ de petra deſerti ad montem filiæ Syon*, Totam penè Chriſti vitam deſcribit, & fraudulenta Conſilia, atq; Concilia Iudeorū detegit. Ait enim *& erit ſicut auis fugiēs, & pulli de nido auolantes*, Quatenus ſcilicet videns maliciam eorum, & peruerſitatem animi aliò tranſmigrabit, vt eorum inuidiam declinet, *Ambulabat namq; Ieſus in Galileā, nec enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudei interficere.*

Et idcirco ſubdit Iſaias, quaſi Sinagogam alloquens. *Ini cōſilium coge concilium, pone quaſi noctem vmbram tuam in meridie*: Ideſt fac omnia tua Conſilia & Congrega omnes tuos conſiliarios in Synedrim, *Inierunt* enim *Concilium Scribæ & Phariſeÿ, vt Ieſum dolo tenerent*

& occiderent. Pone quaſi noctem vmbram tuam in meridie, ideſt diſſimula fraudes tuas, ac dolos quātum libuerit abſconde, *Fugientes & vagos ne prodas*, Nihil tamen lucraberis, *quia præparabitur in miſericordia ſolium, & ſedebit ſuper illud in veritate in tabernaculo Dauid, iudicans & quærens iudicium, & velociter reddens quod iuſtum eſt*, Quaſi diceret nō obſtante omni tuo ſtratagemate præparabitur in miſericordia ſoliū Dauid, ideſt Eccleſia, & ſedebit ſuper illud Chriſtus in veritate, in tabernaculo Dauid, ideſt in miſtica Hieruſalē, quæ eſt Eccleſia, quærens iudicium, & velociter reddens quod iuſtum eſt.

Ecce enim dies veniunt dicit Ieremias cap. 23. & 33. verſ. 15. *& ſucitabo Dauid germen iuſtum, & regnabit Rex, et ſapiens erit, et faciet iudicium et iuſtitiam in terra. In diebus illis ſaluabitur Iuda, et Iſrael habitabit cōfidenter, et hoc eſt nomē quod vocabunt eum, Dominus iuſtus noſter.* Quę quidē verba de nullo alio, quā de Chriſto poſſunt intelligi. Nullū enim aliud fuit germē iuſtum Dauidis, cum

nullus ſit immunis à ſorde, neque infans cuius eſt vita vnius diei ſuper terram, Niſi ſolus Chriſtus, & ſanctiſſima ei⁹ mater. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea*, ait ipſemet Dauid, de ipſo igitur ſolo debet intelligi, quod Regnabit Rex & ſa- piens erit, & faciet iudicium & iuſti- tiam in terra, & in diebus eius ſaluabi- tur Iuda, & Iſrael habitabit cõfidenter, & hoc eſt nomen quod vocabunt eum Dominus iuſtus noſter.

Tale quippe nomen ad alium, quàm ad Chriſtum referri non poteſt. In Hebreo quippe habetur, nomen Domini Tetragrammaton, quod non poteſt dici niſi de deo vero. Dicit enim Rabbi Moyſes libro directionis perplexorum, quod hoc nomen eſt impoſitum Deo ad ſignificandam nudam eſſentiam diuinam ſecundum ſe, abſque aliquo reſpectu ad creaturã, & propter hoc eſt omnino incõmunicabile. Alia verò nomina aliquo modo communicabilia ſunt, ſicut hoc nomen Dominus, communicatur magnis principibus habentibus ſubditos; & qui

promouet aliquem, dicitur eius Creator, quia ab aliquo in dignitatem euectus, vel promotus dicitur eius *Creatura*: ſicuti Preſbiteri Cardinales, illius Pontificis dicuntur Creaturæ, a quo in dignitatem ſunt euecti. Nomen etiam Elohim, quod ſignificat iudices, hominibus confertur, qui iudicium exercent; Immo aliquando etiam nomen Deus hominibus cõmunicatur, vt cum dicitur: *Ego dixi dij eſtis*: Sed nomen ineffabile, nunquam Creaturæ ſolet communicari, & tamen hîc ponitur, cũ dicitur, *& hoc eſt nomen quod vocabũt eum, Dominus iuſtus noſter*. Quapropter euidenter colligitur, quod de nulla mera creatura poteſt hic textus intelligi; Nec etiam ſimpliciter de Creatore, quia dicitur germen Dauid, cuiuſmodi eſſe non poteſt Creator, vt Creator, niſi addas illum ex ſemine Dauid naturam ſumpſiſſe humanam, ergo cum nec de ſimplici creatore, nec ſimpliciter de creatura hæc verba poſſint intelligi, videtur quod debeant exponi de ſolo Chriſto, qui ſecundum humanam naturam fuit germen Dauid

iuſtum, quia *peccatum non fecit* : & Regnauit Rex, & ſapiens fuit, & fecit iudicium, & iuſtitiam in terra, ac ſaluauit Iudam & Iſrael : & ſecundum diuinitatem, hoc eſt nomen quod vocauerunt eum, Dominus iuſtus noſter. Et quod de ſolo Chriſto hæc verba Hieremiæ poſſint intelligi, ſatis ex eodem patet cap. 33. cap. 15. vbi eadem verba repetit, *In diebus illis, & in tempore illo germinare faciam germen Dauid, germen Iuſtitiæ, & faciet Iudicium in terra, in diebus illis ſaluabitur Iuda & Ieruſalē habitabit confidenter*, Ideſt Eccleſia Militans & triumphans, vt interpretatur Lyranus, *& hoc eſt nomen, quod vocabunt eum Dominus iuſtus noſter* : Et immediate poſt ſubdit. *Quia hæc dicit Dominus, non interibit de Dauid vir, qui ſedeat ſuper thronū Domus Iſrael, & de Sacerdotibus & de Leuitis nō interibit vir à facie mea, qui offerat holocauſtomata, & incendat ſacrificium, & cædat victimas cūctis diebus*: Hoc enim nec de ſucceſſoribus Regis Dauid, nec de Sacerdotibus Iſraeliticis poteſt intelligi. Diu enim eſt quod interierunt ſucceſſores de ſtirpe Dauid, & viri qui

ſedebant ſuper Thronum domus Iſrael. Diu etiam eſt quod interierunt Sacerdotes legis Moſaicæ à facie Dei, nec eſt amplius qui offerat holocauſtomata; & incendat ſacrificium, & cædat victimas, cunctis diebus, iuxta id quod prædictum fuerat à Propheta Ozea. 3. cap. v. 4. *Quia dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine Rege, & ſine principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari, & ſine Ephod, & ſine Theraphim.*

Nunc enim *temporis*, vt optime ait D. Hieronimus, *ſedet infelix Synagoga ſine rege, ſine principe, & ſine ſacrificio, & ſine Ephod, & ſine Teraphim.* Ideſt ſine inſtrumentis Sacerdotalis habitus, quod & Nicola' de lyra, qui ex Iudeis erat oriund' hoc in loco fatetur eſſe impletũ, quia Iudei de ſuis non habent regem, vel principem, ſed alijs regibus & principibus ſeruiunt, nec poſſunt ſacrificare extra Hieruſalem, à qua ſunt expulſi, & templum eſt deſtructum, ſublatiſque Sacrificijs, ceſſat vſus veſtis Sacerdotalis, in fine tamen Iudei cõuertentur ad Dominum. Subdit enim ibidem Ozeas Propheta.

Poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærent Dominum Deum ſuum, & pauebunt ad Dominum, et ad bonum eius in nouiſſimo dierum

Quodquidem interpretatur D. Hieronymus de cæcitate quæ ex parte accidit Iſraeli, iuxta dictum Apoſtoli ad Rom. 11. Vt ſubintraret plenitudo gentium, & tunc omnis Iſrael ſaluus fieret: tunc enim quærent Dominum deum ſuum, & Dauid, ideſt Dei filium Ieſum Chriſtum, vt ait Lyranus. Et quod ſic debeat intelligi, patet, inquit, per tranſlationem Chaldaïcam apud Hebræos autentiquam, quæ ſic habet, *Poſt hæc reuertentur filij Iſrael, et quærent cultum Dei ſui, et obedient Meſſiæ filio Dauid regi ſuo.*

Sicut igitur Dauid ſumitur pro Chriſto, ſic ſedes Dauid pro ſede Chriſti, ideſt pro Eccleſia, quod expreſſius adhuc probatur ex Hieremiæ 33. Vbi legitur. *Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiā dicens. Hæc dicit Dominus. Si irritum poteſt fieri pactum meum cum*

Digitized by Google

die, & pactum meum cum nocte, vt non ſit dies & nox in tempore ſuo, & pactum meum irritum eſſe poterit cum Dauid ſeruo meo, vt non ſit ex eo filius, qui regnat in throno eius, & Leuitæ & Sacerdotes miniſtri mei, & multa alia quæ ibi ſequntur vſque ad finem capitis, quæ tamen nullatenus de filijs Dauid ad litteram, & materialiter poſſunt intelligi. Nunc enim non eſt ex eo filius, qui regnet in throno eius nec Leuitæ & Sacerdotes legis Moſaicæ: ſed ſolum Chriſtus & Sacerdotes eius: & ideo de ſolo Chriſto, qui ſedet in throno miſticæ Hieruſalē Eccleſiæ, hæc verba poſſunt intelligi, & conſequenter etiam illa Angeli verba, *Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid Patris eius*, non niſi de Eccleſia intelligi debent. Quod euidentius adhuc Ezechiel oſtendit cap. 34. verſ. 33. aut Deus per Ezechielem, vbi ait *ſuſcitabo ſuper eas*, nempe oues *Paſtorem vnum, qui paſcat eas, ſeruum meum Dauid.* Ideſt Regem, de ſemine Dauid, vt ait Rabbi Salomō, perquem intelligit Meſſiam, *Ipſe paſcet eas, & ipſe eis erit in Paſtorem. Ego autem Dominus ero eis in Deum, & ſeruus meus*

Dauid Princeps in medio eorum , ego Dominus locutus ſum : Dauid autem longe ante diem ſuũ obierat, quapropter nõ de Dauid, ſed de Chriſto loquebatur: quod fuſius adhuc oſtendit cap.37. vbi ait *Et ſeruus meus Dauid Rex ſuper eos, & Paſtor vnus erit omnium eorum, in iudicijs meis ambulabunt & mandata mea cuſtodiẽt, & facient ea, & habitabunt ſuper terram, quam dedi ſeruo meo Iacob, in qua habitauerunt patres veſtri, & habitabunt ſuper eam ipſi & filij eorum, & filij filiorum eorum vſque in ſempiternum, & Dauid ſeruus meus princeps eorum in perpetuum*, Perquẽ intelligitur Meſſias ſiue Chriſtus in lege & Prophetis promiſſus, vt ait Lyranus: nec intelligi poteſt de perſona Dauid, aut alterius de ſemine eius, niſi de Chriſto; cuius regnum eſt æternum. Et hoc eſt quod dicit Amos cap. 9. verſ. 11. *in die illa ſuſcitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit* : ceciderat enim tabernaculum Dauid, quando venit Chriſtus, qui omnia inſtaurauit. Conſtans igitur remaneat quod ſicut nomen Dauid ponitur frequenter pro nomine Meſſiæ; ſic ſedes Dauid pro ſe-

de Meſſiæ, & vrbs regia Hieruſalē, quæ erat ſedes Dauid vbi ſcilicet reſidebat, pro eccleſia per totū orbem diſperſa; quę eſt ſedes Chriſti, vbi ſcilicet reſidet.

Senſus Anagogicus.

Si etiam Anagogicè velimus Angeli verba interpretari per *ſedem Dauid* poteſt Eccleſia triumphans intelligi. Sæpe enī Hieruſalē ſumitur pro Eccleſia, & Eccleſia pro Hieruſalē vt diximꝰ. Vnde per ſedē Dauid quæ fuit in Hieruſalem, facilè eſt Eccleſiam intelligere, nec aliter intelligi poſſe facilimū eſt ex eodē Pſal. 88. v. 36. deducere, vbi Deus introducitur dicens, *Semel iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mētiar, Semen eius in æternū manebit: et Thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo, et ſicut luna perfecta in æternum, et teſtis in cælo fidelis.* Nec enim poſſunt hæc verba intelligi de Hieruſalē terrena, aut de ſede materiali, ex qua enī materia fieret illa ſedes, quæ in cōſpectu Dei eſſet ſicut ſol? aut qualis ille thronꝰ, qui eſſet ſicut luna perfecta, & teſtis in cœlo fidelis? niſi intelligatur de humanitate verbi; aut de throno eccleſiæ Chriſti? Si enī ſtellæ, quātūuis ſint prę fulgidæ, & maiores toto terrarū orbe,

illæ

illæ ſaltem quæ ſunt maioris magnitudinis, in conſpectu ſolis vidētur extinctæ quomodo Thron' aliquis aut ſedes materalis poſſet eſſe ſicut ſol in conſpectu Dei? Nō igitur de ſede aut throno materiali hoc intelligi debet, ſed allegoricè de throno Chriſti, quod eſt eius humanitas, vel Eccleſia. Hęc enim eſt ſicut luna perfecta in æternum, & teſtis in cœlo fidelis. Vnde ait Hieronymus in hæc verba *Thronus eius ſicut ſol in cōſpectu meo. Ipſam Eccleſiam in claritate futuræ Beatitudinis permanere, iterum atq; iterum promittit, & ſicut luna perfecta in æternum, ideſt tota erit lucida, tota perfecta nihil obſcuritatis continens in ſe.*

Et D. Aug. *ſedes* inquit *ei' sūt ij, in quib' dominatur, in quibus ſedet, in quib' regnat; Si ſedes eius & membra eius (quia etiam mēbra noſtra ſedes ſunt capitis noſtri) videte quemadmodum cætera membra noſtra caput portent, caput autem ipſum ſuper ſe non portat aliquid, ſed ipſum portatur à cæteris mēbris noſtris, quaſi totum Corpus Chriſti ſedes ſit capitis: ſedes ergo eius omnes, in quib' regnat Deus, ſic erunt* inquit *omnes in conſpectu meo, ſicut ſol. Quia iuſti fulgebunt ſi-*

Hh

cut ſol, & ſicut luna perfecta in æternum, nõ dicit ſolũ ſicut luna perfecta, ſed ſicut luna perfecta in æternum. Etenim etſi perficitur luna iſta quã nouimus, alio die incipit minui, poſteaquã perfecta fuerit, inquit optimè D. Auguſt. At ſedes eius ideſt eius Eccleſia triumphãs, erit ſicut luna perfecta in æternum. Sed cum dictum ſit ſicut ſol, quare dicitur, ſicut luna? quia poſtquã egit de animab⁹, quę erũt ſicut ſol in cõſpectu Dei (quia *fulgebũt iuſti ſicut ſol, in cõſpectu Dei*) Nũc agit de corporibus quæ erũt ſicut luna perfecta in æternum: Similis eſt enim caro iſta, lunę quę omni tẽpore, & omni menſe, patitur augmenta, & decrementa, ſed iſta caro noſtra erit in reſurrectione perfecta, & teſtis in cœlo fidelis. Itaque ſi in ſolo animo perficeremur, tantummodo Soli nos compararet. Rurſus ſi perficeremur in ſolo corpore, tantummodo nos cõpararet lunæ; ſed quia perficit nos Deus, & in animo, & in corpore. Secundum animum dictum eſt ſicut ſol in conſpectu meo, quia animũ non videt niſi De⁹: & ſicut luna perfecta in ęternum ſecundũ

carnem: & teſtis in cœlo fidelis ſecundum vtrumque ſimul.

Thronus gitur Dauid, qui eſt ſicut ſol in cõſpectu Dei, & ſicut luna perfecta in æternum, & teſtis in cœlo fidelis: nõ ſumitur pro throno materiali, quia nullus thron⁹ materialis poteſt eſſe ſicut ſol in conſpectu Dei, aut ſicut luna perfecta in æternum, nec teſtis in cœlo fidelis, ſed pro throno & ſede triũphali cœleſtis Hieruſalem, in qua nunc ſedet Chriſtus inter ſanctos, ſicut Dauid ſedere ſolebat, inter ſuos principes, *Sedẽs in cathedra ſapientiſſim⁹ princeps inter tres* vt dicitur, in 2. Reg. 23. ℣. 8. *ipſe eſt quaſi tenerrim⁹ ligni vermiculus*: quæ quidem oĩa Chriſto Domino cõuenire videtur: ipſe enim fuit tenerrim⁹ ligni vermicul⁹, ligno enim affixus ſcãdalũ crucis de medio ſuſtulit, itaut lignũ quod prius erat ſupplicium latronũ, nunc ſit ſtemma ſceptrumq; Regũ; & eſt ſapiẽtiſſim⁹ inter tres, quia quãuis vna perſona diuina non ſit ſapientior alia, ſed omnes ſint æquales, ipſa tamen ſapientia attribuitur filio, & filius dicitur ſapientia Patris.

Thronus Dauid quid ſignificet.

Digitized by Google

Senſus Tropologicus.

Denique ſi Angeli verba velim⁹ Tropologicè interpretari; per ſedem Dauid, poſſumus intelligere animas peccatorum: ſenſus enim tropologic⁹, refertur ad mores hominum: ſicut Anagogicus ea quæ ſurſum ſunt exprimit; & allegoricus figuram; literalis vero hiſtoriam.

Sedes Dauid quænã premitùs fuit.

Quod autem ſedes Dauid poſſit ritè exponi per animas peccatorum, vel ex eo ſolo ſatis euidenter probari poteſt, quod ipſe Dauid primo ſedem habuit inter inopes, & anguſtiatos animo, aut ære alieno oppreſſos; dicitur enim 1. Reg. 22. verſ. 2. Quod *conuenerant ad eum omnes qui erant in anguſtia conſtituti, & opreſſi ære alieno, & amaro animo, & factus eſt eorum princeps*. Peccatores enim ſunt in anguſtia cõſtituti, & ære alieno oppreſſi. Quod ſatis Chriſtus ſignificat, cum docet nos dicere in oratione dominica: *Dimitte nobis debita noſtra*, & cum ſignificat quod *vnus debebat decẽ millia talenta*. Per hæc enim debita, omnes interpretes, peccata intelligũt: vnde peccatores poſſunt dici ære alieno obſtricti, & amaro animo. Chriſtus

autem in hunc mundum venit peccatores ſaluos facere. Quapropter dicebant Iudei, *Hic peccatores recipit & mãducat cum illis*. Et factus eſt eorum princeps, non quidem ad malum perpetrãdum, ſed potius ad eos in meliorẽ frugem conuertendos; *venit enim quærere, & ſaluum facere quod perierat*. Idcirco dicebat *non veni vocare iuſtos, ſed peccatores*. Quem in ſenſum videtur Zacharias loquutus cap. 12. verſ. 8. dicens: *In die illa quaſi Dauid, & Domus Dauid quaſi Dei, ſicut Angelus Domini in conſpectu eorum: et effundam ſuper Domum Dauid, et ſuper habitatores Hieruſalem Spiritum gratiæ et precum, et aſpicient ad me, quem cõfixerunt.*

Quod D. Hieronim. ibidem interpretatur de peccatoribus, & poſt eum Lyranus, dicens, quod qui offenderit, in die illa, erit quaſi Dauid, ideſt citò miſericordiam conſequetur, ſicut Dauid, vt patet 2. Reg. 12. vbi diciturquod ipſo confitente peccatum perpetratũ cum Bethſabée, Nathan Propheta ſtatim dixit ei; *Dominus quoq; tranſtulit peccatum tuum*. Quaſi Zacharias velit dice-

re quod qui pœnitentiã egerit, & cõfeſſ⁹ fuerit, Dñs illi peccatũ dimittet, ſicut fecit Dauid, & domus Dauid erit ſicut Dei, quia quæ prius fuerat receptaculũ peccatorum, ſicut domus Dauid eorũ, qui amaro erãt animo, & oppreſſi ęre alieno, erit quaſi domus Dei: ſicut domus peccatoris Zachei, per ingreſſum Chriſti, facta eſt domus Dei, *quia hodie ſalus huic domui facta eſt*. Et peccator ad Deũ cõuerſus, qui pri⁹ erat ſicut diabolus, fit poſtea ſicut Angelus Dei in conſpectu eorum. Et Dominus cõteret omnes gẽtes, quæ veniunt cõtra Hieruſalẽ, ideſt cõtra animas rationales ad eum conuerſas, quia inimicos tam viſibiles, quãinuiſibiles proterit. Et effundit ſuper domum Dauid, & ſuper habitatores Hieruſalẽ, ideſt ſuper per animam rationalẽ, & ſuper Eccleſiam, Spiritum gratiæ & precũ, & aſpiciũt ad eum, quem confixerunt iaculo linguæ & blaſphemiæ, & plãgunt eum planctu quaſi ſuper vnigenitum, cum recordantur mortaliter peccaſſe, cum lachrimis pœnitentiam agentes.

Sed quis eſt hic, & laudabimus eum? Multos enim peccantes video, ſed ra-

ros pœnitentes. Multos aliena prædia, domos, agros, ſedes & bona diripiētes: raros iniuſtè rapta, detenta, vel vſurpata reſtituentes. Multos etiam bona Eccleſię, ſacrilega manu rapientes, cathedras & ſedes Epiſcopales per ſymoniam inuadētes, aut beneficia Eccleſiaſtica venātes immo vēdētes, & emētes aſpicio: raros autē aut nullos reſipiſcētes. Gallia tota his monſtris nūc eſt plena, & de talibus nō poteſt dici quod dederit illis Dominus Deus ſedem Dauid Patris ſui, ſed aurū & pecunia, ne dicā, Dæmon & Symonia. Quot nūc habēt primarias ſedes & beneficia, & nulla per ſoluunt officia? Quot bonis & redditib⁹ viuūt Eccleſiæ, & nullū Eccleſiæ impēdunt officium? Quot pinguia terræ comedunt, Decimas omniū frugū & fructuum colligunt, redditus cōuentuum & monaſteriorum deglutiunt, & nullam animarum curam gerunt? Et quomodo alienarum curā haberent, ſi ſuarū curā negligunt? immo ſponte illam deſerunt, vt liberius vacent ſcortationibus & impudicitijs, vt gulæ & ventri deſeruiant, vt venationi ac canibus

aſſueſcant comites canum (quibus dicetur, *foris canes et venefici*) in æternũ futuri, & non recogitant damna quæ colonis inferunt, & quæ reſtituere tenentur: nec bona Eccleſię, quę canib', aut canum miniſtris impendunt, eſſe pauperibus eroganda: *Quod enim ſupereſt date Elemoſynæ*. Sed quidnã ſupereſt, ſi tãquã Actęon a canib' deuorãtur? aut à ſuis leænis & lænonibus. Heu heu De' bone multis in monaſterijs & Eccleſijs vbi erat ſedes dei, nũc ſedes eſt Sathanę. Taceo hæreſés & hæreticos qui occuparũt multas ſedes Epiſcopales in Anglia, Dania, Sueuia, Scotia, Hybernia, Germania, &c. nunc enim verè poteſt dici quod vbi erat ſedes Chriſti, nunc ſedes eſt Sathanæ. De noſtris tantũ loquor, qui nũc in monaſterijs & cõuentibus vbi ſedes erat Chriſti, & domus orationis, tenent concubinas, alunt puellos & puellas ſpuria genimina, faciuntq; ex domo orationis ſpeluncam & fornicem ſcortationis. Pẽdite fratres & perpendite, quã grãde ſcelus & facinus eſt, quã grãde ſcandalũ, & reſipiſcite antequã irruat ſuper vos ira furoris Domini.

Digitized by Google

ET REGNABIT IN DOMO IACOB IN AETERNVM.

SERMO DECIMVS SEPTIMVS.

NOdum vnum diſſoluimus, ſed alius occurrit lōgè difficilior, ſcilicet. Quomodo verum ſit, quod dixit Angelus B. Virgini. *Et regnabit in domo Iacob in æternum*? Quæ eſt enim iſta Domus Iacob, in qua Chriſtus in ęternum regnaturus dicitur? Nam ſi ſumatur pro populo Iudeorum, qui frequenter dicitur domus Iacob, eo quod ex filiis Iacob proceſſerit, nunquam legitur Chriſtus regnaſſe in eo, immo potiùs cum voluerunt eum facere regem aufugit, & abſcondit ſe ab eis. Si etiam ſumatur

pro populo Iſrael, quæ erat altera pars filiorũ Iacob (in duas enĩ diuiſi sũt partes in Iudeos & Iſraelitas) nec inter iſtos etiã legitur vnquã Chriſtus regnaſſe. Imo Iudæi & Iſraelitæ ſimul ne regnaret ſuper eos mortẽ illi cõſciuere, & dixerunt ſe nõ habere Regẽ niſi Cęſarẽ, eũq; crimine lęſæ maieſtatis accuſarũt, quod ſe regẽ faceret; cũque interrogaretur à Pilato vtrũ eſſet Rex Iudæorũ, reſpõdit Regnũ ſuũ nõ eſſe de hoc mũdo. Quapropter domus Iacob non videtur poſſe ſumi pro domo præſẽtis ſæculi, vel pro Iudæis aut Iſraelitis ĩ hoc mũdo versãtib'. Cũ ſubdatur, *Regnabit ĩ æternũ*, Regnũ enĩ Iudæorũ & Iſraelitarũ, qui sũt dom' Iacob, nõ durabit ĩ ęternũ. Si autẽ dom' Iacob intelligatur eſſe patria cœleſtis, vix hoc poteſt imaginari: Cur enim patria cœleſtis diceretur domus Iacob potius, quàm domus Abrahã, aut domus Iſaac, aut cuiuſuis alterius? immò quid iuris poteſt habere Iacob in patria cœleſti, vt debeat dici domus Iacob? Perpenditis, quãta ſit difficultas in horũ expoſitione verborum? Nec tamẽ credẽdũ eſt Angelũ veritatis nuntium à ſcopo veritatis aber-

raſſe, aut aliquid inconſiderate fuiſſe proloquutũ. Cum enim Angelus ſit intellect⁹, optime ĩtelligit quę dicit: imo cum ſit intellectus multa intellectu digna in ijs quæ dicit comprehẽdit. Nos autem cum intellectus non ſimus, ſed animales adhuc homines, nõ intelligimus quæ ſunt ſpiritus Dei, & quæ in intellectu verborum ſuorum comprehendit. *Animalis enim homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei*; nec tamen futilia cenſenda ſunt aut inania, quæ a nobis non intelliguntur, ſed potius orandus Deus, vt nobis intellectum aperiat, & reuelet miſteria, quę in intellectu horũ verborũ ſunt cõprehẽſa: Quæ eſt enim illa domus Iacob, & quomodo in ea Chriſtus dicitur in æternũ regnaturus? Attẽdite igitur, & ſenſum eruere conabor, quóq; difficilior erit explicatio, eò vobis eſſe debebit gratior, difficilia enĩ quæ pulchra. Dicamus igitur Gabrieli, *Gabriel fac intelligere viſionẽ*. Si enim hoc dictum eſt illi à Daniele Propheta, vel nomine Danielis ab alio Angelo: nõ nos pudeat petere, quod nõ puduit Prophetam, imo Angelum nomine Prophetæ loquentem, vt nos doceat eorum

verborũ ſenſum & ſignificationẽ quæ ipſe protulit, & quid ſibi velit quod dixit, *Regnabit in domo Iacob in æternum*: Non enim pudor eſt ſcire velle quæ neſcimus, cum multa in ſacris litteris omnium præſtantiſſimorum Doctorum cognitionẽ effugiant: Vel ſaltem adeamus Beatiſſ. Virginem, cui hoc miſterium fuit ab Angelo relatum & reuelatum: forſitan hæc nobis referret per domũ Iacob duas gentes ſignificari: Iacob enim duplex Nomen habuit, vnum quidem quod illi ſtatim poſt natiuitatem eſt impoſitum, cum enim natus ſit fratris Eſau plantam pedis manu tenens, vocatus eſt *Iacob* ideſt ſupplantator: ſed Deus illi poſtea nomen immutauit, & pro Iacob voluit vt vocaretur Iſrael. *Non vocaberis* inquit *vltra Iacob, ſed Iſrael erit nomen tuum*. Significat autem Iſrael, idem quod videns Deum; Quando ergo Angelus dixit *Regnabit in domo Iacob*, non ſolum vult ſignificare quod Chriſtus regnabit in domo ſupplantatoris; ſed etiam in domo videntis Deum, ideſt inter veros Iſraelitas; & hîc in præſenti

Diuiſio & ordo dicendorum.

Digitized by Google

ſeculo &poſteà in futuro: Et vt de præſenti prius agamus. Cũ Angelus comparaſſet Regnum Chriſti, cum regno Dauidis, nunc oſtendit quanta ſi inter vtrumque differentia. Ait enim *Regnabit in domo Iacob in æternum*: Nequis putaret Meſſiam Dauide non eſſe maiorem. Regnum enim Dauidis non fuit æternum, Regnauit enim quadraginta tantum annos, regnum autem Chriſti erit æternum: & regnum Dauidis non ſemper fuit ſuper omnem domum Iacob. Primo enim regnabat tãtum ſuper Iudam, & poſtea nepos eius Roboam, ob peccatum Salomonis filii Dauid, amiſit decem tribus, quæ infenſæ ob nimia tributa & vectigalia illis impoſita: *Quæ nobis pars* dixerunt *in Dauid, vel quæ hæreditas in filio Iſai? vade in tabernacula tua Iſrael. Nunc vide domũ tuam Dauid. Receſſitque Iſrael a domo Dauid vſque in præſentem diem,* Vt patet 3. Regum cap. 12. Ex quo euidens eſt regnum Dauid non fuiſſe perpetuum ſupra vniuerſam domum Iacob. Quia verò regnum Chriſti eſſe debebat eternum, non ſuper vnam aut

duas tribus, ſed ſuper omnes tribus terræ, ideo dicitur, *Regnabit in domo Iacob in æternum.* Eſſe enim Iacob, & Iſrael carnalem, & eſſe ſpiritualem D. Paulus Apoſtol⁹ docet 1. Corinth. 10. vbi ait, *Videte Iſrael ſecundũ carnẽ:* ex quo intelligimus inquit D. Hieron. in 14. Iſaiæ *eſſe & alterum iuxta ſpiritum* & cætera: *Non enim omnes qui ex Iſrael ſunt, hi ſunt Iſraelitæ, neque qui ſemen ſunt Abrahæ, oẽs filij: Sed in Iſaac vocabitur tibi ſemen, ideſt nõ qui filij carnis hi filij* Dei, *ſed qui filij sũt promiſſionis æſtimantur in ſemine.* inquit Apoſtolus ad Rom. 9.

Comparatio domus Iacob cum domo Dei.

Domus igitur Iacob erat antiquitus Synagoga hebræa, quæ poſtea mutata eſt in Eccleſiã. Sicut enim dom⁹ Iacob in duodecim diuiſa eſt tribus, iuxta numerum filiorum Iacob, qui cum duodecim eſſent, ex eis deſcẽdẽtes in duodecim diuiſi ſunt trib⁹. Sic regnũ Chriſti in duodecim videtur eſſe diuiſum tribus, iuxta numerũ Apoſtolorũ eius, à quibus oẽs Chriſtiani per totũ orbẽ diſperſi, ſpiritualiter per regenerationis lauacrũ ſunt regenerati: & ideo dicitur regnare in domo Iacob: Quia ſicuti dom⁹ Iacob ſuceſſu temporis per

Digitized by Google

totum orbem diſperſa fuit, *Erant enim* inquit D. Lucas Act. 2. *In Hieruſalem habitātes Iudæi viri religioſi ex omni natione, quæ ſub cælo eſt*: Sic populus Chriſtianus per totum orbem eſt diſperſus, *In omnem* enim *terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*, quod Apoſtolus Paulus interpretatur de diſcipulis Chriſti, quamuis Regius vates Dauid de cœlis videretur id effari. Quaſi diceret Apoſtolus, quod ſicut cæli totũ cooperiunt orbem, ſic Chriſtiani totũ cooperiũt mundũ: nulla eſt enim natio, ad quam ſonus Euangelij nõ peruenerit, aut aliquãdo nõ ſit peruentura. Vnde ſicut domus Iacob in duodecim tribus erat diuiſa, ſic nõ ſine grandi miſterio mund' etiam totus in duodecim partes videtur eſſe dictinct'. immo ipſum etiam cælum ab Aſtronomis, quid dico ab Aſtronomis, ab ipſomet Deo primitus videtur eſſe partitũ in duodecim ſigna; non ſine grandi ratione, cũ ſine ratione De' nihil efficiat. Quę nã autẽ fuerit iſta ratio, prout licet nobis concipere, arbitramur id à Deo factũ, vt per hoc innueret De' ſtatũ

Totus orbis in duodecim partes diſtinctus.

Eccleſiæ Chriſtianæ, & totum mundum in duodecim climata Chriſtianarum tribuum eſſe diſtinguēdum. Quapropter ſicut in duodecim tribus domus Iacob fuit diſtincta, ſic primitùs etiam domus Chriſti in duodecim greges duodecim Apoſtolorum fuit diſtributa; quia licet vnum eſſet ouile & & vnus Paſtor in Eccleſia Chriſti, nempe D. Petrus poſt Chriſti aſcenſionem, ſicut & vnus Ioſue ſuper omnes tribus filiorum Iſrael: erant tamen duodecim populi ſecundum numerum Apoſtolorum; cum vnuſquiſque ſuam haberet diœceſim; & ſortem miniſterii; atque in diuerſam mundi partem ad prædicandum Euangelium vnuſquiſque fuiſſet profectus, Et ſicuti duodecim erant tribus Iſrael, vnde plures pullularunt familiæ poſtea: Sic etiam plures familiæ, ideſt Cathedræ Epiſcopales ex duodecim Apoſtolorum tribubus promanarunt.

Duodecim Apoſtoli.

Vnde merito cecinit Reg. vates Pſal. 44. *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues eos principes ſuper omnē terram, memores erunt nominis tui Domine in omni*

generatione

generatione et generationem.

Ideſt pro duodecim Patriarchis, qui fuerunt in domo Iacob, nati ſunt tibi ſpiritualiter duodecim filij, nempe duodecim Apoſtoli, conſtitues eos principes ſuper omnem terram &c. Propterea populi confitebuntur tibi in æternum & in ſæculum ſæculi. Quapropter merito dixit Angelus, *Regnabit in Domo Iacob in æternum*. Nam vt ait vates Pſal. 46. *Elegit nobis hæreditatem ſuam, ſpeciem Iacob quem dilexit*: De pulchritudine enim Iacob, elegit Apoſtolos inquit D. Hieronimus: Ego verò dicerem quod elegit in nobis Chriſtianis hæreditatem ſuam, ſpeciem Iacob, quam dilexit. *Dominus* enim *virtutum nobiſcum ſuſceptor noſter Deus Iacob* inquit idem Pſaltes Pſal. 45. Pſal. quoque 58. verſ. 15. *Et ſcient* inquit *quia Deus dominabitur Iacob, et finium terræ*, ideſt non ſolum Iudeorum ſed etiam gentilium.

Prædixerat Moiſes populo Iudæorum: *Prophetam de gente tua & de fratribus tuis ſicut me ſuſcitabit vobis Dominus*, Deuteronomi 18. verſ. 15. Quem om-

nes interpretes dicunt eſſe Chriſtum. Sicut igitur Moyſes duodecim tribus Iſrael eduxit de Ægipto, ſic innuere voluit, quod Chriſtus populum ſuum, quem diximus in duodecim tribus eſſe diſtinctum (ſicut domum Iacob) de tenebris educere debebat (Ægiptus enim tenebras ſignificat) & de ſeruitute Pharaonis, ideſt dæmonis.

Quod etiam innuere voluit regius vates cum ait Pſalm. 84. verſ. 2. *Benedixiſti Domine terram tuam, auertiſti captiuitatem Iacob; remiſiſti iniquitatem plebis tuæ, operuiſti omnia peccata eorum*: Hoc enim inquit D. Hieronym. de aduentu ſaluatoris debet intelligi. Et D. Auguſt. interpretatur hunc pſalmum de noua benedictione per Chriſtum allata, & gloſſa etiam interlinearis *Olim* inquit *maledixerat per Adam, ſed nunc benedixiſti terram tuam, ſecundum Chriſtum, per quem fit benedictio: Auertiſti captiuitatem Iacob, eorum ſcilicet, qui in Chriſto crediderunt* inquit D. Hieronym. *Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ, operuiſti omnia peccata eorum*: Ecce vnde auertit captiuitatem, quia remiſit

Iniquitatem ait D. Auguſt.

Quidni igitur iure dixerimus cum Angelo *Regnabit in domo* Iacob *in æternum*, per *domum* I*acob* omnium fidelium cœtum intelligentes, ſicut fideles antiquitùs omnes in domo Iacob videbantur eſſe concluſi. *Non enim omnes qui ex Iſraël ſunt, hi ſunt Iſraelitæ* inquit Apoſt. Rom. 9. *Sed qui filij ſunt promiſsionis æſtimãtur in ſemine. Quoniã Iacob elegit ſibi dominus Iſrael in poſſeſsionem ſibi*, vt dicitur Pſa. 134. ver. 4. Poſſumus etiam dicere ad literã, quod *regnabit in domo* I*acob in æternũ*, Quia tandem aliquando cõuertentur filij Iacob ad dominum. *Nolo enim vos ignorare fratres* inquit Apoſtolus ad Rom. 11. verſ. 25. *Miſterium hoc, quia coecitas ex parte contigit in* Iſ*rael*, *donec plenitudo gentium intraret: Et ſic omnis* I*ſrael ſaluus fieret, ſicut ſcriptum eſt, veniet ex Syon qui eripiat & auertat iniquitatem a* Ia*cob, & hoc illis a me teſtamentum cum abſtulero peccata eorum* vbi D. Ambroſ. *Non eſt obſcurum* inquit *quia ad tempus coecitatis obtuſio data eſt* Iud*æis*, *qui dum æmuli legis ſunt, non viderunt donum veniſſe promiſſum a Deo*, *quod prædicabatur a Christo*,

Domus Iacob coetus fidelium.

Alia interpretatio.

Iudei conuertentur in fine.

„ zelo enim excæati arbitrati ſunt legem
„ factorũ nunquam debere ceſſare. Vnde
„ Sabbathum Zælabantur, qua offenſio-
„ ne ex parte obtuſi ſunt, vt pro incredu-
„ litate ſua cruciarentur, videntes gẽtes
„ profiteri cum gaudio conſequutos re-
„ promiſſionem Abrahæ. Copia tamen
„ admiſſa gentium, abſtergetur caligo
„ ab occulis eorum, vt poſſint credere.

Propterea hæc dicit Dominus Deus nunc reducam captiuitatem Iacob, & miſerebor omnis Domus Iſrael, & aſſumam Zelum pro nomine ſancto meo, inquit Ezechiel. cap. 39. verſ. 24. & 25. Vbi D. Hieronimus dicit *nunc pollicetur quod reducat in Eccleſiam captiuitatem Iacob.*

Quod per Micheam cap. 2 pollicetur etiam Dñs, vbi ait. *Congregatione congregabo* Iacob, *totum in vnum, conducam reliquias Iſrael, pariter ponam illum quaſi gregem in ouili, quaſi pecus in medio caularum*

Quod intenſiſſime precabatur Eccleſiaſtes cap. 36. verſ. 13. *Congrega omnes tribus Iacob, vt cognoſcant, quia non eſt Deus, niſi tu, & enarrent omnia magnalia tua, & hæreditabis eos, ſicut ab initio. Miſerere plebi tuæ, ſuper quam*

Digitized by Google

inuocatum eſt nomen tuum, & Iſrael quem coæquaſti primo genito tuo.

Cuius orationem quaſi exaudiens Deus dicit per os Amos Prophetæ cap. 9. in fine *Conuertam captiuitatem populi mei* Iſrael, *& ædificabo ciuitates deſertas & inhabitabunt & plantabunt vineas, & bibent vinum earum, & facient hortos, & comedent fructus eorum, & plantabo eos ſuper humum ſuam & non euellam eos vltra de terra ſua, quam dedi eis dicit Dominus Deus tuus.*

Et Paulo ante *in die illa* inquit *ſuſcitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit,* vbi Rabbi Salomon: *Scriptura hæc* (inquit) *loquitur de tēpore Chriſti*: Quod cum factum non fuerit in primo aduentu, faciendum reſtat ante ſecundum.

Quod oſtendere videtur Ozeas cap. 3. vbi ait quia *Dies multos ſedebunt filij* Iſrael *ſine Rege, ſine principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari & ſine Ephod, & ſine Theraphim. Et poſt hæc reuertentur filij* Iſrael, *& quærent Dominum Deum ſuum, & Dauid regem ſuum, &*

pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius in nouiſsimo dierum.

Vbi D. Hieronym. interpretatur multos dies a paſſione Domini vſque ad diem iudicii, quibus infælix Synagoga, &filii Iſrael ſedent ſine principe, ſine rege, ſine ſacrificio, & ſine altari. *Subuerſo enim templo, & incenſa Ieruſalem, nec ſacrificium, nec ſacerdotiũ Iudaica gens exercere poteſt, & ſine ephod, & ſine Theraphim, inſtrumentis ſacerdotalis habitus. Ephod enim ſignificat inſtrumentum ſacerdotale, quod in Exodo et Leuitico a ſeptuaginta interpretibus græce dicitur* ἐπωμὶς *id eſt ſuperhumerale: ab Aquila vero* ἐπένδυμα, *id eſt ſuper indumẽta. Theraphĩ autẽ proprie appellatur* μορφώματα, *id eſt figuræ & ſimulachra, quæ nos poſſumus in præſenti dumtaxat loco Cherubĩ & Seraphĩ, ſiue quæcũq; alia, quæ in templi ormamenta fieri iuſſa ſunt dicere: Verum quia ſeptuaginta* δήλους *interpretati ſunt, pro quibus Aquila & Theodotio* φωτισμοὺς *tranſtulerunt, & hæc ipſa erant* ἐν λογείῳ idest *in rationali hoc intelligimus quod in corde & pectore Pontificis doctrina & veritas, quæ prius ſcripta erat, dieb' multis ceſſare debeat, & poſt hac reuerten-*

Theraphim

tur filij Iſrael, & quærent dominum Deum *ſuum* inquit D. Heronymus. Et *Dauid Regem ſuum*, ideſt Chriſtum de ſtirpe Dauid, vt ait gloſſa interlinearis, qui manu forti ſoluit compeditos: *ipſe enim ſoluit captiuitatem populi ſui, & dedit vinctis remiſſionem* Inquit D. Hieronymus.

Quæ quidem omnia Iudæi ad 70. annos captiuitatis referunt, ſed melius intelligitur vel de præſenti tempore, vel de vltima Iudæorum conuerſione. Modo enim ſedent Iudæi perdito loco, abſque omnibus iſtis, inquit gloſſa ordinaria, quæ quidem omnia videtur ex D. Hieronym. deſumpſiſſe in 3. Amos, vbi ait *Quod præſens capitulum alii Iudæorum ſuper Babilonica captiuitate interpretantur, quando 70. annos deſolatum eſt templum, & altare & victima ac ſacerdotium non fuerunt, et poſtea ſub Zorobabel in ſedes priſtinas ſunt reuerſi. Alij nos in futurum differunt tempus.* Et certe tranſlatio Chaldaica habet quod *reuertentur filij Iſrael, et quærent cultum Dei ſui, et obediet Meſſiæ filio Dauid Regi ſuo*, vt ait Lyra.

nus, quod quidem intelligi non poteſt de tranſmigratione Babilonis, ſed de futuro aduentu Meſſiæ: Quod clarius adhuc oſtendit Micheas cap. 4. verſ. 7. cum enim dixiſſet in principio capitis, *erit in nouiſſimo dierum mons Domus Domini, præparatus in vertice montium, et ſublimis ſuper colles, et fluent ad eum populi, et properabunt gentes multæ, et dicent, venite aſcendamus ad montem Domini, et ad domum Dei* Iacob: paulo poſt ſubdit *in die illa dicit Dominus cõgregabo claudicantem et eam quam eieceram colligam, et quam afflixeram, et ponam claudicantem in reliquias, et eam quæ laborauerat in gentem robuſtam, et regnabit Dominus ſuper eos in monte Sion ex hoc nunc et vſque in æternum*: Vbi gloſſa interlinearis, in die illa, inquit, qua lucebit ſol iuſtitiæ, congregabo ad vnum Deum, ad vnam fidem, claudicantem nempe Sinagogam, quæ malè ambulauerat, cuius pes ſcandalizatus, fuerat abſciſſus, & eam quam eieceram, id eſt cui dederam libellum repudiij colligam, à variis captiuitatibus, & quam affli-

Eccleſia mons Domus Domini.

Conuerſio Sinagogæ futura.

xeram conſolabor, & ponam claudicantem in reliquias: non dixit ponam claudicantem totam ſaluam, ſed in reliquias, vt reliquiæ & electio ſaluat fiant, & eam quæ laborauerat ſub iugo legis vel peccati in gentem robuſtam, quam nec gladius nec tormẽta ſeparent à charitate Chriſti: Et regnabit Domin⁹ ſuper eos in mõte Syõ, ideſt in Eccleſia, quæ eſt ſpecula virtutum, ex hoc nunc & vſque in æternum, ideſt à præſenti ſeculo vſq; in futurum.

Quod autem hoc de regno Chriſti debeat intelligi, ſatis idem Micheas oſtendit cap. 5. v. 2. vbi ait. *Et tu Bethlehem terra Ephrata, paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael, & egreſſus eius ad initio à diebus æternitatis. Propter hoc dabit eos vſque ad tempus in quo paturiẽs pariet, & reliquiæ fratrum eius conuertentur ad filios Iſrael, & ſtabit & paſcet in fortitudine Domini, in ſublimitate nominis Domini Dei ſui, & conuertentur, quia tunc magnificabitur vſque ad terminos terræ.*

Quibus verbis vtrumque Chriſti aduentum videtur exprimere. Primum

quidem, quatenus ipſummet locum, in quo naſciturus erat de Virgine ex primit, cum ait, *Et tu Bethleem terra Ephrata, paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael*, Quia de Bethleem, quæ eſt Ephrata egreſſus eſt Chriſt' dominator in Iſrael & egreſſus eius non eo tantum fuerat tempore, quo viſus iu carne eſt, ſed ab initio æternitatis, ſiue ab initio ſæculi, vt ait D. Hieronimus. Semper enim naſcitur filius à patre, & ſemper natus eſt, vt ait Lyranus. Secundum verò hoc in loco, *Ideo dabit Iudæos, eoſque regnare permittet, vſque ad tempus parientis*, quando cõplebitur illud, *Lætare ſterilis, quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis, quoniam multi filij deſertæ magis quã eius quæ habet virum.* Cũ enim ſterilis pepererit ſeptẽ: Et quæ multos habebat filios fuerit infirmata, Et delicto populi Iudaici plenitudo gentium ſubintrauerit, tunc omnis Iſrael ſaluus fiet; & reliquiæ fratrum eius ad filios Iſrael conuertentur. Et aduenniens Elias Propheta, qui interpretatur *Deus Dominus*, conuertet

corda patrum ad filios, & corda filiorum ad patres ſuos, & nouiſſimus populus iungetur antiquo, inquit ibidem D. Hieronim. Meritò igitur dixit Angelus, *Regnabit in domo Iacob in æternum.* Non quod regnarit, aut regnare debuerit inter Iudeos, aut Iſraelitas in hoc mundo dum vitam ageret, ſed ſaltem in fine ſæculi.

Vel poteſt intelligi; quod regnabit in domo Iacob in æternum, quia regnare cæpit inter omnes patres, qui erant de domo Iacob, poſt quam eos è Limbo eduxit: Quapropter dicebat Regius vates, *Quis dabit ex Syon ſalutare Iſrael? Cum auerterit Deus captiuitatem plebis ſuæ, exultabit Iacob, & lætabitur Iſrael*: Vbi gloſſa Interl. Cum in libertatem conuerterit Deus captiuitatem populi ſui in Limbo detenti, exultabit Iacob, & lætabitur Iſrael, quod ſcilicet Dominus Regnet ſuper eos: *Alia explicatio.*

Et D. Hieronimus. *Quis dabit* inquit *ex Syon ſalutare Iſrael? Chriſtus Dominus, quem habitatores illius Syon non*

crediderunt, Et in Pſal 52. verſ. 7. idem Hieroni. *Quis dabit* inquit *ex Syon ſalutare Iſrael, niſi Dominus in aduentu ſuo, per quem gloriam æternitatis ſpeculamur.*

Quapropter dicebat per os Iſaiæ cap. 41. ver. 14. *Noli timere vermis Iacob, qui mortui eſtis ex Iſrael, ego auxiliatus ſum tibi, dicit Dominus & redemptor tuus ſanctus* Iſrael.

Quæ quidem de patribus iam vita functis, & in Limbo detentis, ac per Chriſtum redemptis videntur intelligi; illi quippe erant mortui, & iam in vermes quoad corpus redacti, & tamẽ Chriſtus auxiliatus eſt illis, & Redemptor eorum fuit.

Quapropter idem cap. 43. v. 1. *Noli timere* inquit *quia redemi te, & vocaui te nomine tuo, meꝰ es tu*: Redemit enim Dominus Iacob, *& liberauit eum de manu potentioris* inquit Ieremias cap. 31. ver. 11. ideſt de manus Dæmonis, qui filios Iacob detinebat in Limbo captiuos. Qua de re meritò Chriſtus dicitur regnaſſe in domo Iacob, ſicut iure belli Rex dicitur inter eos regnare, quos

de captiuitate eduxit.

Vel Chriſtus dicitur regnare in domo Iacob, quia Iacob intepretatur ſupplantator, & populus Chriſtianus in quo Chriſtus regnat, verè poteſt dici Iacob, dum ſupplantat Iudaicum populum: & Iſrael dum Deum fidei oculis intuetur, inquit D. Hieronimus in Pſal. 52. verſ. 7. Nomina ſi quidem Hebrea quantumuis ſint propria, non ſemper pro nomine proprio in ſacris paginis, ſed plerumq; pro appellatiuo ſumuntur, vt cum Chriſtus dixit Petro *vade poſt me Sathana*, Non voluit illum appellare dæmonem, aut nomine Dæmoni proprio illi opprobrium inferre, nam ſi dixit, *Quicumq; dixerit fratri ſuo Racha, reus erit Concilio, qui verò dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis*, non eſt credibile quod voluerit notam iniuriæ inferre diſcipulo ſuo amantiſſimo. Vitio enim non caret iuiurijs alterum oppetere, & tamen Chriſtus, *Peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius*. Potius igitur credendum eſt, Chriſtum vſitato nomine vſum fuiſſe, quo Hebraice aduerſarius

Alia rurſus interpretatio.

Nomina Hebræa ſunt appellatiua.

Digitized by Google

aut contradicens ſignificatur, quàm nomine Dæmoni proprio : ſicuti ſi quis nunc vocaret alium hominem tentatorem, non ſequeretur illũ Diabolum vocitaſſe, quamuis dæmon dicatur tentator. Nomina enim appellatiua, quamuis aliquando ſint alicui perſonæ appropriata, ſolent tamen ſæpius appellatiuè ſumi ſacris in litteris : Vnde plerumque inexpertis maxima contingit hallucinatio, cum propria pro appellatiuis, & è contra plerumque nomina appellatiua ſumantur pro prorijs.

Domus Iacob populũ ſupplantatorem ſignificat.

Cum ergo dixit Angelus, *Regnabit in domo Iacob in æternum*, potuit nomen Iacob appellatiuè ſumi, tanquam diceret Regnabit in domo ſupplantatoris, & ſic verum eſſet, quod ait D. Hieronimus ſupplantatorem eſſe populum Chriſtianum, quia ſupplantauit Hebreum, & benedictionem eius præripuit. Lingna etenim Hebrea non eſt ſicuti noſtra aut Latina, in qua nomina propria non ſolent eſſe ſignificatiua, veluti Marcus Tullius Cicero, Saluſtius, Sylla, Marius, & cæ-

Digitized by Google

tera huiuſmodi. In illa enim omnia nomina ſunt ſignificatiua, & potius ex communi ſenſu ad perſonam paticularem ſignificandam ſunt appropriata, quàm propria: Quapropter ſuam ſemper ſignificationem retinent, & plerumque putantur ſumi propriè, cum ſumuntur appellatiuè.

Vnde cum dixit Angelus, *Regnabit in domo* I*acob*, benè poteſt exponi, quod ſignificare voluerit Chriſtum eſſe regnaturum in Eccleſia Chriſtianorum, quæ poteſt dici Domus Iacob, quia populus Chriſtianus ſupplantauit Iudæum, vt diximus. Chriſtus enim non fuerat *Miſſus, niſi ad oues, quæ perierant Domus Iſrael*, Vt ipſe ait. Sed quia ipſum reſpuerunt & indignos ſe reputauerunt æternæ vitæ, conuerſus eſt ad gentes, vt ipſis Iudeis fuerat comminatus, *Auferetur à nobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius*, Quaproprer dicit Iſaias capite. 2. *Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons do-*

mus Domini, Et Paulo poſt *domus Iacob venite & ambulemus in lumine Domini*. Vel per domum Iacob hunc mundum poſſumus intelligere. Iacob enim vt diximus ſupplantationem ſignificat, & in hoc mundo nihil viget, niſi ſupplantatio, ibiq; ante Chriſti aduentum regnabat ſupplantator, nempe dæmon, qui aſſidue homines ſupplantat: Sed Chriſtus aduenìens ait, *Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego ſi exaltatus fuero à terra omnia traham adme ipſam. Et* Lucæ II. v. 21. *Cum fortis armatus cuſtodit atriũ, ſuum in pace ſunt omnia quæ poſſidet, ſi autem fortior eo ſuperueniens vicerit eum, vniuerſa arma eius auferet, in quibus confidebat, et ſpolia eius diſtribuet*: Per fortem autem armatum dæmonem intelligit, qui primium hominẽ ſupplantauerat, & omnem hominum progeniem captiuam detinebat. Chriſtus autem ſuperueniens illum vicit, ac ſpolia eius diripuit, *Expolians enim principatus et poteſtates, palam triumphauit illos in ſua gloria*, inquit Apoſtolus.

Iacob ſupplantatorẽ denotat unde domus Iacob eſt domus ſupplantatoris.

Quod

Quod dæmoni iam olim fuerat interminatum à Deo, cum primos ſupplantaſſet parentes. Dixit quippe illi Deus, *Inimicitias ponam inter te & mulierem, ſemen tuum, & ſemen illius*, ideſt inter te & Beatiſſ. Virginem, inter ſemen tuum Diabolicum, & ſemen illius diuinum, nempe Chriſtum. Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius. Ecce quomodo apertè dæmon dicitur ſupplantator, quia inſidiatur calcaneo, & quomodo prædicitur quod Chriſtus debebat eum expellere, nam vbi legimus ipſa conteret caput tuum, Hebraicè habetur, *ipſum*, nempe *ſemen* mulieris conteret caput tuum. Quapropter meritò Chriſt⁹ dicitur regnare in domo Iacob, ideſt ſupplantatoris, quem è cordibus humanis expulit, & ex hoc mundo eiecit. In Eccleſia enim gentilium, in qua regnabat prius dæmõ, quãdo erãt Idololatræ, regnat nunc in perpetuum Chriſtus. Sed forſitan dices Chriſtus dixit Regnum ſuum non eſſe de hoc mundo: Et præterea regnum huius mundi non eſſe æternum; Hîc tamen

Digitized by Google

dici, quod *regnabit in domo Iacob in æternum*, ac proinde domum Iacob non poſſe intelligi pro hoc mundo, aut præſenti ſæculi regno, aut pro populo gentili.

Ego quoque tibi referre poſſem plerumque in ſacris literis æternum dici quod durat per ſæculum tantum; Et Chriſtum ſolum dixiſſe regnum ſuum non eſſe de hoc mundo, quoad homines malos & mundanos, inter quos ſignificat regnare ſe nolle: Sed malo dicere domum ſupplantatoris fuiſſe ſupremam Angelorum Hierarchiam. Ei quippe ſub nomine regis Tiri per Ezechielem cap. 28. hæc dicit Dominus Deus. *Tu ſignaculum ſimilitudinis plenus ſapientia, & perfectus decore, in delicijs Paradiſi Dei fuiſti, omnis lapis præcioſus operimentum tuum*, &c.

Domus ſupplantatoris ſuprema Angelorũ Hierarchia, ex qua dæmõ ſupplantator corruit.

Quo ſermone demonſtrat nequaquam hominem eſſe, de quo ſcribitur: Sed contrariam fortitudinem, quæ quondam in Dei Paradiſo commorata ſit, inquit D. Hieronymus in hunc Ezechielis locum.

Domus itaque ſupplantatoris fuit

Paradiſus : Sed quia in Deum rebellis fuit , & Deum ipſum ſupplantare voluit ſuperbus dæmon , dicens *In cælum conſcendam , ſuper aſtra cæli exaltabo ſolium meum , & ero ſimilis altiſſimo* , Deus illum e cælo præcipitem egit : Statim enim apud eumdem Ezechielem ſubditur : *Peccaſti et eieci te de mõte Dei, & perdidi te ô Cherub extentus & protegens de medio lapidum ignitorum*, &c. In hac igitur domo ſupplantatoris per eius caſum vacua : ideſt in Paradiſo , vbi ſedes relictæ ſunt vacuæ per ruinam dæmonum , & in quibus collocandi ſunt electi; regnabit filius Virginis in æternum, *iudicabit in nationibus implebit ruinas* Angelorum ſupple.

Quod quidem eſt dicere , non ſolum filium Virginis regnaturum eſſe inter homines: Sed etiam ſuper omnes Angelorum choros. Si enim regnare debet in domo Iacob in æternum, ideſt in domo ſupplantatoris , cum ille ſupplantator dæmon eſſet ſupremus inter oẽs Angelorũ choros, ei quipe dicitur *omnis lapis precioſus operimentum tuum,*

Sardius, Topaſius, Iaſpis, Chryſolitus, Onix, & Berillus, Saphirus, Carbunculus, & Smaragdus, qui ſunt nouem lapidum prætioſorum genera, per quæ nouem Angelorum chori deſignãtur; Filius Virginis oſtenditur regnaturus ſuper omnes Angelorum choros, cũ dicitur regnaturus in domo Iacob in æternũ. Quod Apoſtolus euidentiſſime dicit, cum ait quod, *Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine* Ieſu *omne genu flectatur cæleſtiũ, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris.*

Et ad Epheſ. 1. verſ. 21. *Conſtituens eum ad dexteram ſuam in cæleſtibus, ſupra omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem: & omne nomen, quod nominatur non ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro, & omnia ſubiecit ſub pedibus eius, & ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius, & plenitudo eius*: Et ad Colloſſ. 2. ver. 10. *Qui eſt caput* inquit *omnis principatus, & poteſtatis.*

Et hoc eſt forſitan, cur qui prius dum,

naſceretur vocatus eſt *Iacob*, poſteà mutato nomine à Deo vocatus eſt *Iſrael*, ideſt videns Deũ, vt innueretur, quod ſicut *Iacob* prius fuit ſupplantator, & poſtea videns Deum dictus eſt: ſic in domo Iacob prius eſſe debebat ſupplantator, & poſtea populus Iſrael ideſt videns Deum: Nec miretur quis quod Iacob dæmoni comparemus, aut quod Iacob dæmonẽ vocitemus. Nam Chriſtus Apoſtolorum principem vocauit Sathanam, facta ſolum ad nominis ſignificationem alluſione, & dæmon ipſe longè præſtanatior erat in ſuæ creationis exordio, quàm eſſet Iacob in ſua natiuitate, & populus eius qui nomine Iacob fuit inſignitus, nunc velut ſupplantator dæmon eſt reprobus: Vnde non maius inconueniẽs eſſe poteſt dicere Paradiſum, in quo creatus fuit dæmõ, eſſe domum Iacob, ſeu ſedes Angelorum derelictas, domũ Iacob vocitari poſſe, quàm reprobam Iudæorum nationem domum Iacob appellari. Quod tamen frequentiſſime in ſacris literis fieri videmus. Regnabit igitur Chriſtus in domo Iacob in æter-

Digitized by Google

num, ideſt in domo ſupplantatoris, vt diximus, vel inter veros Iſraelitas, ideſt videntes Deum, qui ſunt electi Dei facie ad faciem Deum in cœlo videntes. Cum enim Ioannes Euangeliſta in inſulam Pathmos relegatus, vidiſſet *Sanctam ciuitatem Ieruſalem, nouam deſcendentem de cælo, à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo; audiuit vocem magnam De throno dicentem. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipſi populus eius erunt & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus, & abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quia prima abierunt*

Apoc. 21.

Fælix Regnum, cuius Rex Deus eſt, *Beata terra, cuius Rex ſapiens eſt*, dicebat Salomon ſed Beata Patria, cuius Rex eſt ipſamet ſapientia dicam ego, fœlix Patria, cuius ciues ſunt Angeli, cuius incolæ ſunt Sancti, cuius caput eſt Deus, cuius imperium ſine fine manet in ſæcula ſæculorum.

ET REGNI
EIVS NON ERIT FINIS.

SERMO DECIMVS OCTAVVS.

NOn ſatis fuit Angelo dicere & prędicere B. Virgini de filio ſuo, quod, *dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid Patris eius*, & quod *Regnabit in domo Iacob in æternum*. Nam æternum aliquando in ſacris ſcripturis ſumitur pro longo tempore, vt cum dicitur Exodi. 15. *Dominus Regnabit in æternum, & vltra.* Si enim æternum ibi ſumeretur pro infinito tempore, non daretur vltra illud æternum, & Geneſis 6. verſ. 3. Cum dixit Deus, *Non permanebit Spiritus meus in homine in æternum*, Non intelligitur, quod in ęternum, ideſt infinitum Æuum, ita Deus eſſe deberet

Digitized by Google

iratus hominibus, vt nunquam amplius Spiritus eius ſanctus in hominibus habitare deberet. Nam ipſum viſibiliter effudit in die Pentecoſtes ſuper Apoſtolos: & Ioſue 14. verſ. 9. dicit quod *Iurauit Moyſes in die illo dicens, terra quã calcauit pes tuus erit poſſeſſio tua, & filiorum tuorum in æternum*; & tamen filij eius illam terram non poſſederunt in perpetuum: Ex illa enim nunc ſunt eiecti. Et multa huiuſcemodi teſtimonia habentur in ſacris literis, ex quibus euidẽter colligitur, nõ ſemper æternũ pro infinito tempore ſumi. Vnde cum dubitare potuiſſet virgo quid illud æternum ſignificaret, vtrum, ſæculum aut infinitum temporis ſpatium, Recte ſubintulit Angelus, *& Regni eius non erit finis*, vt oſtenderet Regnum Chriſti non eſſe ſicut Regnũ Dauidis, quod aliquando defecit: aut ſicut domus Iacob carnalis, cui quamuis promiſſiones magnæ factæ fuiſſent, Regiam tandem dignitatem, & ſacerdotium, ac ſacrificium amiſerunt: ſed ſicut domus Iacob ſpiritualis, ideſt Eccleſia militans & triumphans;

cuius Regni non erit finis. His enim paucis verbis, videtur Angelus loqui, tam de Eccleſia militante, quam de triumphante. Non quod militans ſit duratura in æternum, ſed quod ex militante in triumphantem ſit conuertenda, & eadem ſemper ſit Eccleſia, ideſt eorumdem hominum fidelium congregatio, qui enim prius erant militantes in hoc mundo, ſi in bono perſeuerauerint vſque in finem, ex militantibus fiunt triumphantes in cœlo, & ideo cum vna ſit Eccleſia, quamuis in duas partes diſſecta, benè tamen dicitur quod R*egni eius non erit finis*: vel ſaltem quod *regnabit in domo* Iacob *in æternum*, ideſt in Ecleſia militante vſque ad finem ſæculi, & *regni eius non erit finis* in triũphãte. Vtraque enim Eccleſia frequenter in ſacris litteris dicitur Regnũ Dei, militans quidem cum dicitur Lucæ 17. verſ. 21. *Regnum* Dei *intra vos eſt*: & multis in locis Mathei, Lucę, & Marci, Regnum cælorum dicitur Eccleſia militans: vt cum dicitur *Mittet Angelos ſuos, et colligent de regno eius omnia ſcandala*: Neque enim in illo regno beatitu-

dinis ſcãdala eſſe poterunt, quæ colligãtur, vt ait D. Greg. hom. 12. in Euang. & cũ dicitur regnum cœlorum ſimile *ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti, quam cum impleta eſſet, educentes, & ſecus litus ſedentes, elegerunt bonos in vaſa, malos autem foras miſerunt.* Qui autem ſemel in regnum beatorum erit receptus, nunquam amplius foras mittetur. Vnde conſtat non de regno triumphantis Eccleſiæ, ſed de regno militantis loqui. *Exibunt* enim *Angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum.*

Quod etiã triũphans Eccleſia vocitetur regnũ Dei, ſuperfluũ videtur pluribus cõprobare: Plenæ enim ſunt ſcripturę huiuſcemodi nũcupationibus hoc enim Chriſtus docuit nos orare *Adueniat regnum tuum* triumphãtis ſcilicet Eccleſiæ, & dicturus eſt electis in die iudicii. *Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum a conſtitutione mundi,* quod non poteſt intelligi niſi de regno cœleſti, & multa alia huiuſcemodi habentur teſtimonia, quibus regnum Dei quandoque ſumitur pro Eccleſia militãte, quandoque vero pro trium-

Digitized by Google

phante. Age igitur oſtendamus. Quomodo nullus vnquam erit Eccleſię finis, neque in præſenti ſęculo, neque in futuro, & quomodo tandiu durabit Eccleſia militans quandiu ſeculum: & tandiu triũphans, quandiu ipſemet Deus, ideſt ſine fine, cum ſit infinitus.

Ac primo de militante ὅρια Ῥωμαίων ἐστὶ, τῆς τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ βασιλείας ὅριον οὐκ ἔστιν, ὅρια Περσῶν καὶ Μήδων ἐστὶν, τοῦ δὲ υἱοῦ ὅριον οὐκ ἔστιν *fines Romanorum ſunt, at regni filij Dei non erit finis, fines Perſarum & Medorũ ſunt, huius autem regni filij Dei non erit finis* inquit D. Cyrillus Heroſoly. Cathe. 12. Quod & alio ſenſu poteſt intęlligi, quod regnum filii Dei tam amplum & ſpatioſũ eſſe debeat, quod nullum habeat terminum: per totum enim mundũ ſe extendet: *Poſtula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuã, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* Quapropter Eccleſia, quæ eſt regnũ Chriſti, dicitur Catholica ſeu vniuerſalis, quia per totum mundum eſt diffuſa.

Quod autem regnum Dei quod eſt præſens Eccleſia nullum vnquã debeat habere finẽ quandiu mundus durabit, quicquid hæretici dicant, & obganniant, ſatis ipſa veritas oſtendit

dum ait Matth. 16. *Tu es Petrus, et ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, et portæ inferi non preualebunt aduerſus eam, et tibi dabo claues regni cœlorũ.* Siue enim illa petra ſumatur pro Petro, vt ipſemet Chriſtus videtur innuere, dum alludit ad nomen Petri, quod Petram ſignificat, & cui forſitan hac de cauſa nomen *Simonis* immutauerat in nomẽ *Cephas*, ideſt Petri ſeu Petrę Cephas enim interpretatur Petra, vt ſignificaret illum eſſe futurum Eccleſiæ fundamentum. Qua enim ratione illi nomen immutaſſet Chriſtus, niſi ſignificare voluiſſet illum futurum eſſe Petram, ſuper quam ædificaret Eccleſiam ſuam?

Siue Petra ſumatur pro confeſſione fidei a Petro facta, aut pro fide Petri, prout Origenem ſequuti hęretici contendunt intelligi debere, quanquam ineptiſſimè, cum nulla videatur eſſe ratio, cur Chriſtus dixiſſet, *Tu es Petrus et ſuper hãc petram ędificabo Eccleſiam meam*, ideſt ſupra tuam fidem, vel confeſſionem fidei:

Siue denique Petra ſumatur pro ipſo Chriſto, de quo ait Apoſtolus *Petra*

autem erat Chriſtus, & de quo contendunt hæretici ſolum hoc poſſe intelligi, *ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*, quia Apoſtol. 1. ad Corinth. 3. dicit *fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus*. Non recordati aut ſponte obliuiſcentes, quod idem Apoſtolus ait *fundati eſtis ſupra fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu*:

Quocunque tamen modo ſumatur hæc Petra, ſuperquam fundata eſt Eccleſia, ſemper Chriſtus oſtendit fundamentum eius eſſe ſtabile, & perpetuum, ac proinde ædificium ſuper illam Petram conſtructum, nunquam eſſe ruiturũ, vt ipſemet promittit verbis immediate ſuccedentibus, dum ait *& portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*: Si enim portæ inferi præualere non poſſunt aduerſus Eccleſiam, conſequenter apparet nunquam illam eſſe ruituram, aut illud regnum nunquam finem habiturum.

Quis namque illam deſtrueret, cum portæ inferi aduerſus eam preualere

non poſſint? non vtique Deus, qui illam ædificat; nec etiam homo, quia *quod Deus coniunxit homo non ſeparet*, vt ait ipſemet Chriſtus. Quod exponens D. Paulus ait *Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia*, quibus verbis oſtendit ea, quæ a Chriſto dicuntur de Matrimonio, debere intelligi de Matrimonio Chriſti & Eccleſiæ penitus inſeparabili: Nec deniq; hæreſes, quę ſunt portæ inferi; aut peccata per quæ homo in infernum prolabitur. Immò neq; dæmones peccatorum incentores illam deſtruere valebunt, quia portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Conſequenter a ſufficienti partium enumeratione, cum nec Deus, nec homo, nec dæmon ſit regnum Eccleſiæ euerſurus, nec alius ſit qui illam euertere poſsit. Nam Angeli boni, qui ſunt Eccleſiæ cuſtodes & miniſtri (*omnes* enim *ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in auxilium Miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis*, ideſt propter fideles Eccleſiæ) illam nec poſſunt nec volunt euertere: Relinquitur quod regnum eius

nunquam ſit finem habiturum. Quapropter ſubdit Chriſtus, *tibi dabo claues regni cælorum*, vt ſcilicet introducas fideles militantis Eccleſiæ in Eccleſiam triumphantem; & quæ prius fuerat in terris Eccleſia militans; fiat in cœlo triumphans: *Et quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in coelis*, vt oſtendat ne dum Eccleſię regnum finem eſſe habiturum, ſed nec decreta aut ſancita ſummorum Pontificum, vnquam eſſe temeranda, quibus apertè oſtenditur hęreticos vſque in finem vinculo excommunicationis innodatos, nunquam in perpetuum eſſe ſoluendos: & præterea falſam eſſe eorum cauillationem, qua articulo 31. confeſsionis ſuę fidei, dicunt *Eccleſiam fuiſſe in ruina & deſolatione*. Nunquam enim ruina vel deſolatio eſſe poterit in regno Chriſti, & Dei, quia *regni eius non erit finis. Quomodo enim poteſt quiſquam intrare in domum fortis, & vaſa eius diripere, niſi prius alligauerit*

f rtē? & tunc domum illius diripiet, inquit ipſemet Chriſtus Math.12. verſ. 29. Quod quamuis Chriſtus dixerit occaſione dæmonis a corpore humano expulſi, quaſi vellet inferre impoſſibile fuiſſe dæmonem expellere a corpore humano, niſi eſſet illo fortior: Mihi tamen licebit eodem vti argumento ad probandum impoſsibile eſſe Dei regnū ſeu Eccleſiam vnquam euerti poſſe: Imo efficacior ad id quod intendimus probandum videtur hæc Chriſti ratio:

Si enim quiſquam non poteſt intrare in domum fortis, nempe dęmonis & vaſa eius diripere, niſi prius alligauerit fortē. Quomodo quis poterit in domū fortis, ideſt Chriſti intrare (cuius fortitudo vt Rhinocerotis) & vaſa eius diripere, id eſt ſacramenta abolere, niſi prius alligauerit fortem, ideſt ipſum Chriſtum, & tunc illius vaſa diripiet? Quis namque Chriſtum aut Deum omnipotentem vincere aut alligare poterit? An dęmon, an homo, an Angelus? cum nulla ſit creatura, quæ illi reſiſtere poſſit?

Quod

Quod enim dæmon vincatur & vinciatur facile eſt Deo & Chriſto id efficere, imo Angelis & ſanctis per virtutẽ Dei: Sed quod Deus ipſe vincatur & vinciatur ab vlla creatura, impoſſibile eſt. Quapropter impoſſibile eſt etiam, quod vaſa domus eius, ideſt Eccleſiæ diripiantur, aut quod regnum eius euertatur. Vnde dicebat Iſaias cap. 33. ver. 20. *Reſpice Sion ciuitatem ſolemnitatis noſtræ, oculi tui videbunt Hieruſalem habitationem opulentam, tabernaculum quod nequaquam trãſferri poterit, nec auferentur claui eius in ſempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur, quia ſolummodo ibi magnificus eſt Dominus noſter. Locus fluuiorum riui latiſsimi & patentes, non tranſiuit per eum nauis remigum, nec trieris magna transgredietur eum. Dominus enim iudex noſter, Dominus legifer noſter, Dominus Rex noſter, ipſe ſaluabit nos.*

Quod ſiue de militanti, ſiuè de triumphanti intelligatur Eccleſia (parum enim refert) Satis euidens eſt quod nũquam eſt habitura finem: *Vide* enim *Eccleſiam Chriſti, in qua eſt vera ſolemnitas* Chriſti inquit D. Hieronymus *& taber-*

naculum quod nequaquam trāsferri poterit.
Quamuis enim militans cōuertatur in triūphātem, nunquam tamē transferri poterit ad extraneos, ſicut antiqua Synagoga, de qua Hieremias Propheta lugens dicebat, *Hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos, domus noſtræ ad extraneos*; Prius enim tabernaculum, quod habuit populus Iudæorum, tranſlatum, eſt atque ſublatum: huius autem Eccleſiæ nunquam claui auferentur in ſempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur, quia ſolummodo ibi magnificus eſt Dominus Deus noſter. Locus fluuiorum riui latiſſimi & patentes, ſūt Sacramēta per quos nō tranſibit nauis Remigū, neque triremis magna tranſgredietur hūc locū, per hos enim riuos nullus aduerſę partis poterit nauigare, ideſt nullus hæreticus, aut prędo Schiſmatic⁹, vel pirata ex torris à fide, poterit hos Sacramētorū riuos, aut ſaltē locū horum fluuiorum, nēpe Eccleſiā inficere, & infeſtare. Neq; trieris magna, quæ interpretatur diabolus, vt exponit D. Hieron. eū transgredi poterit, quia Dominus ipſe eſt iudex, & princeps, & Rex, & ſaluator noſter, & illo protegē-

te nullius metuemus inſidias.

Ait enim ipſe domin⁹ per eundẽ Prophetã cap. 59. v. vltimo, *Hoc fœdus meũ cũ eis, dicit* Dñs. *Spirit⁹ me⁹ qui eſt in te, & verba mea quæ poſui in ore tuo, nõ recedẽt de ore tuo, & de ore ſeminis tui, & de ore ſeminis ſeminis tui dicit Dñs a modo et vſque in ſempiternũ.* Quod ipſemet Caluin. 4. inſtitut. cogitur fateri intelligi de regno Christi nẽpe Eccleſia.

Daniel vir deſideriorum & Propheta Domini narrat cap. 2. quod, *In anno ſecundo Regni ſui vidit Nabuchodonoſor ſomnium, & conterritus eſt ſpiritus eius, & ſomnium ſuum fugit ab eo. Præcepit autem Rex, vt conuocarentur arioli, & magi, & malefici, & Chaldei, qui cum veniſſent dixit ad eos Rex, vidi ſomniũ & mẽte confuſus ignoro quid viderim. Reſponderuntque Chaldei Regi Syriacè, Dic ſomnium ſeruis tuis, & interpretationẽ eius indicabimus. & reſpõdens Rex ait. Certe noui quod tẽpus redimitis, ſciẽtes quod receſſit à me ſermo, ſi ergo ſomninm non indicaueritis mihi, vna eſt de vobis ſententia, quod interpretationem quoque fallacem & deceptione plenam compoſueritis,* &c.

Audiens autem Daniel adijt regem, & ſomnium ſuum expoſuit, & quid

per ſomnium ſignificaretur aperuit.
Tu Rex inquit *cogitare cœpiſti in ſtrato tuo,*
Somnium Nabuchodonoſor. *quid eſſet futurum poſt hac, & qui reuelat miſteria oſtendit tibi, quæ futura ſunt: tu Rex videbas, & ecce quaſi ſtatua vna grãdis, hui⁹ ſtatuæ caput ex auro optimo erat, pectus autem & brachia de argento, porrò venter & fœmora ex ære: tibiæ autem ferreæ: pedum quædam pars erat ferrea, quædam autem fictilis. Videbas ita donec abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus, & percuſſit ſtatuam in pedibus eius ferreis & fictilibus, & comminuit eos: tunc contrita ſunt pariter ferrum, teſta, æs, argentum, & aurum, & redacta ſunt quaſi in fauillam æſtiuæ areæ, quæ rapta ſunt vento, nulluſq; locus inuentus eſt eis: lapis autem qui percuſſerat ſtatuam factus eſt mõs magnus, & impleuit vniuerſam terram, hoc eſt ſomniũ* inquit Daniel.
Interpretatio ſomnij. Interpretationẽ quoque eius Regi ſic expoſuit: *Tu* inquit *es caput aureum, & poſt te cõſurget regnum aliud minus te argẽteum; et regnum tertium aliud æreum, quod imperabit vniuerſæ terræ: et regnum quartum erit velut ferrum, quomodo ferrum comminuit et domat omnia, ſic conteret et comminuet omnia hæc. Porrò quia vidiſti pedum*

ut digitorum partẽ teſtæ figuli, et partem ferream, regnum diuiſum erit, quod tamen de plantario ferri orietur, ſecundum quod vidiſti ferrum mixtum teſta ex Luto, et digitos pedũ ex parte ferreos, et ex parte fictiles. Ex parte regnum erit ſolidum, et ex parte contritum.

In diebus autem regnorum illorum, SVSCITABIT DEVS COELI REGNVM, *quod in æternũ nõ diſſipabitur, et regnum eius alteri populo non tradetur, comminuet autem et conſumet vniuerſa regna hæc, et ipſum ſtabit in æternum. Secũdum quod vidiſti quod de monte abſciſſus eſt lapis ſine manibus, et comminuit teſtam, et ferrum, et æs, et argentum, et aurum, Deus magnus oſtendit Regi quæ ventura ſunt poſtea, & verum eſt ſomnium, & fidelis interpretatio eius.*

Regnum Eccleſiæ in æternum non diſſipabitur.

Si igitur verum eſt ſomnium, & fidelis eius interpretatio, vtique Regnum Eccleſiæ erit æternum, & regni eius non erit finis, quia lapis ille abſciſſus de monte ſine manibus, nihil aliud eſt quàm Chriſtus, qui de monte Olympo nempe de cœlo abſciſſus eſt ſine manibus, non enim vi extractus eſt, nec

more cæterorum hominum eſt genitus, & ipſe confregit totã ſtatuam idololatrię omnium regum & regnorum. Vnde optime ait D. Hieronymus ibidem *abſciſſus eſt lapis Dominus atque ſaluator, ſine manibus, ideſt abſque coitu & humano ſemine de vtero virginali, & contritis omnibus regnis, factus eſt mons magnus, & impleuit vniuerſam terram, fide ſua ſcilicet, & doctrina*: Nam ipſemet Chriſtus ſe lapidem eſſe oſtendit, dum ait. *Non legiſtis. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput Anguli*: cum igitur aliud regnum in terra non habuerit, niſi Eccleſiam: Si regnum eius alteri populo non tradetur, & in æternum non diſſipabitur; dubio procul regni Eccleſię nullus erit finis. Quod autem per illud regnum, quod non diſſipabitur, & alteri populo non tradetur, Eccleſiæ regnum intelligi debeat, euidenter patet ex ſuperioribus dictis, & ex ijs quę vidimus accidiſſe illis regnis a Daniele commemoratis.

Cum enim ait *poſt te conſurget regnum aliud* &c. D. Hieronymus interpretatur *M*edorum videlicet atque *P*erſarum illud eſſe regnum, quod argenti habet ſimilitudinem, minus priore, & maius ſequente. Et regnum tertium aliud æneum &c. Alexandrum ſignificat, & regnum Macedonum ſucceſſorum quę Alexandri, quod recte æueum dicitur: inter omnia enim metalla æs vocalius eſt, & tinnit clariùs, & ſonus eius longè lateque diffunditur: vt non ſolum famam, & potentiam regni, ſed & eloquentiam gręci ſermonis oſtenderet. Et regnum quartum erit veluti ferrum, quomodo ferrum comminuit & domat omnia, ſic comminuet & conteret omnia &c. Regnum autem quartum quod perſpicuè pertinet ad Romanos ferrum eſt, quod comminuit & domat omnia: Sed pedes eius & digiti ex parte ferrei & ex parte ſunt fictiles, quod hoc tempore manifeſtiſſimè comprobatur. Sicut enim in principio nihil Romano

Digitized by Google

imperio fortius & durius fuit ita: in fine rerum nihil imbecillius, quando & in bellis ciuilibus, & aduerſum diuerſas nationes, aliarum gentium barbararum indigemus auxilio.

Sic etiam interpretatur gloſſa interlinearis & ordinaria: ait enim ordinaria: quod digiti exeuntes de planta erant partim teſtei, & partim ferrei, & per hoc ſignificatur, quod diuiſiones illæ, quæ ortæ ſunt in Romanis, proceſſerunt ex robore diuitiarum & potentia ſeculari.

Quapropter cum hæc omnia videamus clarè & euidenter eſſe adimpleta de verbo ad verbum, prout a Daniele fuerāt expoſita, Si verum etiam debet eſſe, quòd in diebus regnorum illorum ſuſcitabit Deus cœli Regnū, quod in æternum non diſſipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur, cum aliud Dei regnum non videamus exortum & ſuſcitatum, niſi regnum Eccleſiæ, abſque vllo dubio euidenter oſtenditur Eccleſiæ regnum nullum vnquam finem eſſe habiturum.

Quocirca gloſſa interlinearis ſuper

hæc verba, *ſuſcitabit Deus cæli regnum*, ſuperpoſuit quod Deus Pater ſuſcitabit regnum filij ſui, & Eccleſiæ. Quod in ęternum non diſſipabitur, ſuper quæ verba ſuperaddit etiā quod regni eius non erit finis: & regnum eius alteri populo non tradetur, quia gloriam meam non dabo alteri, inquit ibidem eadem gloſſa: Quamobrem ſi vera eſt & fidelis Danielis interpretatio, de qua dubitare nulla tenus licet, tum quod ſpiritu ſancto dictante hæc omnia retulerit, & non ſolum regi, ſed etiam omnibus poſteris ſcriptum reliquerit: tum quod niſi vera & fidelis eſſet, ne dum interpretationem, ſed nec ſomnium quod viderat Nabuchodonoſor potuiſſet imaginari; cum ipſemet Nabuchodonoſor, qui ſomniauerat, illius non poſſet recordari, infallibile & ineluctabile eſt argumentum aduerſus noſtræ tempeſtatis hæreticos (qui pro articulo fidei ponunt, *Eccleſiam fuiſſe in ruina & deſolatione proſtratam*) illos egregie in caput ſuum fuiſſe mentitos, vt ipſemet Daniel ſenibus dixit, caſtam Suſannam conſtuprare volentibus. *Artic. 31.*

& quia fœdæ eorum libidini acquieſcere noluerat, capitis eam innoxiam damnātibus, hæreticoſque in hoc figurantibus, qui ſponsā Chriſti Eccleſiam temerare volunt, & quia eorum nō aſſentitur libidini, eam capite damnant, ac verbis ſi non verberibus dilapidant.

Nam vt ipſemet Daniel ait, ipſum Dei regnum, quod Eccleſiam eſſe oſtendimus, ſtabit in æternum, & factus eſt mons magnus, & impleuit terram vniuerſam. Quod non ſolum Daniel, ſed etiam Iſaias cap. 2. Eccleſiam eſſe indubitanter oſtendit, ait enim *Erit in nouiſſimis diebus præparatus mōs dom⁹ Domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles, & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi & dicent venite & aſcendamus ad montem Domini, & ad Domum Dei Iacob, et docebit nos vias ſuas; & ambulabimus in ſemitis eius, quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem.*

Quod etiam Micheas Propheta cap. 4. teſtatur iiſdem penè verbis. vnde Ni-

colaus Lyranus, qui ſecreta Hebræorum optimè calebat, poſtquã (inquit) Propheta deſcripſit regni Iudæ deiectionem hîc conſequenter deſcribit regni Chriſti, (ſcilicet Eccleſiæ) electionem. Et gloſſa interlinearis ſuper illa verba *erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini*, Id eſt Eccleſiæ (inquit) quam quaſi lapidem vidit Daniel abſciſſum de monte ſine manibus, & creuiſſe in montem magnum. 1. Ioan. 2.

Et ante gloſſam D. Hieronymus in hunc locum, *In his nouiſſimis diebus* inquit *de quibus Iohannes Apoſtolus loquitur. Filioli mei nouiſſima hora eſt, in qua abſciſſus lapis de monte ſine manibus, creuit in montem magnum, et repleuit omnem terram, hic mons* inquit *in domo Domini eſt, ad quam Propheta ſuſpirat dicens. Vnam petij a Domino hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini, omnibus diebus vitæ meæ*; Et de qua Paulus ſcribit ad Timotheum, *His verbis vt ſcias quomodo oporteat te conuerſari in domo Dei, quæ eſt Eccleſiæ Dei viuentis, columna &* 1. Thim. 3. ad Eph. 1. 2.

Digitized by Google

firmamentum veritatis : Hęc domus ędificata eſt ſupra fundamentum Apoſtolorũ & Prophetarum: Qui & ipſi montes ſunt quaſi imitatores Chriſti : & Nicolaus Lyranus *mons domus Domini, eſt Eccleſia* inquit *quæ dicitur hic domus Domini, tum quia fundata fuit per prædicationem Chriſti, & eius miracula in monte Sion, vbi erat templum Domini : tum quia Eccleſia quæ eſt domus Domini, dignitate excellit omnem etiam congregationem à principio mundi ad Dei cultum ordinatam:* & eleuabitur ſuper colles, ideſt ſuper terrę principes, qui a tempore Conſtãtini cœperunt ſe ſupponere iugo Chriſti : De hac domo & Hieruſalem Pſalmiſta conclamat dicens, *Qui cõfidunt in Domino, ſicut mons Sion non commouebitur in æternum, qui habitat in Hieruſalem. Mõtes in circuitu eius & Dominus in circuitu populi ſui ex hoc nunc & vſque in ſæculũ, quia non relinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum*, Quod etiam exponens D. Hieronym. *Sion* inquit *eſt Eccleſia. Mons autem iuxta Danielem Chriſtus Dominus, ergo qui in eum totam ſpem ponunt, nõ commouentur in perpe-*

Mons domus Domini Eccleſia.

Pſal.124.

ſuum, quia conformes efficiuntur cor- ,,
pori gloriæ eius, qui habitat in Hieru- ,,
ſalem: in ipſa ſcilicet Eccleſia matre ,,
noſtra, quæ ſurſum eſt libera. Non
enim ſunt duæ, ſed vna tantum Eccle-
ſia, vt ſupra diximus, quæ nunc eſt mili-
tans, & poſtea ſurſum triumphans:

Montes in circuitu eius, cuſtodiæ ,,
ſanctorum Angelorum, Prophetarum, ,,
& Apoſtolorũ, quæ in modum proce- ,,
ritatis montanæ ſupereminet cunctis ,,
in ſanctitate, & Dominus in circuitu ,,
populi ſui ex hoc nunc & vſque in ſe- ,,
culum, ſicuti ipſe polliceri dignatus ,,
eſt dicens, *ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi.*

Et D. Auguſt. in eundem Pſal. locũ. *Qui confidunt in Domino. Qui ſunt* inquit *iſti? qui habitant in Hieruſalem: Ipſi non commouebuntur in æternum, qui habitant in Hieruſalem. Si hanc Hieruſalem intellexerimus, omnes qui illic inhabitabant, bellis & euerſione illius ciuitatis excluſi ſunt. Modo ſi quæris Iudæum in ciuitate Hieruſalem, non inuenies. Quare ergo non mouebuntur in æternum qui habitant in Hieruſalem? Niſi quia eſt alia Hieruſalem,*

de qua multa ſolemus audire, ipſa eſt mater noſtra, cui ſupiramus, et gemimus in iſta peregrinatione, vt ad illam redeamus; errauerámus à via, et viam non habebamus. Rex ipſius venit, et via nobis factus eſt, vt ad illam redire poſsimus, ipſa eſt illa, vbi ſtabant pedes noſtri in atrijs Hieruſalem, &c. montes in circuitu eius: *Montes excelſi prædicatores veritatis, ſiue Angeli ſiue Apoſtoli, ſiue Prophetæ, ipſi ſunt in circuitu Hieruſalem, ambiunt illam, & quaſi illi murum faciunt. Ipſi ſunt montes de quibus cantamus, Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Montes igitur in circuitu eius.*

Et Dominus in circuitu populi ſui ex hoc nunc & vſque in ſæculum, quia non relinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum, quibus verbis adhuc clariùs oſtendit, quod nunquam Deus permittet Hęreticos, aut dæmones præualere aduerſus Eccleſiam, quæ eſt ſors iuſtorum, vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas. Fideles igitur, qui confidunt in domino, & conſtituunt Eccleſiam, quia eſt congregatio fide-

lium, erunt ſicut mons Syon, qui non commouebitur in æternum, qui habitat in Hieruſalem. Vnde gloſa ordinaria dicit. Nō videtur quod intelligatur de Hieruſalem materiali, cuius nunquam fuit tanta pax & ſublimitas, quanta deſcribitur in hoc pſalmo, quia multoties fuit impugnata, & pluries deſtructa; bis totaliter, ſcilicet ſemel per Nabuchodonoſor, & ſemel per Romanos: & pluries partialiter, quantum ad aliquam partem murorum & ædificiorum, vt patet ex libris Regum, Paralipom. Machabeorũ, & ideo exponitur de Hieruſalē ſpirituali, ſcilicet de Eccleſia, de qua dicitur Apocalipſ. 21. *Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam, deſcendentem de cœlo, à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo*, Quod intelligitur de Eccleſia militante, quia triumphans non deſcendit de cœlo, & hoc eſt quod innuere voluit Daniel, cum lapis dicitur abſciſſus de monte ſine manibus, qui percuſſit ſtatuam, & factus eſt mons magnus, ideſt Eccleſia, ad quam fluunt omnes

gentes, vt dixit Iſaias; *Omnes* enim *gentes ſeruient ei*, cui dictũ eſt. *Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.*

Quod ſi hæritici contendant hæc omnia de Chriſto, & non de Eccleſia intelligi, quia ipſe eſt lapis abſciſſus de monte ſine manibus, qui factus eſt mons magnus, & cuidictum eſt *poſtula à me dabo tibi gentes hæreditatem tuam*, &c. Velim tamen intelligant, caput cũ cæteris membris vnum tantũ corpus efficere, proinde cum Apoſtolus dicat. *Nos omnes eſſe vnum corpus in Chriſto*, Et ipſius corporis Chriſtum eſſe caput, nos verò mẽbra de mẽbro: Eccleſia quam congregatio omnium noſtrum conſtituit, non poteſt eſſe aliud, quam corpus Chriſti, quia vnum corpus efficit cum ſuo capite, & ſic quæcumque dicuntur de ipſo capite, intelliguntur de ipſo corpore, propter vnionem membrorum cum ipſo, & mons domus Domini non poteſt intelligi, niſi de Eccleſia, quæ vt oſtendimus, nõ mouebitur in ęternũ.

Quamobrem dicebat Baruch. cap.

3. ver.

Digitized by Google

cap. 3. ver. 25. *O Iſrael quàm magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis eius: magnus eſt & non habet finem; excelſus & immenſus*, Ex hac enim militanti Eccleſia tranſiet in triumphantem, Regni ſi quidem eius non erit finis: ſed *Regnabit Dominus ſuper eos in monte Syon, ex hoc nunc & vſque in æternum*, ait Micheas. cap. 4. ver. 7. Vbi gloſſa interlinearis dicit ſuper hæc verba *Regnabit Dominus in monte Syon*, ideſt in Eccleſia, quę eſt ſpecula virtutum. Syon enim interpætatur ſpecula. Et Lyranus *regnabit Dominus ſuper eos in monte Syon*, ideſt in Eccleſia, quæ dicitur mons Syon, eo quod ibi Chriſtus fidem Catholicam prædicauit, & Spiritum Sanctum ſuper Apoſtolos miſit. *Ex hoc nunc & vſque in æternum*, quia ſtatui Eccleſiæ militantis ſuccedet ſtatus Eccleſiæ triumphantis, cuius non erit finis.

Quod videtur innuere D. Ioannes Apocalipſ. 11. verſ. 17. vbi ait. *Septimus Angelus tuba cecinit, & factæ ſunt voces magnæ in cælo dicentes factũ eſt regnũ mũdi Domini noſtri, & Chriſti eius, & regnabit in ſæcula ſæculorũ*: quod nõ intelligitur

de regno pręſentis ſęculi, ſed de regno futuri. Poſtquā enim deſierit eſſe pręſens ſęculum, incipiet futurum. Habet enim tempus ſuum, vt dixit Angelus Danieli cap. 8. ver. 19. Sed regni Domini noſtri Ieſu Chriſti, ideſt Eccleſiæ non erit finis, nam vt ait Iſaias cap. 9. v. 7. *Multiplicabitur eius imperium, & pacis eius non erit finis*, pro quo Hebraicè habetur *Meſciura* quod idem eſt ac Latinè menſura.

Vnde ait Lyranus *pacis eius non erit finis*, ſcilicet pacis cœleſtis ab eo datæ, quæ eſt æterna, vbi autem legimus *multiplicabitur ei⁹ imperiū*, in Hebræo habetur *Lemarbe* quod ſignificat ad multiplicādum, & ponitur ibi *men* clauſum in medio dictionis, contra naturam ſuam, quia ſolùm poni ſolet in fine dictionis, & nunquam in medio, nec in principio; & hoc ad denotādum quod Chriſtus de quo ſcriptura ſic loquitur, natus ſit contra curſum naturæ de virgine clauſa, inquit Nicolaus de Lyra. Cui ſuperaddiderim hoc etiam factum fuiſſe ad ſignificandum, quod regni eius non erit finis.

Regnabit enim Dominus Deus tuus Syon: in generationem & generationem, inquit Pſaltes Pſal. 145. ver. 10.

Gaude (inquit D. Aug. in hunc Pſal.) *quia tibi regnabit, gaude quia tu eris regnum eius, vide enim quod ſequitur, es es certe ciuis Syon non de Babilonia ideſt de ciuitate peritura huius ſæculi, ſed de Syon ad tempus laborãte & perægrinante, in æternum autem regnatura. O Syon Deus tuus regnabit in æternũ. Nunquid ſine te regnabit Deus tuus? In generatione & generationem dixit, quia non potuit ſemper dicere* inquit D. Aug.

Quod arbitror ita intelligere, quia tempus ſemper non erit, non potuiſſe dicere ſemper, quod ſignificat tempus, ſed in ſęcula; & in generationem & generationem, quia hæc præſens generatio mortalium & morientium ſemper non erit. *Nec enim putes* ait Auguſt. *quia verbis finitis finitur æternitas. Æternitas in verbo quatuor ſyllabis conſtat, in ſe ſine fine eſt. Non potuit tibi, niſi ſic commendari. Deus tuus regnabit in generatione. Parũ dixit ſi tota die diceret, nonne aliquando conticeſceret? ama æternitatem, nullo fine regnabis, ſi finis tibi Chriſtus eſt, cum quo re-*

Digitized by Google

gnabis in ſæcula ſæculorum.

Regnum enim eius regnum ſempiternum, & poteſtas eius in generationem & generationem inquit Daniel. ca. 3. verſ. vltimo: & Regius vates Pſal. 9. ver 36. *Dominus regnabit in æternum, & in ſæculum ſæculi*, Et Nabuchodonoſor apud Danielē cap. 4 verſ. 21. *Poteſtas eius poteſtas ſempiterna, & regnum eius in generationem & generationem.* Quapropter ipſe Daniel cap. 7. *Aſpiciebam* inquit *in viſione noctis, & ecce cum nubibus cæli, quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit, & in conſpectu eius obtulerunt eum, & dedit ei poteſtatem & honorem, & Regnum, & omnes populi, tribus, & linguæ ipſi ſeruient. Poteſtas eius poteſtas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.* Quia regni eius non erit finis, inquit Nicolaus de Lyra.

Et Eccleſiaſticus cap. 24. ver. 34. In hunc modū de regno Chriſti loquitur. *Poſuit Dauid puero ſuo excitare ex ipſo regem fortiſſimum, & in Throno honoris ſedentem in ſempiternum, qui implet quaſi Phiſon ſapientiam: & ſicut Tigris in diebus nouorum: qui adimplet quaſi Euphrates ſen-*

Digitized by Google

ſum, et qui multiplicat quaſi Iordanis in tempore meßis. Qui mittit diſciplinam ſicut Lucem, et aßiſtens quaſi Gyhon in Die vindemiæ. Quod nullo modo de alio rege quam de Chriſto, nec de alio regno quã de regno Chriſti poteſt intelligi; nullus enim ſedet in Throno honoris in ſempiternum niſi Chriſtus. Vnde Lyr. *Poſtquã* inquit *actum eſt de ſapientiæ æterna generatione à Patre, hîc conſequenter agitur de temporali generatione ex Virgine.* Et gloſſa interlinearis ſuper illa verba *poſuit David puero ſuo excitare ex ipſo regem fortißimum, et in Throno honoris ſedentem in ſempiternum*, interpretatur, non Salomonem, qui per peccatum perdidit regnum; Sed Chriſtum verum pacificum, qui fortior fortem armatum ſuperauit, & ſpolia eius diſtribuit, cuius regni non erit finis: Et Lyranus etiam dicit quod hoc intelligitur de Chriſto, qui deſcendit de ſemine Dauid ſecundum carnem, per Virginem Mariam, & implet quaſi Phyſon ſapientiam, & ſicut Tigris in diebus nouorum, qui adimplet quaſi Euphrates ſenſum, qui multiplicat quaſi Iordanis

Digitized by Google

& quia fœdæ eorum libidini acquieſcere noluerat, capitis eam innoxiam damnātibus, hæreticoſque in hoc figurantibus, qui ſponsā Chriſti Eccleſiam temerare volunt, & quia eorum nō aſſentitur libidini, eam capite damnant, ac verbis ſi non verberibus dilapidant.

Nam vt ipſemet Daniel ait, ipſum Dei regnum, quod Eccleſiam eſſe oſtendimus, ſtabit in æternum, & factus eſt mons magnus, & impleuit terram vniuerſam. Quod non ſolum Daniel, ſed etiam Iſaias cap. 2. Eccleſiam eſſe iudubitanter oſtendit, ait enim *Erit in nouiſſimis diebus præparatus mōs dom⁹ Domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles, & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi & dicent venite & aſcendamus ad montem Domini, & ad Domum Dei Iacob, et docebit nos vias ſuas; & ambulabimus in ſemitis eius, quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem.*

Quod etiam Micheas Propheta cap. 4. teſtatur iiſdem penè verbis. vnde Ni-

colaus Lyranus, qui ſecreta Hebrçorum optimè calebat, poſtquã (inquit) Propheta deſcripſit regni Iudæ deiectionem hîc conſequenter deſcribit regni Chriſti, (ſcilicet Eccleſiæ) electionem. Et gloſſa interlinearis ſuper illa verba *erit in nouiſsimis diebus præparatus mons domus Domini*, Id eſt Eccleſiæ (inquit) quam quaſi lapidem vidit Daniel abſciſſum de monte ſine manibus, & creuiſſe in montem magnum. 1. Ioan. 2.

Et ante gloſſam D. Hieronymus in hunc locum, *In his nouiſsimis diebus* inquit *de quibus Iohannes Apoſtolus loquitur. Filioli mei nouiſsima hora eſt, in qua abſciſſus lapis de monte ſine manibus, creuit in montem magnum, et repleuit omnem terram, hic mons* inquit *in domo Domini eſt, ad quam Propheta ſuſpirat dicens. Vnam petij a Domino hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini, omnibus diebus vitæ meæ*; Et de qua Paulus ſcribit ad Timotheum, *His verbis vt ſcias quomodo oporteat te conuerſari in domo Dei, quæ eſt Eccleſiæ Dei viuentis, columna &* 1. Thim. 3. ad Eph. 1. 2.

firmamentum veritatis : Hęc domus ędificata eſt ſupra fundamentum Apoſtolorũ & Prophetarum: Qui & ipſi montes ſunt quaſi imitatores Chriſti : & Nicolaus Lyranus *mons domus Domini, eſt Eccleſia* inquit *quæ dicitur hic domus Domini, tum quia fundata fuit per prædicationem Chriſti, & eius miracula in monte Sion, vbi erat templum Domini : tum quia Eccleſia quæ eſt domus Domini, dignitate excellit omnem etiam congregationem à principio mundi ad Dei cultum ordinatam*: & eleuabitur ſuper colles, ideſt ſuper terrę principes, qui a tempore Conſtãtini cœperunt ſe ſupponere iugo Chriſti : De hac domo & Hieruſalem Pſalmiſta conclamat dicens, *Qui cõfidunt in Domino, ſicut mons Sion non commouebitur in æternum, qui habitat in Hieruſalem. Mõtes in circuitu eius & Dominus in circuitu populi ſui ex hoc nunc & vſque in ſæculũ, quia non relinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum*, Quod etiam exponens D. Hieronym. *Sion* inquit *eſt Eccleſia. Mons autem iuxta Danielem Chriſtus Dominus, ergo qui in eum totam ſpem ponunt, nõ commouentur in perpe-*

Mons domus Domini Eccleſia.

Pſal. 124.

ſuum, quia conformes efficiuntur cor- „
pori gloriæ eius, qui habitat in Hieru- „
ſalem: in ipſa ſcilicet Eccleſia matre „
noſtra, quæ ſurſum eſt libera. Non enim ſunt duæ, ſed vna tantum Eccleſia, vt ſupra diximus, quæ nunc eſt militans, & poſtea ſurſum triumphans:

Montes in circuitu eius, cuſtodiæ „
ſanctorum Angelorum, Prophetarum, „
& Apoſtolorũ, quæ in modum proce- „
ritatis montanæ ſupereminet cunctis „
in ſanctitate, & Dominus in circuitu „
populi ſui ex hoc nunc & vſque in ſe- „
culum, ſicuti ipſe polliceri dignatus „
eſt dicens, *ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi.*

Et D. Auguſt. in eundem Pſal. locũ: *Qui confidunt in Domino. Qui ſunt* inquit *iſti? qui habitant in Hieruſalem: Ipſi non commouebuntur in æternum, qui habitant in Hieruſalem. Si hanc Hieruſalem intellexerimus, omnes qui illic inhabitabant, bellis & euerſione illius ciuitatis excluſi ſunt. Modo ſi quæris Iudeum in ciuitate Hieruſalem, non inuenies. Quare ergo non mouebuntur in æternum qui habitant in Hieruſalem? Niſi quia eſt alia Hieruſalem,*

de qua multa ſolemus audire, ipſa eſt mater noſtra, cui ſupiramus, et gemimus in iſta peregrinatione, vt ad illam redeamus; errauerámus à via, et viam non habebamus. Rex ipſius venit, et via nobis factus eſt, vt ad illam redire poſſimus, ipſa eſt illa, vbi ſtabant pedes noſtri in atrijs Hieruſalem, &c. montes in circuitu eius: *Montes excelſi prædicatores veritatis, ſiue Angeli ſiue Apoſtoli, ſiue Prophetæ, ipſi ſunt in circuitu Hieruſalem, ambiunt illam, & quaſi illi murum faciunt. Ipſi ſunt montes de quibus cantamus, Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Montes igitur in circuitu eius.*

Et Dominus in circuitu populi ſui ex hoc nunc & vſque in ſæculum, quia non relinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum, quibus verbis adhuc clariùs oſtendit, quod nunquam Deus permittet Hęreticos, aut dæmones præualere aduerſus Eccleſiam, quæ eſt ſors iuſtorum, vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas. Fideles igitur, qui confidunt in domino, & conſtituunt Eccleſiam, quia eſt congregatio fide-

lium, erunt ſicut mons Syon, qui non commouebitur in æternum, qui habitat in Hieruſalem. Vnde gloſa ordinaria dicit. Nō videtur quod intelligatur de Hieruſalem materiali, cuius nunquam fuit tanta pax & ſublimitas, quanta deſcribitur in hoc pſalmo, quia multoties fuit impugnata, & pluries deſtructa; bis totaliter, ſcilicet ſemel per Nabuchodonoſor, & ſemel per Romanos: & pluries partialiter, quantum ad aliquam partem murorum & ædificiorum, vt patet ex libris Regum, Paralipom. Machabeorū, & ideo exponitur de Hieruſalē ſpirituali, ſcilicet de Eccleſia, de qua dicitur Apocalipſ. 21. *Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam, deſcendentem de cœlo, à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo*, Quod intelligitur de Eccleſia militante, quia triumphans non deſcendit de cœlo, & hoc eſt quod innuere voluit Daniel, cum lapis dicitur abſciſſus de monte ſine manibus, qui percuſſit ſtatuam, & factus eſt mons magnus, ideſt Eccleſia, ad quam fluunt omnes

gentes, vt dixit Iſaias; *Omnes* enim *gentes ſeruient ei*, cui dictũ eſt. *Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſsionem tuam terminos terræ.*

Quod ſi hæritici contendant hæc omnia de Chriſto, & non de Eccleſia intelligi, quia ipſe eſt lapis abſciſſus de monte ſine manibus, qui factus eſt mons magnus, & cui dictum eſt *poſtula à me dabo tibi gentes hæreditatem tuam*, &c. Velim tamen intelligant, caput cũ cæteris membris vnum tantũ corpus efficere, proinde cum Apoſtolus dicat. *Nos omnes eſſe vnum corpus in Chriſto*, Et ipſius corporis Chriſtum eſſe caput, nos verò mẽbra de mẽbro: Eccleſia quam congregatio omnium noſtrum conſtituit, non poteſt eſſe aliud, quam corpus Chriſti, quia vnum corpus efficit cum ſuo capite, & ſic quæcumque dicuntur de ipſo capite, intelliguntur de ipſo corpore, propter vnionem membrorum cum ipſo, & mons domus Domini non poteſt intelligi, niſi de Eccleſia, quæ vt oſtendimus, nõ mouebitur in ęternũ.

Quamobrem dicebat Baruch. cap.

3. ver.

cap. 3. ver. 25. *O Iſrael quàm magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſsionis eius: magnus eſt & non habet finem; excelſus & immenſus*, Ex hac enim militanti Eccleſia tranſiet in triumphantem, Regni ſi quidem eius non erit finis: ſed *Regnabit Dominus ſuper eos in monte Syon, ex hoc nunc & vſque in æternum*, ait Micheas. cap. 4. ver. 7. Vbi gloſſa interlinearis dicit ſuper hæc verba *Regnabit Dominus in monte Syon*, ideſt in Eccleſia, quę eſt ſpecula virtutum. Syon enim interpretatur ſpecula. Et Lyranus *regnabit Dominus ſuper eos in monte Syon*, ideſt in Eccleſia, quæ dicitur mons Syon, eo quod ibi Chriſtus fidem Catholicam prædicauit, & Spiritum Sanctum ſuper Apoſtolos miſit. *Ex hoc nunc & vſque in æternum*, quia ſtatui Eccleſiæ militantis ſuccedet ſtatus Eccleſiæ triumphantis, cuius non erit finis.

Quod videtur innuere D. Ioannes Apocalipſ. 11. verſ. 17. vbi ait. *Septimus Angelus tuba cecinit, & factæ ſunt voces magnæ in cœlo dicentes factũ eſt regnũ mũdi Domini noſtri, & Chriſti eius, & regnabit in ſæcula ſæculorũ*: quod nõ intelligitur

Digitized by Google

de regno prȩſentis ſȩculi, ſed de regnō futuri. Poſtquā enim deſierit eſſe prȩſens ſȩculum, incipiet futurum. Habet enim tempus ſuum, vt dixit Angelus Danieli cap. 8. ver. 19. Sed regni Domini noſtri Ieſu Chriſti, ideſt Eccleſiæ non erit finis, nam vt ait Iſaias cap. 9. v. 7. *Multiplicabitur eius imperium, & pacis eius non erit finis*, pro quo Hebraicè habetur *Meſciura* quod idem eſt ac Latinè menſura.

Vnde ait Lyranus *pacis eius non erit finis*, ſcilicet pacis cœleſtis ab eo datæ, quæ eſt æterna, vbi autem legimus *multiplicabitur ei⁹ imperiū*, in Hebræo habetur *Lemarbe* quod ſignificat ad multiplicādum, & ponitur ibi *men* clauſum in medio dictionis, contra naturam ſuam, quia ſolùm poni ſolet in fine dictionis, & nunquam in medio, nec in principio; & hoc ad denotādum quod Chriſtus de quo ſcriptura ſic loquitur, natus ſit contra curſum naturæ de virgine clauſa, inquit Nicolaus de Lyra. Cui ſuperaddiderim hoc etiam factum fuiſſe ad ſignificandum, quod regni eius non erit finis.

Regnabit enim Dominus Deus tuus Syon: in generationem & generationem, inquit Pſaltes Pſal. 145. ver. 10.

Gaude (inquit D. Aug. in hunc Pſal.) *quia tibi regnabit, gaude quia tu eris regnum eius, vide enim quod ſequitur, es es certe ciuis Syon non de Babilonia ideſt de ciuitate peritura huius ſæculi, ſed de Syon ad tempus laborãte & perægrinante, in æternum autem regnatura. O Syon Deus tuus regnabit in æternũ. Nunquid ſine te regnabit Deus tuus? In generatione & generationem dixit, quia non potuit ſemper dicere* inquit D. Aug.

Quod arbitror ita intelligere, quia tempus ſemper non erit, non potuiſſe dicere ſemper, quod ſignificat tempus, ſed in ſecula; & in generationem & generationem, quia hæc præſens generatio mortalium & morientium ſemper non erit. *Nec enim putes* ait Auguſt. *quia verbis finitis finitur æternitas. Æternitas in verbo quatuor ſyllabis conſtat, in ſe ſine fine eſt. Non potuit tibi, niſi ſic commendari. Deus tuus regnabit in generatione. Parũ dixit ſi tota die diceret, nonne aliquando conticeſceret? ama æternitatem, nullo fine regnabis, ſi finis tibi Chriſtus eſt, cum quo re-*

ſum, et qui multiplicat quaſi Iordanis in tempore meſsis. Qui mittit diſciplinam ſicut Lucem, et aſsiſtens quaſi Gyhon in Die vindemiæ. Quod nullo modo de alio rege quam de Chriſto, nec de alio regno quã de regno Chriſti poteſt intelligi; nullus enim ſedet in Throno honoris in ſempiternum niſi Chriſtus. Vnde Lyr. *Poſtquã* inquit *actum eſt de ſapientiæ æterna generatione à Patre, hîc conſequenter agitur de temporali generatione ex Virgine.* Et gloſſa interlinearis ſuper illa verba *poſuit David puero ſuo excitare ex ipſo regem fortiſsimum, et in Throno honoris ſedentem in ſempiternum*, interpretatur, non Salomonem, qui per peccatum perdidit regnum; Sed Chriſtum verum pacificum, qui fortior fortem armatum ſuperauit, & ſpolia eius diſtribuit, cuius regni non erit finis: Et Lyranus etiam dicit quod hoc intelligitur de Chriſto, qui deſcendit de ſemine Dauid ſecundum carnem, per Virginem Mariam, & implet quaſi Phyſon ſapientiam, & ſicut Tigris in diebus nouorum, qui adimplet quaſi Euphrates ſenſum, qui multiplicat quaſi Iordanis

Digitized by Google

no emittet diſciplinam ſicut lucem, tunc enim cognoſcent miſteria diuina reuelata facie: & aſſiſtens quaſi *Gehon* in die vindemiæ, quia *Torrente voluptatis tuæ potabis eos*: & multiplicabit quaſi Iordanis in tempore meſſis: Quia *euntes ibant & flebant, mittentes ſemina ſua. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos ſuos.*

Adimplebit etiam, quaſi Euphrates ſenſum. Euphrates enim interpretatur frugifer, *Et fructus eius dulcis gutturi meo*. Et ipſe Chriſtus dicebat Apoſtolis, *ego elegi vos, vt eatis, & fructum afferatis, fructus veſter maneat.*

Et ſicut Tygris in diebus nouorum, *Inebriabũtur* enim *abvbertate domus tuæ.*

Et quaſi Phyſon, qui interpretatur oris mutatio, implebit ſapientiam, tunc enim erit oris mutatio; quia *ſeminatur corpus animale, ſurget ſpirituale*, & implebitur animus ſapientia, ideſt perfecta Dei viſione & cognitione. Quaproter dicebat Regius vates Pſal. 144. *Sancti tui benedicant tibi, gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur, vt notam faciant filijs hominum poten-*

tiam tuam , & gloriam magnificentiæ regni tui. Regnum tuum regnum omnium ſæculorũ, & dominatio tua in omni generatione & generationem. Quod exponens Diuus Auguſtinus hunc in locum *videte fratres* inquit *& ſi poteſtis cogitate decorem regni illius, quod venturum eſt: mundum iſtum attẽdite, decorem habet; & hîc viuis in iſto decore, in iſta pulchritudine, propè iam ineffabili, hîc viuunt tecum, & vermiculi, & mures, & omnia terræ repentia et ſerpentia, iſta tecum viuunt in decore iſto. Quale decus eſt illius reregni, vbi tecum nõ viuunt niſi Angeli, nam et regnum huius ſæculi habet decorem ſuum: ſed non eſt ibi magnitudo illa decoris, qualis eſt in regno omnium ſæculorum.*

Et Nicolaus de Lyra, *In regno* inquit *cæleſti, de quo hîc eſt ſermo, eſt clara Dei viſio, et iugis laudatio, ideo regnum illud dicitur glorioſum:* Eſt etiã æternũ, propter quod ſubditur. *Regnũ tuũ regnũ omnium ſæculorũ.* Secũdũ quod dicitur Lucæ i. & regni eius nõ erit finis, *Et erit opus Iuſtitiæ pax, & cultus Iuſtitiæ ſilentium & ſecuritas, vſque in ſempiternum, et ſedebit populus meus in pulchritudine pacis. Et*

in tabernaculis iuſtitiæ, et requie opulenta, inquit Dominuss Iſaiæ capite. 32. & capite. 35. *Lætitia ſempiterna ſuper capita eorum, gaudium & exultationem obtinebunt & fugiet dolor & gemitus.*

Suſcipient autem regnum ſancti Dei altiſsimi, et obtinebunt regnum vſque in ſæculum et ſæculum ſæculorum inquit, Dan. c. 7. v. 18. Ideſt æternaliter vt ait gloſſa, vbi enim nomen ſæculum ſic duplicatur, intelligitur eternitas.

Fulgebũt iuſti, et tãquam ſcintillæ in arũdineto diſcurrent, iudicabunt nationes, et dominabũtur populis, et regnabit Dominus *illorũ in perpetuum:* Sapiẽtiæ 3. v. 5. & Iſa. 61. *Lætitia ſempiterna erit eis, et ſcient in gentibus ſemen eorum, et germẽ eorum in medio populorum, omnes qui viderint illos, cognoſcẽt illos, quia iſti ſunt ſemẽ, cui benedixit dñs.*

Non audietur vltra iniquitas in terra tua *Iſaiæ 61.* *vastitas et contritio in terminis tuis, et occupabit ſalus muros tuos, et portas tuas laudatio: Non erit tibi amplius ſol ad lucendum per diem, nec ſplendor lunæ illuminabit te, ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam. Non occidet vltra Sol tuus, et Luna tua non*

minuetur, quia erit tibi Dominus in lucem ſempiternam ait idem Iſaias capite 60. verſu. 18. Et capite 65. verſu 18. *Gaudebitis et exultabitis vſque in ſempiternum, in iis quæ ego creo, quia ecce ego creo Hieruſalem exultationem, et populum eius gaudium, et exultabo in Hieruſalem, et gaudebo in populo meo, et non audietur in eo vltra vox fletus, & vox clamoris.* Et capit. 51. Dominum ſic introducit dicẽtem. *Audite me qui ſcitis iuſtum, populus meus, lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne metuatis. Sicut enim veſtimentum, ſic comedet eos vermis; & ſicut lanam ſic deuorabit eos tinea. Salus autẽ mea in ſempiternũ erit.*

Iſaiæ 51. verſ. 8. *Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me veſtimentis ſalutis, & indumento Iuſtitiæ circundedit me, quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis* ait Iſaias. 61.

Si ergo delectamini ſedibus, & ſceptris ô Reges populi, diligite ſapientiã, vt in perpetuum regnetis. Cõcupiſcentia itaque ſapientiæ deducit ad regnum perpetuum: Inquit Sapiens, ſapientiæ 6. ver. 22.

DIXIT AVTEM MARIA AD ANGELVM, QVOMODO FIET iſtud quoniam virum non cognoſco?

SERMO DECIMVS NONVS.

T*Empus tacendi, & tempus loquendi* inquit Eccleſ. cap. .3 Vt enim loquẽdo, ita & tacendo peccari poteſt, Quapropter dicebat Propheta Hierem. *væ mihi, quia tacui* Vnde ſicut muſici qui ad numerum & mẽſuram canunt, ad duo præcipuè attendunt, ad notam ſcilicet, & ad ſilentii ſignum: quando nempe ſit tacendum, & quando canendum, quia ex vtriuſque obſeruatione artificioſus reſultat concentus, & alterutra illa- *Tempus tacendi & tempus loquendi.*

Digitized by Google

rum deficiẽte diſſonus & ingratus redditur cantus: Ad eundem modum beatiſſima Virgo eximiũ ſuæ sãctitatis & prudentiæ in omnibus ſpecimen præbens, opportunè & diſcretè ſecundum tempus & occaſionem tacuit, & ſecũdum tempus & occaſionem locuta eſt, prout ratio & neceſſitas poſtulabat. Nam ſemper tacere, cum neceſſitas loquendi occurrit, belluinum eſt vitium: & loqui ſine ratione & diſcretione piccarum garrulitas eſt. Quãobrem precabatur Regius vates. *Pone domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantiæ labijs meis.* Non poſtulabat a Deo os ſibi obſtrui muro lapideo, aut cõpingi tabulis: Sed oſtio circunſtãtiæ claudi, quia ſicut oſtium nec ſemper clauſum, nec ſemper apertum eſt, ſed ſecundum exigentiam & neceſſitatem rerum, quandoque aperitur, quandoque clauditur: Ita debet os quãdoque claudi, quandoque aperiri ſecundum diuerſam circunſtantiam rerum. Vnde Dauid ipſe oſtium labiis ſuis petiit, & non quodcunque, ſed oſtium circunſtantiæ, quale in Virginum mo-

naſteriis eſſe videmus, quæ vulgo *rota* dicuntur, quibus virgines mittũt & recipiunt ea, quæ ſibi ſuisque vſibus cõducunt: & tamen nec hominem vident, nec ab homine videntur. Tale oſtium circunſtantiæ in labiis beatiſſimę Virginis fuit, quo quidem nuntium ſibi a Deo miſſum recepit, & ſuum conſenſum ad illum humillimè remiſit, & quandoque oſtium iſtud circunſtantiæ clauſum tenuit, quando *cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio*: quandoque aperuit, quando poſtea dixit. *Quomodo fiet iſtud?* Sed tamen ita modeſtè ſemper ſe geſſit, vt ab homine viſa non fuerit, nec hominem viderit, *Quoniam* inquit *virum non cognoſco.* Quapropter merito poteſt dicere cum Propheta Iſaia capite 51.

Dominus dedit mihi linguam eruditam, vel vt ſeptuaginta Interpretes vertunt, *Dominus dedit mihi linguam diſciplinæ, vt ſciam quomodo oporteat me loqui*; & certè benè oſtendit Beatiſſima virgo ſe habere linguam eruditam, vel linguam di-

Digitized by Google

datio ſcientiæ ex ore huius ſapientis puellæ procedat. *Quomodo* (inquit) *fiet iſtud ?* Hęc enim eſt altior & profundior quæſtio , quàm ab vllo vnquam Theologo de incarnatione verbi fieri poſſit. Sed quid dico? tam profunda eſt interrogatio, quod omnes ſimul ſcrutatur quæſtionum abiſſos , quæ de incarnatione verbi fieri poſſunt. Vultis etiam videre, quàm prudens conſilium in eius mente permaneat ? *Quoniam* (inquit) *virum non cognoſco* ideſt nec cognoſco, nec cognoſcere volo, vt infra oſtendemus. Sed dè hoc poſteà.

Diſpoſitio & ordo dicendorum.

Oſtendamus prius, quomodo ſcientia huius ſapientis Virginis, tanquam inundatio abundet. Hîc enim videntur concludi omnes circa incarnationem verbi difficultates emergētes. Modum enim quæritis Auditores quo filiū Dei concipere & parere poſſet, cū eſſet virgo, & virgo ſemper permanere vellet? *Quomodo* (inquit) *fiet iſtud quoniam virum non cognoſco* ? Quomodo inquam fiet iſtud, quod filiū Dei cōcipiat & pariat virgo? quomodo fiet iſtud quod ille,

qui

qui eſt ab æterno natus, iterum renaſcatur in tempore? & creator eritne ſuæ creaturæ creatura? prima cauſa efficiens, producetur ne a ſua factura? Primum omnium principium erit ne ſuæ ancillulę proles, & genitura? Immenſus in anguſto vteri virginei cōcludeturne ergaſtulo? verbum diuinum in mente paterna ab æterno productum, erit ne infans? Quomodo fiet iſtud? vnio diuinæ naturæ & humanę fiet ne in eadem eſſentia an in eadem perſona? & ſicut anima rationalis & caro vnus eſt homo: ita ne Deus & homo vn' erit Chriſtus? Ita ut inconfusè, immutabiliter, indiuiſé; & inſeparabiliter filius Dei vnigenitus in duabus agnoſcatur naturis, nunquam ſublata propter vnionem, naturarum differentia? an forſitã ſolum pęr gratiam, aut per adoptionem dicetur filius Dei? ſicuti multi dicti ſunt antiquitus, non quidem ſecundum naturam, ſed ſolum ſecundum gratiam, filij Dei viuentis. *Quomodo fiet iſtud?* fiet ne vnus filius ex duobus integris, ſicut in ijs, quorum forma eſt cō-

in tempore meſſis, & aſſiſtens quaſi Gehon in die vindemiæ, quæ quatuor Paradiſi flumina ex vno fonte procedentia aſſimilat regi, qui ortus eſt de Dauid ſemine; quia de Chriſto quatuor Euangelia procedunt, quæ totam terram prædicatione infundunt, & germinare faciunt, inquit gloſa ordinaria.

Et Nicolaus de Lyra ad oſtendendum inquit affluentiam doctrinæ Chriſti, ponitur exemplum de quatuor fluminibus Paradiſi, quæ in aquis valde abundant: Et per hæc quatuor flumina, intelligitur fæcunda Chriſti doctrina in quatuor euangelijs deſcripta.

Alij verò volũt intelligi quatuor sẽs᷒. Ego autem arbitror non de doctrina, nec de ſenſibus, ſed de dotibus animĩ vel corporis glorioſi debere intelligi. Non enim tantum quattuor poſuit flumina, ſed quinque, vel ſex, nempe Phyſon, Euphratem, Tygrim, Iordanẽ, Gehon, & Lucẽ, quia quamuis lux fluuius non ſit, ad inſtar tamen fluminis effunditur ſuper terram: Et vt ab ipſa incipiamus in regno Chriſti æter-

no emittet diſciplinam ſicut lucem, tunc enim cognoſcent miſteria diuina reuelata facie: & aſſiſtens quaſi *Gehon* in die vindemiæ, quia *Torrente voluptatis tuæ potabis eos*: & multiplicabit quaſi Iordanis in tempore meſſis: Quia *euntes ibant & flebant, mittentes ſemina ſua. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos ſuos.*

Adimplebit etiam, quaſi Euphrates ſenſum. Euphrates enim interpretatur frugifer, *Et fructus eius dulcis gutturi meo*. Et ipſe Chriſtus dicebat Apoſtolis, *ego elegi vos, vt eatis, & fructum afferatis, fructus veſter maneat.*

Et ſicut Tygris in diebus nouorum, *Inebriabũtur* enim *abvbertate domus tuæ.*

Et quaſi Phyſon, qui interpretatur oris mutatio, implebit ſapientiam, tunc enim erit oris mutatio; quia *ſeminatur corpus animale, ſurget ſpirituale*, & implebitur animus ſapientia, ideſt perfecta Dei viſione & cognitione. Quaproter dicebat Regius vates Pſal. 144. *Sancti tui benedicant tibi, gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur, vt notam faciant filijs hominum poten-*

tiam tuam , & gloriam magnificentiæ regni tui. Regnum tuum regnum omnium ſæculorū, & dominatio tua in omni generatione & generationem. Quod exponens Diuus Auguſtinus hunc in locum *videte fratres* inquit *& ſi poteſtis cogitate decorem regni illius, quod venturum eſt: mundum iſtum attēdite, decorem habet: & hîc viuis in iſto decore, in iſta pulchritudine, propè iam ineffabili, hîc viuunt tecum, & vermiculi, & mures, & omnia terræ repentia et ſerpentia, iſta tecum viuunt in decore iſto. Quale decus eſt illius regni, vbi tecum nō viuunt niſi Angeli, nam et regnum huius ſæculi habet decorem ſuum: ſed non eſt ibi magnitudo illa decoris, qualis eſt in regno omnium ſæculorum.*

Et Nicolaus de Lyra, *In regno* inquit *cæleſti, de quo hîc eſt ſermo, eſt clara Dei viſio, et iugis laudatio, ideo regnum illud dicitur glorioſum:* Eſt etiā æternū, propter quod ſubditur. *Regnū tuū regnū omnium ſæculorū.* Secūdū quod dicitur Lucæ i. & regni eius nō erit finis, *Et erit opus Iuſtitiæ pax, & cultus Iuſtitiæ ſilentium & ſecuritas, vſque in ſempiternum, et ſedebit populus meus in pulchritudine pacis. Et*

in tabernaculis iuſtitiæ, et requie opulenta, inquit Dominuss Iſaiæ capite. 32. & capite. 35. *Lætitia ſempiterna ſuper capita eorum, gaudium & exultationem obtinebunt & fugiet dolor & gemitus.*

Suſcipient autem regnum ſancti Dei altiſſimi, et obtinebunt regnum vſque in ſæculum et ſæculum ſæculorum inquit, Dan. c. 7. v. 18. Ideſt æternaliter vt ait gloſſa, vbi enim nomen ſæculum ſic duplicatur, intelligitur ęternitas.

Fulgebũt iuſti, et tãquam ſcintillæ in arũdineto diſcurrent, iudicabunt nationes, et dominabũtur populis, et regnabit Dominus illorũ in perpetuum: Sapiẽtiæ 3. v. 5. & Iſa. 61.

Lætitia ſempiterna erit eis, et ſcient in gentibus ſemen eorum, et germẽ eorum in medio populorum, omnes qui viderint illos, cognoſcẽt illos, quia iſti ſunt ſemẽ, cui benedixit dñs.

Non audietur vltra iniquitas in terra tua vaſtitas et contritio in terminis tuis, et occupabit ſalus muros tuos, et portas tuas laudatio: Non erit tibi amplius ſol ad lucendum per diem, nec ſplendor lunæ illuminabit te, ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam. Non occidet vltra Sol tuus, et Luna tua non *Iſaiæ 61.*

minuetur, quia erit tibi Dominus in lucem ſempiternam ait idem Iſaias capite 60. verſu. 18. Et capite 65. verſu 18. *Gaudebitis et exultabitis vſque in ſempiternum, in iis quæ ego creo, quia ecce ego creo Hieruſalem exultationem, et populum eius gaudium, et exultabo in Hieruſalem, et gaudebo in populo meo, et non audietur in eo vltra vox fletus, & vox clamoris*. Et capit. 51. Dominum ſic introducit dicētem.

Audite me qui ſcitis iuſtum, populus meus, lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne metuatis. Sicut enim veſtimentum, ſic comedet eos vermis; & ſicut lanam ſic deuorabit eos tinea. Salus autē mea in ſempiternū erit.

Iſaiæ 51. verſ. 8. *Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me veſtimentis ſalutis, & indumento Iuſtitiæ circundedit me, quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis* ait Iſaias. 61.

Si ergo delectamini ſedibus, & ſceptris ô Reges populi, diligite ſapientiā, vt in perpetuum regnetis. Cōcupiſcentia itaque ſapientiæ deducit ad regnum perpetuum: Inquit Sapiens, ſapientiæ 6. ver. 22.

DIXIT AVTEM MARIA AD ANGELVM, QVOMODO FIET iſtud quoniam virum non cognoſco?

SERMO DECIMVS NONVS.

T*Empus tacendi, & tempus loquendi* inquit Eccleſ. cap. .3 Vt enim loquẽdo, ita & tacendo peccari poteſt, Quapropter dicebat Propheta Hierem. *væ mihi, quia tacui* Vnde ſicut muſici qui ad numerum & mẽſuram canunt, ad duo præcipuè attendunt, ad notam ſcilicet, & ad ſilentii ſignum: quando nempe ſit tacendum, & quando canendum, quia ex vtriuſque obſeruatione artificioſus reſultat concentus, & alterutra illa-

Tempus tacendi & tempus loquendi.

Digitized by Google

rum deficiēte diſſonus & ingratus redditur cantus: Ad eundem modum beatiſſima Virgo eximiū ſuæ sāctitatis & prudentiæ in omnibus ſpecimen præbens, opportunè & diſcretè ſecundum tempus & occaſionem tacuit, & ſecūdum tempus & occaſionem locuta eſt, prout ratio & neceſſitas poſtulabat. Nam ſemper tacere, cum neceſſitas loquendi occurrit, belluinum eſt vitium: & loqui ſine ratione & diſcretione piccarum garrulitas eſt. Quāobrem precabatur Regius vates. *Pone domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantiæ labijs meis*. Non poſtulabat a Deo os ſibi obſtrui muro lapideo, aut cōpingi tabulis: Sed oſtio circunſtātiæ claudi, quia ſicut oſtium nec ſemper clauſum, nec ſemper apertum eſt, ſed ſecundum exigentiam & neceſſitatem rerum, quandoque aperitur, quandoque clauditur: Ita debet os quādoque claudi, quandoque aperiri ſecundum diuerſam circunſtantiam rerum. Vnde Dauid ipſe oſtium labiis ſuis petiit, & non quodcunque, ſed oſtium circunſtantiæ, quale in Virginum mo-

naſteriis eſſe videmus, quæ vulgo *ro-ta* dicuntur, quibus virgines mittũt & recipiunt ea, quæ ſibi ſuiſque vſibus cõducunt: & tamen nec hominem vident, nec ab homine videntur. Tale oſtium circunſtantiæ in labiis beatiſſimę Virginis fuit, quo quidem nuntium ſibi à Deo miſſum recepit, & ſuum conſenſum ad illum humillimè remiſit, & quandoque oſtium iſtud circunſtantiæ clauſum tenuit, quando *cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio*: quandoque aperuit, quando poſtea dixit. *Quomodo fiet iſtud*? Sed tamen ita modeſtè ſemper ſe geſſit, vt ab homine viſa non fuerit, nec hominem viderit, *Quoniam* inquit *virum non cognoſco*. Quapropter merito poteſt dicere cum Propheta Iſaia capite 51.

Dominus dedit mihi linguam eruditam, vel vt ſeptuaginta Interpretes vertunt, *Dominus dedit mihi linguam diſciplinæ, vt ſciam quomodo oporteat me loqui*; & certè benè oſtendit Beatiſſima virgo ſe habere linguam eruditam, vel linguam di-

ſciplinæ , probéque ſcire quomodò oporteat eam loqui, cum reſpondet, *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* In his enim paucis verbis compræhendit quicquid eſt difficultatis circa incarnationem verbi, itaut merito dixerit Eccleſiaſtes cap. 8. verſ. 5. *Tempus & reſponſionem cor ſapientis intelligit ſapiens.* Et Eccleſiaſticus cap. 20. verſ. 7. *Homo ſapiens tacebit vſque ad tempus.* Maximæ enim ſignum eſt prudentiæ & ſapientiæ, preſertim in mulieribus, & adhuc magis in virginibus, diu ponderare verba, & lance diſcretionis examinare dicta, antequam proferantur. *Nam ſemel emiſſum volat irreuocabile verbum.* Quapropter ſicuti fatuitatis & ſtultitiæ ſignum eſt citò reſpondere, tempuſque non expectare: Sic magnæ argumentum eſt ſapiētiæ vſque ad tempus debitam reſponſionem differre, & in tempore debito prudentem proferre ſermonem. Non enim minoris eſt ſapientiæ ſcire prudenter reſpondere, quàm ſit virtutis tacere. In vtroque enim emicat radius pru-

dentię. Sicut igitur iam vidimus eam prudenter tacentem, cum eam ſalutaret Angelus: ſic nunc admiremur illam ſapienter reſpōdētem: *Verba* enim *oris ſapientis gratia* inquit idem Eccleſiaſtes cap. 10. ver. 12. Gratiam igitur ex ore ſapientis virginis ſuſcipiamus profluētem. *Quomodo* (inquit) *fiet iſtud quoniam virum non cognoſco.* O ſapientia, ò ſapientia, quæ ex ore altiſſimi prodiiſti, in vtero Beatiſſimæ Virginis carnem aſſumpſiſti, benè apparet quod iam reſidebas cum hac prudentiſſima & ſanctiſſima Virgine, cum tanta proflueret ex ſanctiſſimo eius ore gratia, verè nunc dicere poſſumus cum Eccleſiaſtico capite 21. verſ. 19. *Scientia ſapientis tanquam inundatio abundabit, & conſilium illius ſicut fons vitæ permanet.* Ecce enim puella quatuordecim annorum, quæ tanta iam abundat ſapientia, vt ex eius ore, tanquam flumen, ſcientia inundet; & tanta viget prudentia, quod conſilium illius, tanquam fons vitæ permaneat. Vultis videre quanta inun-

datio ſcientiæ ex ore huius ſapientis puellæ procedat. *Quomodo* (inquit) *fiet iſtud ?* Hęc enim eſt altior & profundior quæſtio , quàm ab vllo vnquam Theologo de incarnatione verbi fieri poſſit. Sed quid dico? tam profunda eſt interrogatio, quod omnes ſimul ſcrutatur quæſtionum abiſſos , quæ de incarnatione verbi fieri poſſunt. Vultis etiam videre, quàm prudens conſilium in eius mente permaneat ? *Quoniam* (inquit) *virum non cognoſco* ideſt nec cognoſco, nec cognoſcere volo, vt infra oſtendemus. Sed de hoc poſteà.

Diſpoſitio & ordo dicendorum.

Oſtendamus prius, quomodo ſcientia huius ſapientis Virginis, tanquam inundatio abundet. Hîc enim videntur concludi omnes circa incarnationem verbi difficultates emergẽtes. Modum enim quæritis Auditores quo filiũ Dei concipere & parere poſſet, cũ eſſet virgo, & virgo ſemper permanere vellet? *Quomodo* (inquit) *fiet iſtud quoniam virum non cognoſco* ? Quomodo inquam fiet iſtud, quod filiũ Dei cõcipiat & pariat virgo? quomodo fiet iſtud quod ille,

qui

i eſt ab æterno natus, iterum renaſ-
tur in tempore? & creator eritne ſuæ
aturæ creatura? prima cauſa effi-
ns, producetur ne a ſua factura? Pri-
um omnium principium erit ne ſuæ
cillulę proles, & genitura? Immenſus
anguſto vteri virginei cōcludetur ne
gaſtulo? verbum diuinum in mente
terna ab æterno productum, erit ne
ans? Quomodo fiet iſtud? vnio di-
æ naturæ & humanę fiet ne in eadem
entia an in eadem perſona? & ſicut
ima rationalis & caro vnus eſt ho-
o: ita ne Deus & homo vn' erit Chri-
s? Ita ut inconfuſè, immutabiliter,
iuiſé; & inſeparabiliter filius Dei
genitus in duabus agnoſcatur na-
is, nunquam ſublata propter vnio-
m, naturarum differentia? an forſitā
lum per gratiam, aut per adoptio-
em dicetur filius Dei? ſicuti multi di-
cti ſunt antiquitus, non quidem ſecun-
dum naturam, ſed ſolum ſecundum
gratiam, filij Dei viuentis. *Quomodo fiet
iſtud*? fiet ne vnus filius ex duobus inte-
gris, ſicut in ijs, quorum forma eſt cō-

Digitized by Google

poſitio, vel ordo, vel ſaltem figura? vt ex multis lapidibus abſque aliquo ordine adunatis per ſolam compoſitionem fit aceruus: ex lapidibus autem & lignis ſecundum ordinem diſpoſitis fit domus? An ſicut ex diuerſis membris in vnum compactis ſecundum figuram & debitam diſpoſitionem fit corpus? an denique fiet vnum ex duobus, nempe ex Deo & homine vnus filius?

Quomodo fiet iſtud? filius enim Dei ſecundum quod homo, erit ne perſona diſtincta a perſona Diuina? an eadem prorſus cum illa?

Quomodo fiet iſtud, cum indiuiſa ſint opera Trinitatis ad extra, ſi filius carnem aſſumet, nunquid etiam Pater & Spiritus ſanctus? Omne enim quod facit filius in creatura, facit etiam Pater; & Spiritus ſanctus. Et omnia ſimiliter Pater & filius, & amborum ſpiritus ſimul concorditer operantur. Nam ſi nihil operatur filius ſine Pater & ſpiritu ſancto: ſed vna eſt horum trium operatio, indiuiſa, &

Indiuiſibilis, quomodo fiet iſtud quod Virgo cōcipiat, & pariat filium, & non Patrem, n c ſpiritum ſanctum?

Quomodo fiet iſtud? quæcunque enim ſunt vnibilia, ſunt adinuicem proportionabilia: & vbi nulla cadit porportio, nulla poteſt eſſe vnio: finiti autem ad infinitū, temporalis ad æternum, creaturę ad creatorem quæ proportio? plus enim diſtat maieſtas Diuina ab humanitate noſtra, quam duo infinitè diſtantia. Deus enim eſt infinitus, æternus, & immenſus: creatura verò finita: quę igitur proportio ad humilem ancillam ſuam, vt ex ea velit carnem ſumere, & illam ſibi vnire?

Quomodo fiet iſtud? Plus enim diſtat Deus à qualibet creatura, quàm duo diſtent oppoſita: Imo quàm duo contraria. Contraria enim omnia & oppoſità in aliquo communi genere conueniunt. Deus verò omne excedit genus.

Scio quidem quod Deus plura poteſt facere, quàm homo dicere vel cogitare valeat. Sed quomodo fiet iſtud Angele Dei?

Vtrum verbum carnem & animam ſibi aſſumet , an ſolùm carnem,vel ſolùm animam , vel prius animam quàm carnem , vel carnem prius quam animam? vel vtrum prius caro illa concipi debeat quam aſſumi ? Quomodo fiet iſtud ? erit ne filius Dei a me conceptus,eiuſdem ſpeciei cum cæteris hominibus?cum ſpecies dicat formam & non quamcunque , ſed formam totius, hoc eſt formam complectentem totum eſſe.Ex coniunct ione ſiquidem diuinitatis ad naturã humanam, quomodo poteſt vna forma reſultare?

Quomodo fiet Iſtud?fiet ne mediante ſpiritu ſancto ? an mediante ſpiritu humano ? Cum enim vnio verbi diuini ad carnem ſit ſimilis vnioni verbi intellectualis ad vocem , & verbum intellectuale non vniatur voci, niſi mediante ſpiritu vel flatu , qui eſt vehiculum verbi,forſitan hæc vnio fiet mediãte ſpiritu ſancto? Omnis enim vnio voluntaria fit mediante amore. Amor quippe nihil eſt aliud,quã vis vnitiua: &vnio verbi Diuini ad noſtram naturam eſſe non poteſt niſi voluntaria;

Quomodo igitur fiet iſtud, aut mediante amore creato vel increato? & conſequenter mediante ſpiritu diuino vel humano? Non autem humano, quia virum non cognoſco, nec cognoſcere volo.

Quomodo rurſus fiet iſtud? fiet ne cõceptio in inſtãti? Ita ut omnia corporis membra ſimul concipiantur, quia dicis Angele Dei, quod concipiam in vtero: an vero ſuccedaneo tempore? Scio enim quod Deus cum infinitæ ſit virtutis, in inſtanti poteſt operari quando vult.

Quomodo ergo fiet iſtud? ſolus ne Deus hoc efficiet, an aliquid etiã in hac productione filii Dei cooperabitur creatura? & vtrum etiam ex ſola Diuina gratia, an ex merito humano fiet hæc conceptio filij Dei?

Quomodo fiet iſtud rurſus? erit ne natura Diuina, quę aſſumet perſonã humanam? an perſona Diuina, quæ aſſumet naturam humanam? aut enim natura Diuina in hac incarnatione ſe habebit vt agens, aut vt patiens. Conſtat autem, quod non vt patiens,

quia natura Diuina pati non poteſt: Si vero vt agens, cum in hac vnione agere nihil aliud ſit, quàm naturam humanam aſſumere, videtur quod ipſa natura Diuina humanam aſſumere debeat: è contra verò cum natura Diuina ſit quid ſimpliciſſimum, & ſimpliciſſimum cum vnitur, totum vniatur: videtur ſi natura Diuina vnietur humanę, & eam aſſumet, quod hoc conueniet cuilibet perſonæ. Et præterea illud vnum, in quo plura ſunt vnum, ſi vniatur alteri, neceſſe eſt & per conſequens illa vniri, vt ſi punctus centralis, cui vniuntur multæ lineæ, alicui coniungitur, neceſſe eſt & illas lineas mediante puncto illi vniri. Si etiam anima cui vniuntur potentiæ, vnitur alicui, neceſſe eſt eidem omnes potentias vniri, & ideo cum Diuinæ perſonæ magis vniantur in natura, quam Lineæ; in puncto vel in anima potentiæ, ſi aſſumere & vnire ſibi naturam humanam conuenit Diuinæ natutæ, conſequi videtur quod conueniat cuilibet perſonæ.

Quomodo igitur fiet iſtud ? terminabitur ne illa conceptio & vnio ad Diuinam naturam, an ad perſonam ? ad Diuinam quidem naturam quomodo fieri poteſt, cum diuinitas & humanitas eiuſdem naturę eſſe non poſſint ? Ex oppoſito verò cum perſona ſit indiuidua ſubſtantia rationalis naturæ, & indiuiduum dicatur non ſolum quod eſt indiuiſum in ſe, ſed etiam quod eſt diuiſum a quocunque alio, quomodo poteſt vnio Diuinæ perſonæ competere humanæ naturæ?

Quomodo fiet iſtud ? conueniet ne perſonæ ratione naturæ ? an naturæ ratione perſonæ ? Si enim conuenit perſonæ ratione naturæ, & omne tale dicitur de tribus Diuinis perſonis, videtur quod tribus perſonis *Diuinis* conueniet naturam humanam aſſumere. Quomodo ergo concipiet virgo filium : Si enim aſſumere conuenit perſonæ *Diuinæ* ratione naturæ, ipſi naturæ conueniet perſe : Quod autem naturæ *Diuinæ* conuenit perſe,

tribus ſimul perſonis competit, quæ in eadem communicant natura. E regione verò, quod ſic cōpetit vni perſonæ Diuinæ, quod ſimul competat alteri vel competere poſſit, hoc competit ratione naturæ, non ratione perſonæ. Cum igitur hæc Incarnatio ſic competat perſonæ filii, quod etiam competere poſſit cuilibet alteri, videtur quod ei conueniat non ratione perſonę, ſed ratione naturæ: quomodo igitur fiet iſtud?

Quia ſibi aſſumere naturam humanam, eſt illam ſibi vnire, & ideo vel in ſuppoſito vel in forma: Diuina autem natura in eadem forma communicare nō poteſt cum creatura, & ideo ſi vnio debet fieri, neceſſe eſt quod fiat in ſuppoſito & perſona.

Quomodo fiet iſtud igitur vt filius Dei, fiat filius meus? quicunque enim eſt alicuius filius naturalis, cum eo communicat in eadem natura: ita ne ergo filius ei fiet fili9 pauperis puellæ?

Quis enim ego ſum, & quædomus Patris mei (dicebat prouus Dauid) *vt ſim gener eius*? Cum illi

milites dicebant, quod futurus eſſet gener regis. Quæ autem compatio regis ad Deum? Si ergo ille quem Deus dicebat ſe inueniſſe ſecundum cor ſuum, indignum ſe putabat fieri generum regis, quanto magis ſe indignam putabat humillima Virgo fieri matrem Dei?

Saul ipſe cum ei Samuel diceret, *Et cuius erunt optima quæque Iſrael? nonne tibi, & omni Domui Patris tui?* Ita ſe humilem & abiectum reputabat, vt reſpondens diceret, *Nunquid non filius Gemini ego ſum, de minima tribu Iſrael? & cognatio mea nouiſſima inter omnes familias de tribu Beniamin? quare ergo mihi loquutus es ſermonem iſtum?*

Ita prorſus Beatiſſ. Virgo, cum ſe laudari videret, magnaque ſibi polliceri audiret, ac in Matrem Dei eligi: indignam ſe tanto beneficio reputans, *quomodo* inquit *fiet iſtud?*

O profunda humilitas, ô humilis profunditas. Profunda humilitas, quia cum in Matrem eligeretur, ſe tanto indignam honore reputabat: Sed humilis profunditas, quia his paucis

verbis totam pene Theologiæ profunditatem compræhendit.

Quando enim ait quomodo fiet iſtud, quidquid difficultatis ſolēt ſummi Theologi circa incarnationē verbi perſcrutari, vnica interrogatione & quæſtione videtur complecti, & non ſolū quod à ſacris difficillime explicari poteſt Theologis, ſed ab ipſis etiam Angelicis ſpiritibus intelligi. Ait enim Apoſtolus multa de miſterio incarnationis Angelos ab ipſis diuini verbi præconibus Apoſtolis didiciſſe. *Mihi* inquit *omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hæc in gentibus Euangelizare, inueſtigabiles diuitias Chriſti, & illuminare homines, quæ ſit diſpenſatio Sacramenti abſconditi à ſæculis in illo, qui omnia creauit, vt innoteſcat principatibus, & poteſtatibus in cæleſtibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei, ſecundum præfinitionem ſæculorum, quam fecit in Chriſto Ieſu Domino noſtro.* Vnde quæ ipſum etiam Angelorum captum videntur excedere ſapientiſſimè Virgo præſtantiſſimo acumine intellectus videtur rimari. Tria enim ſunt ipſis Bea-

tiſſimis Spiritibus occulta, niſi a Deo fuerint reuelata, futura contingentia præſertim à libera voluntate, cogitationes cordium, & ſecreta diuina. Cumque miſterium incarnationis vnũ eſſet ex illis, immo cum profundius ſit cor Dei, quàm cor hominis, & ea quæ ab eius voluntate ad extra promanant magis libera, quàm quæ ab alia qualibet libera voluntate poſſint proficiſci. His omnibus de cauſis magis debent eſſe occulta, quàm cætera omnia, niſi à Deo reuelentur. Et ideo miſterium incarnationis, aut ſaltem multa ad ipſum miſterium pertinentia, poterant Angelicis mentibus eſſe occulta.

Tria ſunt Beatiſſimis ſpiritibus occulta.

Quod ſi dicas. Cur igitur B. Virgo percunctatur ab Angelo *Quomodo fiet iſtud?* fruſtra enim interrogamus aliquem, ſi quod quærimus illum latet: Si autem Angelos latuit miſterium Incarnationis, aut multa ad hoc myſterium pertinentia, etiam Gabrielem videntur latuiſſe. Ego tibi referam, nequaquam Angelos

hoc miſterium latuiſſe, ſed ſolum quædam hoc miſterium conſequentia, de quibus ait Apoſtolus, *vt innoteſcat principatibus*. Et quamuis alios latuiſſet, non tamen latuit Gabrielem; erat enim nuncius ad hoc miſterium exponendum ſpecialiter deputatus: Et nuncius non debet eſſe ignarus rei, quam annunciat.

Beatißima Virgo ſtabile propoſitum perpetuæ Virginitatis habuit.

Vnde optime ait ei Virgo. Quomodo fiet iſtud. Non quod dubitaret fieri poſſe, ſed quod ſciſcitaretur modum, quo fieri deberet, & præcipuè cum ipſa virum neſciret, quod oſtendit non ſolum eam Virginem fuiſſe; ſed etiam ſtabile propoſitum habuiſſe perſiſtendi in Virginitate. Si enim tale propoſitum firmum, & ſtabile non habuiſſet, facile erat intelligere (cum eſſet deſponſata viro) quomodo filiũ cõcipere poſſet. Nam ſi Virgo non ſolum nubilis, ſed etiam nupta & deſponſata (me narrante ex reuelatione diuina) audiret ſe filium concipere & parere debere, & mihi referret, *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* Si ſolum intelligeret dicere nõ cognoſco de præ-

ſenti, nec cognoui de præterito. Nonne ei poſſem reſpondere, ſi non cognoſcis cognoſces? niſi illa vellet dicere, nec cognoſco, nec volo cognoſcere. Stultum enim eſſet Virginem iam deſpõſatã viro, reſpõdere Angelo ſibi dicenti, *ecce concipies & paries filiũ*, Quomodo fiet iſtud quoniam virum non cognoſco? niſi vellet ſignificare ſe nec virum cognoſcere, nec cognoſcere vnquam velle. Si enim virum cognoſcere vnquam vellet, non eſſet difficile intelligere, quomodo filium concipere, & parere poſſet; Sed quia propoſitum firmum ac ſtabile habebat, nunquam virum cognoſcendi, quamuis eſſet deſponſata viro, *quomodo fiet iſtud* interrogat. Hebræi ſiquidem tria tantum habent tempora, præteritum, præſens, & futurum, & vno ferè ſemper vtuntur pro alio, vt in ſacris videre eſt ſcripturis. Cum enim ait Pſaltes *Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto, foderunt manus meas et pedes meos, et dinumerauerunt omnia oſſa mea*, Vtitur præterito pro futuro. ſignificat enim fodiendas eſſe manus

& pedes Chriſti, & dinumeranda eſſe omnia eius oſſa, felque ei dandum in eſcam, & in ſiti eum aceto potandum: cum etiam ipſe Chriſtus ait, *Ecce Ego vobiſcum ſumvſque ad conſummationem ſæculi*, & cætera id genus, vtitur præſenti pro futuro, quaſi diceret, *Ecce ego vobiſcum ero vſque ad conſummationem ſæculi*. Et idcirco cum ait Beatiſſima Virgo, *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco*? Non ſolùm vult dicere *non cognoſco* de præſenti, nec cognoui de præterito, ſed nec vnquam cognoſcam de futuro.

Immò liceat mihi dicere ex his verbis colligi illam Virginitatis votum emiſiſſe, pedibus ac manibus reptent in contrarium licet hæretici.

Et potius maluiſſe, filium Dei non concipere ac parere, matremque Dei (quod illi Angelus pollicebatur) non fieri, quàm ſemel Deo promiſſam & deuotam Virginitatem non obſeruare. Si enim votum non emiſiſſet, & illud conſtanter obſeruare non voluiſſet, facilè erat intelligere, quomodo filium cõcipere & parere potuiſſet. Nã

ſi habuiſſet ſolũ Virginitatis & caſtitatis propoſitum, cum ex parte Dei ſibi audiret dici, *Ecce concipies, & paries filium, & vocabitur altiſsimi filius*, Statim obaudire & obedire debuiſſet: alioquin peccatum admiſiſſet propter ſolum mentis propoſitum, voluntati diuinæ reſiſtendo. Quod ſi peccatum nullum vnquam admiſit; quia *Cum de peccatis agitur, nullam volo de Beatiſsima Virgine haberi quæſtionem*, vt ait *D.* Auguſtinus, neceſſe eſt dicere nõ propter ſolum mentis propoſitum, Angelo ex parte *D*ei narranti, *Ecce concipies & paries filium, & Vocabitur altiſsimi filius*, reſtitiſſe: ſed propter aliquid aliud, quod illam magis obligaret ad ſtabile mentis decretum obſeruandum, & in quo *D*eus non læderetur, etiam ſi ſtabile ac fixum Angelo narrante in eius mente permaneret, quod quidem eſſe non poteſt niſi votum: vnde videtur elici ex verbis Beatiſſimæ Virginis illam Virginitatis votũ emiſiſſe: hoc enim inquit *D.* Aug. tom. 6. libro de ſancta Virginitate cap. 4. indicant verba quæ ſibi fœtum

annunciánti Angelo Maria reddidit. Quomodo fiet iſtud quoniam virum non cognoſco? *quod profectò* (inquit Auguſt.) *non diceret, niſi Deo Virginem ſe ante vouiſſet.*

Et D. Bernardus hom. 4. ſuper Miſſus eſt *Quomodo* (inquit) *fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? non dubitat de facto: ſed modum requirit, et ordinem; nec enim quærit, an fiet iſtud, ſed quomodo; quaſi dicat, cum ſciat Dominus meus teſtis conſcientiæ meæ, votum eſſe ancillæ ſuæ non cognoſcere virum, qua lege, quo ordine placebit ei vt fiat iſtud?*

Sed antequam proſequamur, aliquid de voto Virginitatis ab eadem ſanctiſſima Virgine Deo nuncupato, quod ad inſtitutum ſpectare arbitremur, afferamus in medium. Cum enim illa de futura prole concipienda accepto nuncio excipiat de ſui corporis integritate, dicens *Quomodo fiet iſtud quoniam virum non cognoſco?* Ne præter ſententiam eam fuiſſe reſponſionem, & eluſionem potius, quàm iuſtam exceptionem (quod omnino abſit) dicere cogamur: eam de Virginitate ſeruanda

tia votum emiſiſſe fateri neceſſe eſt; Quid enim *Ecce concipies* ait Angelus. *Virum non cognoſco*, illa reſpondet: Nihil certe ad rem: Nā poſtea cognoſcere potuiſſet, ac concipere quod dictum erat in vtero, ſi votum non habuiſſet.

Verum enimuero quàm maximè opportune, ſe non cognoſcere virum excepit: quod impoſsibile exiſtimaret, ſemel deuota Virginitate, ſe virum aliquando cognituram: alioquin nulla fuiſſet in ea admirandi vel ſciſcitandi leuis ſaltem occaſio, quin promiſsis ab Angelo ſtatim acquieſcere deberet. In hāc enim ſentētiam S. Auguſt. aſſertor nūcupati voti Virginitatis Mariæ, hæc ait li. de S. Virg. cap. 4. *Ipſa quoque Virginitas eius ideo gratior & acceptior, quia non eam conceptus Chriſtus viro violaturo, quam conſeruarat ipſe, præripuit: Sed priuſquam conciperetur iam Deo dicatam, de qua naſceretur elegit. Hoc indicant verba quæ ſibi foetum annunciāti Angelo Maria reddidit: Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? quod profecto non diceret, niſi Deo Virginem ſe ante vouiſſet, ſed quia hoc Iſraelitarum mores adhuc recuſabāt*

Digitized by Google

deſponſata eſt viro iuſto non violenter ablaturo, ſed potius contra violentos cuſtodituro, quod illa iam vouerat. Itaque Chriſtus naſcendo de Virgine, quæ antequã ſciret quis de illa eſſet naſciturus, Virgo ſtatuerat permanere: Virginitatem ſanctam approbare maluit, quàm imperare, ac ſic etiam, in ea fœmina in qua formã ſerui accepit, Virginitatẽ eſſe liberã voluit, Hæc Aug. latinorũ Eccleſiæ doctorum facile princeps, quem & cæteri complures ſunt ſecuti.

Explicatio D. Bonau. D. autem Bonau. ait, quod B. Virgo rationem mouentem tangit, cum dicit, *quoniam virum non cognoſco*, ideſt non cognituram ſe proponit, & ita permanere Virginẽ & mente & carne & propoſito, vt ſibi rectè cõpetat illud Rebeccæ, *Quod erat puella decora nimis, Virgoq; pulcherrima, & incognita viro.*

Eodem enim ſenſu ait, *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco*, quemadmodum ſi Chriſtianus dicat nõ adoro idola, ideſt non poſſum adorare, quia prohibeor diuina lege ex præcepto. Non quod præceptum Virginitatis vllum habuerit Beatiſſima Virgo: ſed quod ei Virginitatis voto

Quo ſenſu Virginis verba ſint intelligenda.

ſeſe aſtrinxerit: quemadmodum ſi ex voto Chartuſian⁹ diceret, ego non veſcor carnibus, id eſt non mihi licet ex voto carnibus veſci? aut ſi quis ex voto abſtemius diceret, ego non bibo vinum, ideſt non poſſum nec volo bibere: ſpopondi enim Deo non me bibiturum: ſic Beatiſſ. Virgo. *Quomodo* inquit *fiet iſtud quoniam virum non cognoſco?* quaſi diceret malo potius non eſſe matrẽ Dei, quàm votum Virginitatis ſemel emiſſum, & Deo promiſſum violare. O magnum Virginitatis ſpecimen, ô magnum Virginitatis decus; ô virtutum omnium flos, & decor, potius nolle matrem Dei fieri, quàm votum Deo nũcupatũ temerare: vnde ait Gregor. Niſſen. 7. Orat. de Chriſti nat. *Idcirco licet (*inquit*) Angelus ſis, licet de cœlo venias, licet id quod oſtẽdis naturam ſuperet humanam: tamen me virum cognoſcerẽ nefas eſt. quomodo ſine viro mater ero?*

Vt Rechabitæ. Ieremiæ 35.

Nulluſq; eſt qui ab hac opinione diſſentiat, niſi ſtolidiſſimorum hæreticorum factio & ſatellitium, qui ad impugnanda ſacra vota Virginitatis & continentię, infamem nauãt operam.

Digitized by Google

Non quæſiſſet vtique promiſſum ſibi filium, quomodo fœmina paritura eſſet, ſi concubitura nupſiſſet, inquit D. Aug. lib. de ſancta Virginitate cap. 4. *Poterat & iuberi Virgo permanere, in qua Dei filius formam ſerui congruenti miraculo exciperet: ſed exemplo ſanctis futura Virginibus, ne putaretur ſola Virgo eſſe debuiſſe, quæ prolem etiam ſine cõcubitu concipere meruiſſet, virginitatem Deo dicauit, cum adhuc quod eſſet conceptura neſciret, vt in terreno mortaliq; corpore cæleſtis vitæ imitatio fieret non præcepto ſed voto: Amore eligendi, non neceſſitate ſeruiendi*, inquit D. Auguſt. Ibidem,

Eant igitur peſſum hæretici excucullati, qui cum votũ caſtitatis quod Deo ſpoponderãt infregerint, votum Virginitatis in Beatiſſ. Virgine labefactare conantur, aduerſus communẽ ſanctorum Doctorum ſententiam, & aduerſus ipſiſſima ſancti Euãgelij, immò & ipſius Beatiſſ. Virginis verba. Qua enim ratione dixiſſet, *quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco*? Niſi votum Virginitatis emiſiſſet? Si enim ſolùm habuiſſet virginitatis cuſtodiẽdæ propoſitum ad Dei nutum, & imperiũ ſeu

voluntatem, quod conciperet & pareret filium, obedire debuiſſet niſi votum obſtitiſſet. Peccatum enim fuiſſet Angelo nuncianti ex parte Dei, non ſtatim aſſentiri, ſi nullum fuiſſet aſſentiendi impedimentum. Vbi verò votum eſt ſemel emiſſum, nec ita facilè perſuadenti eſt aſſentiendum, quia nō ſunt facienda mala, vt inde eueniant bona: & quia *Angelus Sathanæ ſe transfigurat in Angelum lucis*, magniſq; ſolet homines delinire blanditijs & pollicitationibus, non eſt facilè Angelo conſulenti (niſi prius probentur *Spiritus ſi ex Deo ſunt*) annuendum, cum votum fuiſſet ſemel emiſſum: ſed vbi nullum eſt votum, puellæ iam deſponſatæ quid erat timendum, cum ei diceretur, *Ecce concipies & paries filium*, aut qua ratione petendum *quomodo fiet iſtud*? Si virum cognoſcere voluiſſet.

Vnde Hieronymus in Epiſt. ad Euſtochium longè à principio ait, *mihi Virginitas in Maria dedicatur & in Chriſto.*

Ambroſius quoque lib. de inſtitut. Virginis capite 5. *Egregia* inquit *Maria quæ ſignum ſacræ Virginitatis extulit.*

& intemeratæ Virginitatis pium Chriſto vexillum leuauit.

Et Rupert. li. 3. in Cantica circa finem, *votum Virginitatis* inquit *prima vouiſti.*

Beda quoque in 1. Lucæ. *Prima* inquit *fæminarum tantæ ſe virtuti mancipare curauit.*

Conſuetudo antiqua Eccleſiæ.

Vnde S. Epiphanius Hereſi 78. dicit conſuetudinē fuiſſe antiquitùs Eccleſiæ vouere Deo Virginitatem, in honorem & imitationem Beatæ Mariæ. Et hoc eſt quod innuere videtur Pſaltes dum ait, *Adducentur Regi Virgines poſt eam, proximæ eius afferentur tibi: afferentur in lætitia & exultatione adducentur in templum regis.*

Quæ quamuis nonnulli interpretentur de Eccleſia Dei ſponſa, quæ Virgo permanet: mihi tamen videntur potiùs de Beatiſſ. Virgine, quàm de Eccleſia intelligi debere: ſed ſiue de Eccleſia, ſiue de Virgine Beatiſsima debeant intelligi, ſemper Virginitas ibi commendatur. Et ſi vlla eſt commendanda Virginitas, maxime

Beatiſſ. Virginis.

Cum igitur illam ex omni parte perfectiſſimam eſſe decuerit, quæ futura erat mater Dei, certiſſimum eſt illam Deo Virginitatem ſuam conſecraſſe: perfectionis quippe opera magis ſunt laudabilia, ſi ex voto celebrentur inquit D. Thomas 3. p. quæ. 28. art. 4.

Virginitas autem in matre Dei præcipuè debuit pollere, & ideo conueniens fuit quod virginitas eius ex voto eſſet Deo conſecrata. Et ſicut gratiæ plenitudo perfectè fuit in Chriſto, & tamen aliqua eius inchoatio præceſsit in matre: ita etiam obſeruatio conſiliorum, quæ per gratiam Dei fit, perfectè quidem incepit in Chriſto: ſed aliquo tamen modo inchoata fuit in Virgine eius matre, præſertim voti nuncupatio. Chriſt' enim cũ eſſet De', cui votum nuncupare potuiſſet? At Beatiſsima Virgo cum dea non eſſet, ipſi Deo votum Viginitatis nuncupare potuit. Vnde Bernard. ſuper hæc verba *quomodo fiet iſtud? Cũ ſciat* (inquit)

Dominus votum eſſe ancillæ ſuæ non cogno-ſcere virum, quo ordine placebit ei, vt fiat iſtud?

Filia Iephte cum audiret à patre ſuo ſe ſe hoſtiam eſſe Deo conſecratã, libenter quidam ceruices præbuit, patrique reſpondit, *Pater mi, ſi aperuiſti os tuum ad Dominum, fac mihi quodcunque pollicitus es*, ſolúmque indoluit, quod intacta Virgo ex hac vita decederet, hacque de cauſa duos menſes ad deflendam Virginitatem popoſcit; *hoc ſolum* inquit *mihi præſta quod deprecor, dimitte me, vt duobus menſibus circumeam montes, & plangam Virginitatem meam cum ſodalibus meis.*

Sed quid hoc eſt rei? deflere deberet potius Virginitatem deperditam, & deflet illam non perdidiſſe.

Quid? propter conſtupratam ſororem Dinã (licet à filio regis Hemor eſſet ducta in vxorem) filij Iacob totam vrbem Sichem internecioni tradiderunt; & hæc filia Iephte deplorat Virginitatem ſuam non eſſe deperditam?

Grauiſſimæ inſuper erãt pœnæ cõſtu-

pratæ Virginis antiquitùs , appoſitæ ſacris in literis , & hæc deplorat ſe ſe non fuiſſe defloratam?

Virginum culpæ leuis vna Mors eſt,
Antequam turpis macies decentes
Occupet malas, ſpecioſa malit
Paſcere tygres: inquit Poëta, & hęc deplorat ſe ſe Virginitatem nō amiſiſſe? Virgines olim Veſtales, quæ vitiatæ fuiſſent, viuas Romani defodiebant, & hæc lamentatur ſe florem Virginitatis non perdidiſſe? & tamen laudatur in ſacris paginis. Quid igitur hoc eſt rei?

Vultis vt ego dicam. Sciebant omnes Iudæi promiſſum eſſe Meſſiam, in quo eſſent benedicendæ omnes tribus terræ, & ex Hebręa muliere illum eſſe naſciturum nouerant : Ac propterea omnes mulieres huic expectationi inhiantes, & ſingulę Matrem eius fieri cupientes, ſummopere deflebant abſque liberis decedere, maledictionemque eſſe putabant filios non generare: Dicitur enim Deutero. 7. verſ. 14. *Non erit apud te ſterilis vtriuſque ſexus*: Et Exo. 23. verſ. 26. *Non erit infæcunda & ſterilis in terra tua*. Quapropter mulieres He-

hoc miſterium latuiſſe, ſed ſolum quædam hoc miſterium conſequentia, de quibus ait Apoſtolus, *vt innoteſcat principatibus*. Et quamuis alios latuiſſet, non tamen latuit Gabrielem; erat enim nuncius ad hoc miſterium exponendum ſpecialiter deputatus: Et nuncius non debet eſſe ignarus rei, quam annunciat.

Beatiſſima Virgo ſtabile propoſitum perpetuæ Virginitatis habuit.

Vnde optime ait ei Virgo. Quomodo fiet iſtud. Non quod dubitaret fieri poſſe, ſed quod ſciſcitaretur modum, quo fieri deberet, & præcipuè cum ipſa virum neſciret, quod oſtendit non ſolum eam Virginem fuiſſe; ſed etiam ſtabile propoſitum habuiſſe perſiſtendi in Virginitate. Si enim tale propoſitum firmum, & ſtabile non habuiſſet, facile erat intelligere (cum eſſet deſponſata viro) quomodo filiũ cõcipere poſſet. Nam ſi Virgo non ſolum nubilis, ſed etiam nupta & deſponſata (me narrante ex reuelatione diuina) audiret ſe filium concipere & parere debere, & mihi referret, *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* Si ſolum intelligeret dicere nõ cognoſco de præ-

ſenti, nec cognoui de præterito. Nonne ei poſſem reſpondere, ſi non cognoſcis cognoſces? niſi illa vellet dicere, nec cognoſco, nec volo cognoſcere. Stultum enim eſſet Virginem iam deſpõſatã viro, reſpõdere Angelo ſibi dicenti, *ecce concipies & paries filiũ*, Quomodo fiet iſtud quoniam virum non cognoſco? niſi vellet ſignificare ſe nec virum cognoſcere, nec cognoſcere vnquam velle. Si enim virum cognoſcere vnquam vellet, non eſſet difficile intelligere, quomodo filium concipere, & parere poſſet; Sed quia propoſitum firmum ac ſtabile habebat, nunquam virum cognoſcendi, quamuis eſſet deſponſata viro, *quomodo fiet iſtud* interrogat. Hebræi ſiquidem tria tantum habent tempora, præteritum, præſens, & futurum, & vno ferè ſemper vtuntur pro alio, vt in ſacris videre eſt ſcripturis. Cum enim ait Pſaltes *Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto, foderunt manus meas et pedes meos, et dinumerauerunt omnia oſſa mea*, Vtitur præterito pro futuro. ſignificat enim fodiendas eſſe manus

& pedes Chriſti , & dinumeranda eſſe omnia eius oſſa, felque ei dandum in eſcam, & in ſiti eum aceto potandum: cum etiam ipſe Chriſtus ait, *Ecce Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi*, & cætera id genus, vtitur præſenti pro futuro, quaſi diceret, *Ecce ego vobiſcum ero vſque ad conſummationem ſæculi*. Et idcirco cum ait Beatiſſima Virgo, *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* Non ſolùm vult dicere *non cognoſco* de præſenti, nec cognoui de præterito, ſed nec vnquam cognoſcam de futuro.

Immò liceat mihi dicere ex his verbis colligi illam Virginitatis votum emiſiſſe, pedibus ac manibus reptent in contrarium licet hæretici.

Et potius maluiſſe, filium Dei non concipere ac parere, matremque Dei (quod illi Angelus pollicebatur) non fieri, quàm ſemel Deo promiſſam & deuotam Virginitatem non obſeruare. Si enim votum non emiſiſſet, & illud conſtanter obſeruare non voluiſſet, facilè erat intelligere, quomodo filium cõcipere & parere potuiſſet. Nã

ſi habuiſſet ſolū Virginitatis & caſtitatis propoſitum, cum ex parte Dei ſibi audiret dici, *Ecce concipies, & paries filium, & vocabitur altiſsimi filius*, Statim obaudire & obedire debuiſſet: alioquin peccatum admiſiſſet propter ſolum mentis propoſitum, voluntati diuinæ reſiſtendo. Quod ſi peccatum nullum vnquam admiſit; quia *Cum de peccatis agitur, nullam volo de Beatiſsima Virgine haberi quæſtionem*, vt ait *D.* Auguſtinus, neceſſe eſt dicere nō propter ſolum mentis propoſitum, Angelo ex parte *D*ei narranti, *Ecce concipies & paries filium, & Vocabitur altiſsimi filius*, reſtitiſſe: ſed propter aliquid aliud, quod illam magis obligaret ad ſtabile mentis decretum obſeruandum, & in quo *D*eus non læderetur, etiam ſi ſtabile ac fixum Angelo narrante in eius mente permaneret, quod quidem eſſe non poteſt niſi votum: vnde videtur elici ex verbis Beatiſſimæ Virginis illam Virginitatis votū emiſiſſe: hoc enim inquit *D.* Aug. tom. 6. libro de ſancta Virginitate cap. 4. indicant verba quæ ſibi fœtum

annuncianti Angelo Maria reddidit. Quomodo fiet iſtud quoniam virum non cognoſco? *quod profecto* (inquit Auguſt.) *non diceret, niſi Deo Virginem ſe ante vouiſſet.*

Et D. Bernardus hom. 4. ſuper Miſſus eſt *Quomodo* (inquit) *fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? non dubitat de facto: ſed modum requierit, et ordinem; nec enim quærit, an fiet iſtud, ſed quomodo; quaſi dicat, cum ſciat Dominus meus teſtis conſcientiæ meæ, votum eſſe ancillæ ſuæ non cognoſcere virum, qua lege, quo ordine placebit ei vt fiat iſtud?*

*S*ed antequam proſequamur, aliquid de voto Virginitatis ab eadem ſanctiſſima Virgine Deo nuncupato, quod ad inſtitutum ſpectare arbitremur, afferamus in medium. Cum enim illa de futura prole concipienda accepto nuncio excipiat de ſui corporis integritate, dicens *Quomodo fiet iſtud quoniam virum non cognoſco?* Ne præter ſententiam eam fuiſſe reſponſionem, & eluſionem potius, quàm iuſtam exceptionem (quod omnino abſit) dicere cogamur: eam de Virginitate ſeruanda

ta votum emiſiſſe fateri neceſſe eſt; Quid enim *Ecce concipies* ait Angelus. *Virum non cognoſco*, illa reſpondet: Nihil certe ad rem: Nā poſtea cognoſcere potuiſſet, ac concipere quod dictum erat in vtero, ſi votum non habuiſſet.

Verum enimuero quàm maximè opportune, ſe non cognoſcere virum excepit: quod impoſsibile exiſtimaret, ſemel deuota Virginitate, ſe virum aliquando cognituram: alioquin nulla fuiſſet in ea admirandi vel ſciſcitandi leuis ſaltem occaſio, quin promiſsis ab Angelo ſtatim acquieſcere deberet. In hāc enim ſententiam S. Auguſt. aſſertor nūcupati voti Virginitatis Mariæ, hæc ait li. de S. Virg. cap. 4. *Ipſa quoque Virginitas eius ideo gratior & acceptior, quia non eam conceptus Chriſtus viro violaturo, quam conſeruarat ipſe, præripuit: Sed priuſquam conciperetur iam Deo dicatam, de qua naſceretur elegit. Hoc indicant verba quæ ſibi foetum annunciāti Angelo Maria reddidit: Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? quod profecto non diceret, niſi Deo Virginem ſe ante vouiſſet, ſed quia hoc Iſraelitarum mores adhuc recuſabāt*

Digitized by Google

ſeſe aſtrinxerit: quemadmodum ſi ex voto Chartuſian' diceret, ego non veſcor carnibus, id eſt non mihi licet ex voto carnibus veſci? aut ſi quis ex voto abſtemius diceret, ego non bibo vinum, ideſt non poſſum nec volo bibere: ſpopondi enim Deo non me bibiturum: ſic Beatiſſ. Virgo. *Quomodo* inquit *fiet iſtud quoniam virum non cognoſco*? quaſi diceret malo potius non eſſe matrẽ Dei, quàm votum Virginitatis ſemel emiſſum, & Deo promiſſum violare. O magnum Virginitatis ſpecimen, ô magnum Virginitatis decus; ô virtutum omnium flos, & decor, potius nolle matrem Dei fieri, quàm votum Deo nũcupatũ temerare: vnde ait Gregor. Niſſen. 7. Orat. de Chriſti nat. *Idcirco licet* (inquit) *Angelus ſis, licet de cœlo venias, licet id quod oſtẽdis naturam ſuperet humanam: tamen me virum cognoſcere nefas eſt. quomodo ſine viro mater ero*?

Vt Rechabitæ. Ieremiæ 35.

Nulluſq; eſt qui ab hac opinione diſſentiat, niſi ſtolidiſſimorum hæreticorum factio & ſatellitium, qui ad impugnanda ſacra vota Virginitatis & continentię, infamem nauãt operam.

Non quæſiſſet vtique promiſſum ſibi filium, quomodo fœmina paritura eſſet, ſi concubitura nupſiſſet, inquit D. Aug. lib. de ſancta Virginitate cap. 4. *Poterat & iuberi Virgo permanere, in qua Dei filius formam ſerui congruenti miraculo exciperet: ſed exemplo ſanctis futura Virginibus, ne putaretur ſola Virgo eſſe debuiſſe, quæ prolem etiam ſine cōcubitu concipere meruiſſet, virginitatem Deo dicauit, cum adhuc quod eſſet conceptura neſciret, vt in terreno mortaliq; corpore cæleſtis vitæ imitatio fieret non præcepto ſed voto: Amore eligendi, non neceſſitate ſeruiendi*, inquit D. Auguſt. Ibidem,

Eant igitur peſſum hæretici excucullati, qui cum votū caſtitatis quod Deo ſpoponderāt infregerint, votum Virginitatis in Beatiſſ. Virgine labefactare conantur, aduerſus communē ſanctorum Doctorum ſententiam, & aduerſus ipſiſſima ſancti Euāgelij, immò & ipſius Beatiſſ. Virginis verba. Qua enim ratione dixiſſet, *quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco*? Niſi votum Virginitatis emiſiſſet? Si enim ſolùm habuiſſet virginitatis cuſtodiēdæ propoſitum ad Dei nutum, & imperiū ſeu

voluntatem, quod conciperet & pareret filium; obedire debuiſſet niſi votum obſtitiſſet. Peccatum enim fuiſſet Angelo nuncianti ex parte Dei, non ſtatim aſſentiri, ſi nullum fuiſſet aſſentiendi impedimentum. Vbi verò votum eſt ſemel emiſſum, nec ita facilè perſuadenti eſt aſſentiendum, quia nō ſunt facienda mala, vt inde eueniant bona: & quia *Angelus Sathanæ ſe transfigurat in Angelum lucis*, magniſq; ſolet homines delinire blanditijs & pollicitationibus, non eſt facilè Angelo conſulenti (niſi prius probentur *Spiritus ſi ex Deo ſunt*) annuendum, cum votum fuiſſet ſemel emiſſum: ſed vbi nullum eſt votum, puellæ iam deſponſatæ quid erat timendum, cum ei diceretur, *Ecce concipiés & paries filium*, aut qua ratione petendum *quomodo fiet iſtud*? Si virum cognoſcere voluiſſet.

Vnde Hieronymus in Epiſt. ad Euſtochium longè à principio ait, *mihi Virginitas in Maria dedicatur & in Chriſto.*

Ambroſius quoque lib. de inſtitut. Virginis capite 5. *Egregia* inquit *Maria quæ ſignum ſacræ Virginitatis extulit.*

Beatiſſ. Virginis.

Cum igitur illam ex omni parte perfectiſſimam eſſe decuerit, quæ futura erat mater Dei, certiſſimum eſt illam Deo Virginitatem ſuam conſecraſſe: perfectionis quippe opera magis ſunt laudabilia, ſi ex voto celebrentur inquit D. Thomas 3. p. quæ. 28. art. 4.

Virginitas autem in matre Dei præcipuè debuit pollere, & ideo conueniens fuit quod virginitas eius ex voto eſſet Deo conſecrata. Et ſicut gratiæ plenitudo perfectè fuit in Christo, & tamen aliqua eius inchoatio præceſsit in matre: ita etiam obſeruatio conſiliorum, quæ per gratiam Dei fit, perfectè quidem incepit in Chriſto: ſed aliquo tamen modo inchoata fuit in Virgine eius matre, præſertim voti nuncupatio. Chriſt⁹ enim cũ eſſet De⁹, cui votum nuncupare potuiſſet? At Beatiſsima Virgo cum dea non eſſet, ipſi Deo votum Viginitatis nuncupare potuit. Vnde Bernard. ſuper hæc verba *quomodo fiet iſtud*: *Cũ ſciat* (inquit)

Digitized by Google

Dominus votum eſſe ancillæ ſuæ non cogno-ſcere virum, quo ordine placebit ei, vt fiat iſtud?

Filia Iephte cum audiret à patre ſuo ſe ſe hoſtiam eſſe Deo conſecratã, libenter quidam ceruices præbuit, patrique reſpondit, *Pater mi, ſi aperuiſti os tuum ad Dominum, fac mihi quodcunque pollicitus es*, ſolúmque indoluit, quod intacta Virgo ex hac vita decederet, hacque de cauſa duos menſes ad deflendam Virginitatem popoſcit; *hoc ſolum* inquit *mihi præſta quod deprecor, dimitte me, vt duobus menſibus circumeam montes, & plangam Virginitatem meam cum ſodalibus meis.*

Sed quid hoc eſt rei? deflere deberet potius Virginitatem deperditam, & deflet illam non perdidiſſe.

Quid? propter conſtupratam ſororem Dinã (licet à filio regis Hemor eſſet ducta in vxorem) filij Iacob totam vrbem Sichem internecioni tradiderunt; & hæc filia Iephte deplorat Virginitatem ſuam non eſſe deperditam?

Grauiſſimæ inſuper erãt pœnæ cõſtu-

pratæ Virginis antiquitùs, appoſitæ ſacris in literis, & hæc deplorat ſe ſe non fuiſſe defloratam?

Virginum culpæ leuis vna Mors eſt,
Antequam turpis macies decentes
Occupet malas, ſpecioſa malit
Paſcere tygres: inquit Poëta, & hęc deplorat ſe ſe Virginitatem nō amiſiſſe? Virgines olim Veſtales, quæ vitiatæ fuiſſent, viuas Romani defodiebant, & hæc lamentatur ſe florem Virginitatis non perdidiſſe? & tamen laudatur in ſacris paginis. Quid igitur hoc eſt rei?

Vultis vt ego dicam. Sciebant omnes Iudæi promiſſum eſſe Meſſiam, in quo eſſent benedicendæ omnes tribus terræ, & ex Hebrea muliere illum eſſe naſciturum nouerant: Ac propterea omnes mulieres huic expectationi inhiantes, & ſingulę Matrem eius fieri cupientes, ſummopere deflebant abſque liberis decedere, maledictionemque eſſe putabant filios non generare: Dicitur enim Deutero. 7. verſ. 14. *Non erit apud te ſterilis vtriuſque ſexus*: Et Exo. 23. verſ. 26. *Non erit infæcunda & ſterilis in terra tua*. Quapropter mulieres He-

breæ hoc craſſè intelligentes, & myſterium ignorantes, optabant omnes cõcipere & parere filios. Vt Anna mater Samuelis flebat iugiter, cum ſe videret eſſe ſterilem: & Rachel pulcherrima licet, quia tamen filios habere non poterat, viro ſuo dicebat, *Da mihi filios alioquin moriar.* Vnde filia Iephte flebat etiam ſe filios non procreaſſe.

Quãtenax voti virgo fuerit.

At beatiſſima Virgo cæteris omnibus longè melius edocta, malebat filium nunquam generare, quàm Virginitatem ſemel Deo nuncupatam temerare, aut in modico Deum offendere. Quo quidem oſtẽdit, quàm tenax propoſiti eſſe debet, qui votum Deo nuncupauit, & præſertim Virgo, quæ Virginitatem Deo vouit.

Nã dicitur numerorum 30. *Mulier ſi quippiam vouerit, & ſe conſtrinxerit iuramento, quæ eſt in domo patris ſui, & in ætate adhuc puellari: Si cognouerit pater votum quod pollicita eſt, & iuramentũ, quo obligauit animã ſuam, & tacuerit; voti rea erit, quicquid pollicita eſt & iurauit, opere cõplebit.*

Et tamen excucullati Monachi & hæretici, poſtquam vota Deo ſolemnia nũ-

ſcuparunt, vxores ducunt, nuptias celebrant, thalamos adornant, in amplexus ruunt, & ſe ſe impura proluũt & polluũt libidine, & fœdis oblectant voluptatibus, vetitisque potiũtur cupediis, ſpurios puſiones, & manſeres progignunt ſuæ perpetuos teſtes impudicitiæ. Et tamẽ nos cauillis ſuis, & næniis, quaſi ſcommate notant, quod matrimonia inhibemus, quæ dicunt Deum præcepiſſe, cum ait *creſcite & multiplicamini, & replete terram. Non eſt præceptum, ſed pluſquam præceptum,* inquit Luther⁹ lib. de vita coniugali, *quod nos non poſſumus impedire vel prætermittere, ſed perinde neceſſarium eſt, quàm edere bibere, ludere, expuere purgare, & euigilare* & in colloquiis Germanicis cap. de matrimonio. *Vt nemo poteſt cibo ac potu carere. Sic fieri nequit, vt aliquis a muliere abſtineat. Nam naturali deſiderio inflammati, non poſſumus ab illis ſeparari.* &c.

Hereticorũ libido.

Præfatione quoque in œconomiam Menii tomo. 4. Germanico fol. 493. *Quemadmodum inquit grauiter & ſeuerè præcepit Deus, non occides, non Mœcha-*

beris, eodem modo, et multo magis præceptũ eſt vxorem duces, maritum accipies. Sic excucullatus ille ventri & veneri deditus, excucullandis multis aliis Monachis & reuelandis velatis Virginibus, cœnoque libidinum volutandis, vexillum tanquam Anteſignanus extulit. Quem multi poſtea ſequuti ſunt ſacerdotes ventris & veneris potius quam Dei, multique Monachi votifragi, qui vt turpitudinem ſuam fuco & pretextu Religionis obnubilarēt, mulierculis & morionibus homunculis cerdonibus, laniis, ſutoribus, & huiuſmodi hominũ quiſquiliis inſuſurrant Apoſtolũ dicere 1. ad Thimoth. 4. *Spiritus autem manifeſte dicit, quia in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam a fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypochriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam, prohibentium nubere.*

Impuri & impudici homines, ſemen Chanaam & non Iuda. Qui ſunt qui diſceſſerunt a fide in his nouiſſimis tēporibus, niſi vos qui receſſiſtis a fide

patrum,in qua nos permanſimus ſemper & permanemus. Qui ſunt qui attēdunt ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum,niſi vos incircunciſi cordibus & auribus,qui ſemper Spiritui ſancto qui vos in ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam introduxerat reſtitiſtis? Qui ſunt qui in hypocriſi loquuntur mendacium, niſi vos mēdaces,ventres pigri, loquaces, qui vt petulcam impudicitiam veſtram hypocriſis pallio cooperiatis,mille mendacia effutitis aduerſus impollutam Chriſti ſponſam? Qui ſunt qui cauteriatam habent conſcientiam? Niſi vos, qui abiecto omni pudore & profligata omni pudicitia,religioni ſimul & verecundiæ valedixiſtis, & exuiſtis ſimul cum habitu religionis,cui vos deuoueratis omnem pietatem. Qui ſunt qui prohibent nubere,prout decet,niſi vos qui ſanctum matrimonium conuertiſtis in lupanar & ludibrium? captiuas ducentes mulierculas oneratas peccatis,& Virgines Deo dicatas proſtituētes,dicentesque matrimonium non eſſe ſacramentum, quamuis Apoſtolus

dicat *Sacramentum hoc magnum eſt*? Qui ſunt qui dicunt *Si non vult vxor, veniat Ancilla*, Niſi Lutherus in libro de vita vniungali? Ite peſſum blaterones, Nunquid Eccleſia prohibet nubere? & non potius nuptias ſolemniter celebrat, & matrimonium ſacramẽtum eſſe prædicat tanquã myſterium coniũctionis Chriſti & Eccleſiæ? Quod ſi contenditis multos in Eccleſia ſe voto perpetuę caſtitatis aſtringere. Nonne Chriſtus dixit, *ſunt qui ſe caſtrauerunt propter regnum Dei*? Nonne Apoſtolus ait *bonum eſt homini mulierem non tangere*? Nonne idemmet ait, quod qui *matrimonio iungit Virginem ſuam bene facit, & qui non iungit melius facit*? Nonne idemmet damnat viduas quæ *cum luxuriatæ fuerint in Chriſto nubere volunt? habentes damnationem, quia primam fidem irritam fæcerũt*. Si igitur dãnationẽ habebunt viduę, quæ nubere volũt, quia primã fidẽ irritã fecerũt: quã porrò dãnationẽ habebitis vos qui primã fidem irritã feciſtis? vota enim perpetuæ caſtimoniæ Deo nũcupaueratis, & hanc fidem iuratam & eiu-

ratam ſolemniter inter manus ſuperioris Deum repræſentantis, irritam feciſtis. Et non ſolum hanc fidem, ſed etiam fidem Catholicam, & omnem prorſus religionem abieciſtis.

Ite igitur in malam rem nebulones, qui turpia veſtra & fæda flagitia pallio obtegere contenditis.

Et vos ô Chatholici *vouete ſed reddite. Stultum eſt enim deuotare ſanctos & poſtea vota retractare* inquit. Sapiens Prouerb. 20. verſ. 25. Et Eccleſiaſticus capite 1. verſ. 3. *Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere. Diſplicet enim Deo infidelis & ſtulta promiſſio. Sed quodcunque voueris redde. Multoque melius eſt non vouere, quàm poſt votum promiſſa non reddere.* Si quid enim homini promiſiſti præſertim principi, times non adimplere, ne in eius ofenſam aut odium incurras: vel ſi quam apud eum nactus es gratiam, ne illam amittas. De ſuo enim corio ludit, qui principem falſis pollicitationibus eludit. Quan-

Vota Deo reddenda.

tomagis igitur , qui Deum deluſdit? Certo enim ſcire debet, de ſuo corio ludere. Nam ſi gratiam apud Deum nactus erat, illam amittit, & in eius offenſam & odium incurrit: pœnas enim luet, qui peccatum promiſſi & non adimpleti voti non eluet.

O quot nunc ſunt, & forſitã adſunt, qui vota Deo facilimè promittunt, & poſtea non perſoluunt: Quot nunc virginitatem vouent, & poſtea ſequuntur venerem? quot nunc quacunquè occaſione data, vel ęgritudinis, vel anguſtię, vel tempeſtatis, aut periculi vota Deo nũcupant, aut ſanctos deuotãt, & poſtea vota retractant? *Paſſata la feſta gabbato, il ſanto* dicũt Itali, nec abs re. Periculo enim ſublato, aut morbo depulſo, vel ſedata tempeſtate, non eſt qui recogitet corde. Cauete fratres cauete ne vobis Deus peiorẽ calamitatẽ, morbum, tempeſtatem, & periculum, vnde nemo vos eripere poſſit immitat. Et ne hoc vobis contingat *vouete & reddite Domino Deo noſtro omnes qui in circuitu eius affertis munera.*

ET RESPONDENS ANGELVS DIXIT EI, SPIRITVS ſanctus ſuperueniet in te.

SERMO VIGESIMVS.

IN DIVISA cum ſint opera Trinitatis ad extra, mirum eſt, cur potiùs dicatur *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*, quàm Pater, vel Filius. Cur enim potiùs nominetur vnus, quàm alter, cum æquè tota Trinitas hanc incarnationem Verbi ſit operata.

Sed vt vobis reſpondeam. Opus incarnationis manifeſtatiuum eſt diuinæ potentiæ, ſapientiæ, & bonitatis, ſecundum diuerſas conditiones in ipſo repertas. Contingit enim loqui de ipſo quantum ad ipſa vnibilia, &

Digitized by Google

quãtum ad vnionis modum, & quantum ad vnionis fructum. In comparatione ad vnibilia, inter quæ eſt infinita diſtantia, manifeſtatur diuina potentia. In comparatione vero ad vnionis modum, oſtenditur diuina ſapientia. In cõparatione vero ad fructum ſiue effectum conſequentem quo ſe obtulit Filius Patri in odorem ſuauitatis, manifeſtatur diuina bonitas, miſericordia, & charitas, & hoc eſt quod dicit Damaſc. *Monſtratur ſimul in incarnatione bonitas, iuſtitia & ſapientia Dei.* Bonitas quidem quia non deſpexit proprij plaſmatis infirmitatem, ſed viſcera eius commota ſunt ipſo cadente. Manum porrexit juſtitia, quoniã homine victo, hominem fecit vincere tyrannũ. Sapientia denique, quoniam inuenit decentiſſimam difficiliũ ſolutionem. Quoniam ergo in Incarnationis opere ſecũdum conſiderationes diuerſas conuenit inuenire appropriata tribus perſonis valde excellenter & præcipuè. Hinc eſt quod Conceptio, cũ ſit opus trium perſonarum, appropriari poteſt tribus

Tripliciter conſideratur myſterium incarnationis.

perſonis ſecundum diuerſas conſiderationes: Scriptura tamen magis appropriat illā Spiritui ſancto, quam alteri trium perſonarum, & hoc duplici ratione, videlicet propter erroris excluſionē, & propter veritatis manifeſtationem. Propter erroris excluſionem, quia in conceptione humana conſueuit ſe immiſcere fœditas concupiſcentiæ, ac per hoc originalis culpa. Ne hoc ergo dicatur eueniſſe in conceptione Chriſti, dicitur conceptus de Spiritu ſancto, ad excludendam carnalem commixtionem: Dicitur etiam conceptus de Spiritu ſancto ad excludendam concupiſcentiæ fœditatem. Alia etiā ratione propter veritatis manifeſtationem. Illud enim quod maximè præparauit Virginem ad filij Dei conceptionem, fuit amor diuinus, vnde ſicut mulier concipit per viri delectationem, quæ fit cum deſiderio & amore; ſic Beata Virgo propter amoris ſingularitatem, ſingulariter cōcepit Deum ex Deo, & ideo concepiſſe dicitur de Spiritu ſancto. Et hanc rationem aſſi-

Duplici de cauſa opus Incarnationis attribuitur Spiritui ſancto.

Digitized by Google

gnat Hugo de ſancto Vict. dicens *Concepit virgo Maria de Spiritu ſancto, non quod de Spirituſſancti ſubſtantia ſemen partus acceperit, ſed quod per amorem & operationem Spirituſſancti ex carne Virginea, diuino partui ſubſtantiam miniſtrauit. Nam quia amor ſingulariter in corde eius ardebat, ideo in carne eius mirabilia faciebat, cuius dilectio quia in corde non ſuſcepit ſocium, operatio in carne illius non habebat exemplum.* Et ſic patet quod propter erroris excluſionem, & veritatis manifeſtationem, Incarnatio filij Dei potiſſimè appropriari debet Spiritui ſancto, & propter has rationes frequenter in ſcriptura illi appropriatur ſicut oſtenſum fuit. Totæ tamen tres perſonę hîc dicuntur cooperatæ. Tertia quidem, dum dicitur *Spirituſſanctus ſuperueniet in te*; Prima verò, dum additur *& virtus altiſsimi obumbrabit tibi.* Secunda deniquè, dum infertur *Ideoquè & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei.* Sed quia Deus omnibus in rebus ſeſe captui humano accõmodat, & ſcit indignũ eſſe facinus, quod filius Matri ſuperueniat; aut aliquid tale ſignificet, vel denotet Matri cooperari

Tres perſonæ ab Angelo expreſſæ in opere Incarnationis.

in generatione, actionē filij Angelus reticuit, ſolūque paſſionē, aut potiùs generationem per modum paſſionis ſignificauit, dicens *quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius Dei.* Similiter quia indignum videtur eſſe, quod Pater nurui ſuæ ſuperueniat, aut dum in nuptiales thalamos introducitur, cōueniat & concurrat, non dicit *Pater ſuperueniet in te*: ſed S.S. *& virtus altiſſimi obumbrabit tibi*, quaſi diceret vmbram faciet, & protectionem, ne quid dedetrimēti Virginitas tua recipiat: ſed Spir. S. ſuperueniet, qui (ſi bene concipiatur) nullam ſecum inuoluit corporis labem. Non enim eſſet ſanctus ſi pollueret, nec eſſet ſpiritus, aut non ageret vt ſpiritus, ſi corpora fœdaret. Nam ſpiritus vt ſpiritus, ſi corpus non habeat adjunctum; corpora nō videtur fœdare. Optimè ergo dicitur *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*, vt ſtatim intelligat Virgo, quod non ad inſtar aliarum mulierum, erat concepitura Dei filium: ſed Spiritu ſancto ſuperueniente, ideſt ſine vlla pollutione & contaminatione corporis:

Diſpoſitio Sermonis. Quod ex his verbis ſatis euidenter colligitur, nempè quod ſpiritus, & quod ſãctus eſſet ille ſpiritus, qui erat ſuperuẽturus. Nam ſpiritus (vt ab eo exordiar) quatenus ſpiritus, corpora inficere non poteſt, & vt Sanctus multò minus hoc efficere poteſt; & quatenus deniquè ſuperuenit, & non infra obrepit, vlla Virginitatem læſione afficere debere non videtur, Malignus enim infra obrepit, quia ex infernis ad ſuperna ſe proripit. Sãctus autem Spiritus ſuperuenit, quia de ſupernis ad inferiora deſcẽdit. Scio quidẽ incubos & ſuccubos ſpiritus corpora humana contaminare poſſe; ſed vel non agunt vt ſpiritus, vel nõ ſunt ſancti, vel non ſuperueniũt, ideſt non à Deo, ſed ab inferno procedunt. Et ideo corpora fœdant & contaminant. Non igitur procedũt vt ſpiritus, quia ſpiritus vt ſpiritus, corpora non contaminat, vel nõ vt Sanctus, quia quod ſanctum eſt aliquid coinquinatum non nouit, nec coinquinare poteſt quod tangit: Si enim quæ tangit coinquinaret, jam non eſſet ſanctus; ſed

coinquinatus ; nec vt Spiritus ſuper-ueniens, ideſt vt à Patre luminum deſcendens, prout ait D. Iacobus, *Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum*: ſed vt ab inferno proſiliens: & ideo cum Angelus dicat ad Virginem quod *Spiritus ſanctus ſuperueniet* in eam, ſatis illi oſtẽdit nullam eſſe cauſam cur ſuo pudori timeat, tum quia ſpiritus, tum quia Sanctus, tum quia ſuperueniens.

Et primò quidem quia Spiritus. Nam ſpiritus purus vt ſpiritus, nullũ habet cum corpore commercium, quaſi enim ex oppoſitis diſtinguntur corpora & ſpiritus, jam enim non loquor de ſpiritibus humanis, ideſt de animabus rationabilibus, quæ ſolùm corpora habent adjuncta, ſed de ſubſtantijs abſtractis, atque penitus ab omni materia ſecluſis, qualis eſt ſpiritus ſanctus. Quo enim modò corpora inficere poſſet qui purus eſt actus, immò puriſſimus ſpiritus? Omnis enim impuritas fit per admixtionem alicujus contrarij, vel alicujus rei alteriùs rationis, quàm ſit res ipſa, cui admiſ-

Digitized by Google

cetur, vt aqua dicitur impura, quæ eſt alteri corpori permixta, idque ſolùm dicitur vitiatum, quod eſt ab altero impuro corruptum: ſpiritus autem præſertim diuinus, nulli rei ſeſe immiſcet, quamuis rebus ſit in omnibus, ſimplex quippe aut non eſt ſimplex, aut nulli rei vnquam eſt permixtum, quia ſi permixtum, jam non eſt ſimplex: nec vitium inferre poteſt, quod eſt purum, & ideo cum ſpiritus præſertim diuinus ſit ſimplex, & purus actus, optimè reſpōdit Angelus Virgini ſciſcitanti, *quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Spiritus ſanctus superueniet in te*, quaſi diceret non eſt quod paueas. Non enim cæterarum mulierum more, ex corpore corpus concipies, & paries filium: ſed Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, qui nullam corpori tuo, aut Virginitati inferet læſionem.

Spiritus enim etiam diabolicus poteſt penetrare corpora, quantumuis virginea, abſque vllo virginitatis detrimento. Quid enim putatis demones corpora noſtra permeare non poſ-

ſe? & per corpora Virginum tranſilire? Non ego dixerim quod per corpus Beatiſſimæ Virginis, vnquam penetrare auſi fuerint; nimium enim inhorreſcebant, cum eam nimia ſanctitate & puritate præditam prꝫſentiſcerent; ſicuti nec corpora multarum virginum in puritate & integritate vitæ Deo ſeruientium vnquam audent attingere: ſed corpora cæterorum hominum præſertim peccatorum æquè facilè permeare poſſunt, ſicuti ego per hunc aerem poſſum tranſilire; imò longè faciliùs, cum corpus nullum poſſit ſpiritui præbere obſtaculum, & corpora corporibus, etiam ſi fluida ſolidis, multa poſſint præbere impedimenta, ſicuti aër quantumuis liquidus corpus meum quantumuis ſolidum, multum retardare poteſt, vt currēti facilè patet, ſtatim enim ventus, vel potiùs aër commotus dum currit, eum repellit.

Cum igitur ſpiritus quæcumquè corpora ſine vlla læſione tranſmeare poſſit, optimè reſpondit Angelus Virgini, virginitati ſuæ conſultum

eſſe volenti, *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*, præſertim cum non quilibet ſpiritus ſanctus eſſe deberet qui hoc miſterium operaretur, ſed Paracletus.

Nam ſi lux iſta corporea poteſt non ſolùm oculos irradiare, ſed etiam lucem ſuam extra vitreos cancellos producere, aut ex criſtallino ſpeculo, quàſi per reflexionem ſine vlla læſione educere, quidni lux illa quæ non eſt corporea, ſed ſpiritualis, & actus puriſſimus (non enim loquimur de Angelis, vel de creaturis, ſed de Spiritu ſancto) poterit penetrare corpus virginis abſquè vlla virginitatis læſione?

In confeſſo eſt apud omnes Theologos, corpora glorioſa poſſe penetrare ſine vlla læſione corpora adhuc craſſa & corruptibilia, & huiuſce rei hæc eſt ratio, quia quamuis non detur penetratio corporũ, quia omnia corpora cùm ſint craſſa, & molẽ aliquam habentia, vnum non poteſt in alterius locum totaliter ſubire, quia dimenſio vnius præpedit dimenſionem alterius, vt ait Philoſophus.

Digitized by Google

Si tamen daretur vnius tam ſubtilis dimenſio, quod alterius dimenſionem penetrare poſſet, vtique vnum corpus cum altero ſe compati poſſet, quod exemplo patet euidentiſſimo.

Cum enim aër longè rarior & ſubtilior ſit, quàm corpora noſtra, facilè omnes corporis noſtri poros penetrare poteſt: imò cum aqua & vinum ſint corpora longè liquidiora, quam corpora noſtra, multo magis ſeſe compatiuntur adinuicem, quam reliqua corpora: & longè adhuc magis ignis & aër, quàm vinũ & aqua. Detur igitur aliquod corpus ita ſubtile, quod aliorum dimenſione & craſſitie non præpediatur, illa vtique penetrabit, vt lucem videmus omnia penetrare diaphana corpora, ſine læſione: & panem, aut ſpongiam ita vino, aut aqua imbibi, vt nulla ſit pars vbi non ſit panis & vinum: & ſimiliter oleum in papyro ita videtur illabi, vt vnum ſit prorſus vbi & aliud, immò vnum prorſus in alio. Corpus igitur glorioſum quod ſubtile eſt, ac clarum longè magis quam quælibet alia res corpo-

rea, quidni corpora corruptibilia penetrare poterit? Iam verò ſi corpus glorioſum, aliud corpus penetrare poteſt, ſine vlla læſione, quantò magis ſpiritus qui longè adhuc ſubtilior eſt, quàm quodlibet corpus, & præſertim ſpiritus diuinus, qui eſt ſummè ſimplex, & puriſſimus actus poterit penetrare corpus Virginis abſque vlla virginitatis læſione?

Spiritus diuinus illabitur in omnes alios ſpiritus.

Sed quid ego dico corpus? Spiritus diuinus poteſt illabi in omne non ſolùm corpus creatum; ſed in omnem etiam Spiritum: ſicut enim ſe habent corpora glorioſa ad corpora adhuc non glorificata: ſic ſe habet diuinus Spiritus ad quoſcumque creatos ſpiritus: imò puritas & ſimplicitas ſpiritus diuini ſine vlla proportione longè in infinitum magis excedit ſpiritus quoſcumque creatos etiam beatos, quàm corpus glorificatum in ſubtilitate, vel claritate vnquam corpora non glorificata excedere poſſit, quia ſemper inter quoſcumque ſpiritus creatos & Spiritum ſanctum eſt infinita diſtantia, cum illi finiti ſint, iſte

verò infinitus : corpora verò omnia tam glorioſa quam non glorificata ſemper ſunt finita : Et ideo ſi corpus glorioſum ratione dotis ſubtilitatis, poteſt corpus non glorificatum penetrare, vt corpus Chriſti penetrauit cœlos, & ſtetit in medio Diſcipulorum januis clauſis, ac de ventre Matris proſilijt ſine læſione Virginitatis ; quantò magis Spiritus ſanctus poteſt quibuſlibet Spiritibus creatis illabi propter ſuam ſummam & infinitam ſubtilitatem ; & ſi ſpiritibus quibuſcũque creatis poteſt illabi, quantò magis corporibus ſine vlla læſione?

Vos videtis quod in ſpeculo ſpecies obiecta imaginem producit ſine vlla ſpeculi læſione, & putabitis Spiritum ſanctum in vterum Virginis penetrare non poſſe ſine vlla læſione? quid dicam in vterum cum non ſolùm in corpus, ſed in animam etiam ipſius (cum ſit puriſſimus actus) penetrare potuerit, & illabi abſque vlla læſione.

Optimè igitur dixit Angelus Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. Non

Secunda pars ſermonis. enim ſolùm dixit *Spiritus*, ſed addidit *ſanctus*, vt ſignificaret quod ab illo nullo modo coinquinari timeret. Spiritus enim malus coinquinare mentes & etiam quandoquè corpora varijs peccatorum illecebris tentat, vt conſtat de ſpiritibus incubis & ſuccubis: ſed Spiritus ſanctus nequaquã, non enim eſſet ſanctus, ſi coinquinaret aut mentem aut carnẽ, quia ſanctus idem eſt, quod mundus vel purus, vel ſine terra. ἅγιος enim Græcè, idem eſt quod Latinè ſanctus dicitur enim ab, α, priuatiua littera, & γῆ, quod terram ſignificat, quaſi idem ſit quod ſine terra: & ideo Spiritus ſanctus cũ ſit mundus, purus, & incoinquinatus, mentem aut carnem coinquinare non poteſt.

Varia Spiritus ſancti Epitheta diuerſos effectus concernentia. Eſt enim inquit Sapiens Sap. cap. 7. *Spiritus intelligentiæ ſanctus, vnicus, multiplex, ſubtilis, diſertus, mobilis, incoinquinatus, certus, ſuauis, amans bonum, acutus, quem nihil vetat, benefaciens, humanus, benignus, ſtabilis, certus, ſecurus, omnem habens virtutem, omnia proſpiciens, & qui capiat omnes ſpiritus: intelligibilis, mundus, ſubtilis.*

Sanctus inquam non ſolùm forma-

liter in ſe, ſed etiam effectiuè in alijs, ideſt non ſolùm ipſamet ſanctitas, ſed etiam alios ſanctificans. Et eſt ſpiritus intelligentiæ, optimè enim intelligit & nouit quomodo opus ſuum perficere debeat: imo eſt ſpiritus intelligentiæ, nempe illius Filij, quem conceptura es, ô B. Virgo & paritura, qui quidem eſt intelligentia & ſapientia diuina: & ideo non eſt quod verearis, ne ſpiritus intelligentiæ Filij tui, qui omnia nouit, & omnia poteſt, ſinat virginitatem tuam lædi. Nouit enim opus ſuum abſque læſione & macula perficere.

Eſt etiam *multiplex in effectu & donis, & multiplex in gratia conferenda, multiplices dans gratias* vt ait gloſſa interlinearis & Apoſt. Paul. 1. ad Corinth. 12. *Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus: & diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus: & diuiſiones operationum ſunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus*: non eſt igitur quod quæras *quomodo fiet iſtud*, licet virum non cognoſcas, nouit enim Spiritus ſanctus quomodo debeat operari.

Eſt etiam *vnicus* in operando, non quod velim dicere cum eo non concurrere alias Trinitatis perſonas, nihil enim ad extra operatur vna perſona ſine alia, ſed reſpectu omnium rerum creatarũ dicitur vnicus in operando, quia non eſt ei ſimilis: ſicuti ſolemus dicere de optimo artifice quod ille in ſua arte vnicus eſt: vnde D. Paulus poſtquam enumerauit præclara admirabilium operum diuerſa genera, concludit tandem *hæc omnia operatur vnus atque idem ſpiritus diuidens ſingulis prout vult.* Ne timeas igitur quia qui poteſt in animam infundere ſermonẽ ſapientiæ, & ſermonem ſcientiæ in linguam, itaut ignari ſtatim euadant doctiſſimi, & ineruditi fiant diſertiſsimi, poterit & in ventrem ſine Virginitatis læſione verbo diuino corpus efformare. Alij enim per ſpiritũ datur ſermo ſapientiæ, alij autem ſermo ſcientiæ ſecundũ eumdem ſpiritum, alteri fides in eodem ſpiritu, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij diſcretio ſpirituũ, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonũ: Hæc autem

tem omnia operatur vnus atque idem ſpiritus quantumuis ſint admirabilia, & vires excedant naturæ, quidni igitur poterit ſine læſione Virginitatis id efficere quod prædixi, vt virgo concipiat & pariat Filium: eſt enim ſubtilis ideſt penetrans omnia ſua virtute, qua ratione D. Paulus poſtea dixit 1. Cor. 2. *Spiritus omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei*, & ideo non ſolũ in ventrem, ſed etiã in mentẽ penetrare poteſt, illamque donis ſuis fœcũdare vt ſapientia, ſcientia & cæteris ſine vlla læſione.

Eſt etiam *modeſtus*, vt nihil immodeſtè agere velit nec poſſit: imò non ſolùm in ſe, & omnibus ſuis in operibus nouit tenere modum, ſed etiam modeſtiam doceat omnes quibus illabitur; & ideo ne timeas, quia etiam ſi virum non cognoſcas, Spiritus ſanctus qui eſt modeſtus, nihil immodeſtè efficiet.

Eſt quoquè *diſertus* non ſolùm, quia linguas infantium facit eſſe diſertas, vt exponit D. Bonau. & Lyranus, ſed quia diſertè opera ſua nouit efficere: & ideo ſi rudem & imperitã linguam

Digitized by Google

poteſt diſertam efficere & fœcundam ac facundam conferre hominibus vocem: quantò magis fœcundum poterit verbo diuino vterum reddere, & qui poteſt non ſolùm ſpiritum & vocem ; ſed & ſermonem proferre in ore rudium & imperitorum hominum, quidni poterit in vtero tuo ſpiritum & corpus incarnãdi verbi abſq; vlla virginitatis læſione producere? mobileſquè artus corporis organici ſine vllo libidinis motu compingere?

Eſt enim *mobilis* non quidem in ſe, quia cũ ſit vbique, quomodo moueretur? & vnde recederet, vel quò accederet? ſed in ſuis effectibus, *ſtabilis enim manens dat cuncta moueri*, vt ait Boëtius, & Rabbanus *Spiritus qui implet omnia mobilis ſimul & ſtabilis dicitur*, & poſtea *omnipotẽs ſpiritus vt vbique præſens ſignetur, ſtabilis ſimul & mobilis dicitur*, quia mouet res omnes ad ſuos effectus, & quantũuis cætera omnia moueat, nullum tamen vnquã libidinis motum excitat.

Eſt quippe incoinquinatus *formaliter* (inquit Lyranus) *& effectiuè, quia nulla coinquinatio poſsibilis eſt in eo*, nec ab eo

cauſari. Et ideo ne timeas quia concipies & paries filium, & tamen virum non cognoſces, nec coinquinaberis.

Eſt enim *certus*, ideſt nec fallit, nec fallitur, vt ait gloſſa interlinearis, ne igitur falli, aut decipi timeas.

Eſt præterea *ſuauis* in ſe quidem, quia ſummum eſt bonum, & in alijs etiam, quia omnia quãtumuis aſpera, & difficilia, facilia & ſuauia reddit, nec violẽter irrumpit, ſed ſuauiter illabitur pectoribus humanis: ſuauis eſt enim ſpiritus ſapientiæ. Vnde ait Sapiens. *O quàm bonus & ſuauis eſt Domine ſpiritus tuus in omnibus.* Sap. 12.

Amans bonum etiam, quia eſt ipſamet bonitas per eſſentiã, & etiam bonitas ſpiritui ſancto attribuitur, vt appareat quantum ſit differens ab alijs ſpiritibus malis: amat etiam bonũ in nobis, quia non gaudet ſuper iniquitate, vt ait gloſſa interlinearis: & ideo cùm Virginitas ſit bonum, ne putes quod illam violare debeat.

Nihil enim *vetat benefacere*, imò potiùs adjuuat, vt ait Apoſtol. ad Rom. 8. *Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram.*

Eſt etiam *humanus*, ideſt in hominibus libenter habitans, vt ait D. Bonauentura; & ipſemet per os Sapientis *deliciæ meæ*, inquit, *cum Filiis hominum*, nihil enim inhumaniter aget, nec florem Virginitatis præripiet.

Benignus eſt nãquè, innata ſcilicet bonitate, vt ait gloſſa interlinearis prout ſuperiùs diximus, *benignus eſt enim ſpiritus ſapientiæ*: vel benignus eſt, ideſt bene igniens ad amorem Dei nos inflammando, vt ait Lyranus, & non ad amorem luxuriæ.

Stabilis quoquè in donis promiſſis, vt ait D. Bonauent. in hunc locum vel ſtabilis, quia non mouetur, nec mutatur vllo motu, vel mutatione *ego enim Deus & non mutor*. Ne igitur cogites virginitatem tuam ab illo violandam, aut corrumpendam, imò ſtabiliendam, ac perpetuò, tum in conceptu, tum in partu confirmandam & conſeruandam.

Certus eſt enim, ideſt conſtans in bono, vt ait D. Bonauentura, vel potiùs certus in pollicitationibus & promiſſis, vnde ſi certus erat Apoſtolus, quia

poterat depoſitum eius ſeruare in illum diem iuſtus iudex, longè magis certa eſſe poterat Beatiſſi. Virgo quod Spiritus ſanctus eam non erat decepturus.

Eſt namquè *ſecurus* ab omni malo, vt ait D. Bonau. iuxta illud Dauidis. *Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo*, vel ſecurus de futuris malis, periculum & metum auferendo, vt ait Lyranus, vnde nullum ô Virgo metuendum eſt honori tuo periculum.

Omnem enim habet virtutem, & conſequenter nihil poteſt eſſe ei difficilè: æquè enim facilè poteſt facere, vt virgo concipiat & pariat, ſicuti alia quælibet mulier, ſi enim *verbo Dei cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum*, quidni etiam poterit efformare corpuſculum in vtero Virginis? & ex Virginis vtero illud educere, ſicut educit lumen ſolis, & aliorum ſyderum abſque vlla cœli fractione?

Omnes etiam proſpicit, quæ intercedere poſſunt circa quemlibet actum difficultates, quamuis ex parte ſui nulla

occurrere poſſit difficultas, ſed ſi quæ forſitan occurrere poſſet ex parte creaturæ illam penitus deleret.

Omnes quippe *capit ſpiritus intelligibiles*, quia quicquid perfectionis eſt, vel eſſe poteſt in ſpiritibus creatis multipliciter & diuiſim, totum in eo reperitur conjunctim & vnitim, inquit Lyranus: imò vnico mentis acumine, & actu, vel intuitu, capit quidquid omnes alij ſpiritus intelligibiles in æternum capere, aut intelligere poſſunt, & infinities adhuc plura, nempè omnia virtuti diuinæ poſſibilia. *Spiritus enim Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis*; & ideo ſi alij ſpiritus intelligibiles poſſunt ſine vlla coinquinatione permeare corpora, multò magis hoc efficere poterit Spiritus ſanctus. Nouit quippe quomodo debeat operari.

Eſt enim *intelligibilis*, imo ſolùs ipſe intelligit ſeipſum omnimodè, & ſolus ipſe integrè noſcit quanta ſit eius virtus, & quanta poſſit efficere, pluraque ac majora poteſt facere, quàm vllus alius intellectus concipere. Ne

timeas igitur, ne non poſſit tuam virginitatem in conceptu & partu illæſam ſeruare, & ne putes quod illam debeat vitiare.

Eſt enim *mundus*, & ideò non ſolùm non inficit, imò mundat & purgat: & non ingreditur, niſi in habitaculum mundum, quapropter dicebat Regius vates *cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis*, te enim decet habitaculum mundum emundans virtus.

Eſt denique *ſubtilis*, & ideo clauſtra Virginitatis tuæ non violabit. Ne dicas igitur quomodo fiet iſtud? *Spiritus* enim *ſanctus ſuperueniet in te*, non quidem viri, aut hominis partes agendo, vt incubi & ſuccubi dæmones agere ſolent: ſed ſolùm ex tuo puriſſimo ſanguine corpus filij Dei efformando, nec corpus tuum coinquinando, quia ſine vllo libidinis pruritu, aut fœditate hoc totum perficiet miſterium, eſt enim ſanctus hic Spiritus, & ſanctus non ſolùm in ſe, ſed ſanctitate etiam afficit quos replet, eaquè ſanctitate de qua ait D. Dionyſius de

Digitized by Google

diuinis nominibus cap. 12. circa principium : *Sanctitas eſt ab omni immunditia libera & perfecta , & omnino immaculata munditia.*

Tertia pars Sermonis.

Superueniet poſtea ſubdit, ideſt deſuper aduenięt, non per congreſſum carnalem, ſed per illapſum ſpiritualem, agendi nimirum principalem rationem habebit, vimquè producendi in corporis formatione, non in cõmixtione obtinebit, mẽbra namque corporis in vtero tuo in inſtanti efformabit. Hinc enim dicitur Cant. 4. *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus*, quod quamuis ſuperiùs expoſuerimus, de hoc tamen adhuc pauca vidẽtur eſſe dicenda, quæ non diximus. In cõcluſo quippe horto nihil de foris, nihil a latere, nihil aliũde, ſed ſolum deſuper aduenirė poteſt: & ideo tutus eſt ab incurſu animaliũ, à direptione hominum, & expoſitus ſemper influentijs cœleſtium luminũ, & ſolarium radiorũ, atquè alluuionibus pluuiarum & imbrium. Vndè proceres ibi naſcuntur arbores, fœlices pullulant plantæ, flores ceu ſtellantia emi-

cant ſydera, & flores fructus parturiunt, qui ſapore melleam vincũt dulcedinem, rubẽtes colore roſas, & flagrantia odore ſuperant aromata.

Sic in te Beatiſſi. Virgo, quæ hortus fuiſti concluſus, nõ de foris, non aliunde; ſed de cœlo Spiritus ſanctus ſuperueniet, qui ſacra Virginitatis tuæ clauſtra non reſerabit, ſed largo gratiarum imbre, & plurima cœleſtis influxus alluuione, te grauidam efficiet.

Hinc enim, dicebat Pſaltes, *rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum aperiatur terra, & germinet ſaluatorem.* Hinc D. Bern. ſerm. de Nat. Virg. *Hortus planè deliciarum quem non modo afflauerit veniens, ſed & perflauerit ſuperueniens auſter ille diuinus, vt vndique fluant & effluant aromata eius, cariſmata ſcilicet gratiarum.*

Nonne recordaris quod ſenex Iſaac filio ſuo primogenito benedicens ait Geneſi 27. *In pinguedine terræ & in rore cœli deſuper erit benedictio tua.* Nunc tempus eſt, vt hæc Iſaac benedictio adimpleatur, & populus Gentilis qui in Eſau ſignificabatur, in pinguedine

terræ, & in rore cæli deſuper benedicatur: pinguedo terræ erit tua fœcunditas ô Beatiſſima Virgo, & ros cœli erit Spiritus ſancti illapſus.

Succurritne tibi velleris illius paradigma, de quo quidem Gedeon ita afflatus eſt Deum, *ſi ſaluum facis per manum meam Iſrael ſicut locutus es, ponam hoc vellus lanæ in area, ſi ros in ſolo vellere fuerit, & in omni terra ſiccitas, ſciam quod per manum meam, ſicut locutus es liberabis Iſrael factumque eſt ita. Iudicum 6.* ſcias ergo nunc tandem liberandum eſſe populum Dei de manu inimicorũ ſuorum, animaq; tua erit ſicut vellus, in quam ros Spiritus ſancti illabetur, corpus vero tuum erit tanquam area in circuitu, vbi erit tanta libidinis ſiccitas, quod ſine pruritu & Virginitatis corruptione concipias. Et ne aliter contingere exiſtimes audi proauum tuum Dauidem id præcinentem *deſcendet, ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.*

Spiritus itaque ſanctus superueniet in te, ideſt ſuper poſſibilitatem & curſum naturæ, dando fœcunditatem, ac ſer-

uando Virginitatem: vel *ſuperueniet* ſuper id quod homines de eius gratia vnquam receperunt: vel ſuper te de cœlis veniet, vel ſuperueniet in te, ideſt ſuper merita tua inquit D. Tho. in 3. p. Vel ſuperueniet in te dando tibi ampliorem gratiam, vt ſis vas diuinitatis capax, & virgo parere poſſis.

Vnde Bernardus Serm. de Natiuitate Virginis, *Spiritus* (inquit) *ſanctus ſuperueniet in te, & prætioſum illud balſamum tanta tibi copia, tantaque plenitudine influet, vt & copioſiſsimè effluat circumquaque.*

Intuere ô homo, conſilium Dei: cœleſti rore aream rigaturus, prius totum vellus infudit: redempturus humanũ genus, prætium vniuerſum contulit in Mariã. Altius ergo intuemini quanto deuotionis affectu à nobis eam voluerit honorari, qui totius beneficij plenitudinem poſuerit in Maria, vt ſi quid ſpei in nobis eſt, ſi quid gratiæ, ſi quid ſalutis, ab ea nouerimus redundare, quæ aſcendit delicijs affluens.

Non ſolùm igitur Beatiſſi. Virgo læſionem vllam in ſua virginitate non ſenſit, ſed Spiritu ſancto ſuperueniente vltra gratiæ infuſionem, recepit confirmationem in bono, & omni- *Tria beneficia recepit B. Virgo Maria à Spiritu ſancto.*

modam fomitis extinctionem : hos autem tres effectus his pauciſſimis verbis breuiter Angelus comprehendit. Primũ quia *Spiritus* illapſus eſt per gratiam non ſolùm in vterum Virginis: ſed etiam in animam, imò non ſolùm per gratiam, ſed etiam per ſe ipſum illapſus eſt, ideſt non ſolùm effectum gratiæ contulit, quo illæſa Virginitate filium Dei pareret : ſed etiam ſeipſum omnium gratiarum auctorem in mentem, & in vterum Virginis infudit, tanquam donum in quo cætera omnia donantur. 2. etiam quia *ſanctus* non ſolùm gratiam intulit & infudit, qua virginem cõſeruauit : ſed etiam qua illam mente & corpore ſanctificauit: itaut nihil vnquam labis, aut ſordium mens & corpus eius contrahere poſſet; & ideo dicitur illam cõfirmaſſe in bono. Ac denique omnem fomitem extinxit, quia ſuperuenit non ſubter, ideſt non inflammando carnem libidinis æſtu, ſed accendendo mentem diuini amoris ardore.

Quapropter optimè dixit Angelus

Digitized by Google

Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, ſuperuenit enim nō ſolùm ad ſanctificandum, ſed etiam ad fœcundandum, & denique ad fomitem libidinis penitus extinguendum.

Quamobrem his tribus effectibus Spiritus ſancti, his tribus verbis ſignificatis *Spiritus ſanctus ſuperueniet*, correſpondent in Beatiſſima Virgine tres Virginitatis tituli; nempè quod fuerit Virgo in conceptu, Virgo in partu, & poſt partum Virgo in æuum permanſerit. Quia enim Spiritus vbi vult ſpirat, illam quantumuis Virginem fœcundam reddidit, itaut ſine vllo viri concubitu filium conciperet, & non ſolùm vt aliæ ſolent mulieres, ſed in inſtanti omnibus corporis partibus & organis perfecte formatum: & hac ratione dicitur virgo in conceptu: quia verò ſanctus eſt Spiritus, nec mentem, nec corpus infecit: ſed bonum & donum Virginitatis quod inuenerat conſeruauit: & ſicut in partu illam Virginem reperit ſic in partu Virginem illæſam cuſtodiuit: vnde dicitur illam in bono con- *Tres Tituli B. Virginis.*

firmaſſe non ſolùm Virginitatis propoſito: ſed etiam Virginitatis cãdore, & ſic dicitur in partu Virgo.

Et quia denique omnem penitus fomitem extinxit in Beatiſſi. ſuperueniens Virginem: idcirco in omne poſtea æuum ab omni non ſolùm motu & pruritu carnis, ſed etiam affectu abhorruit. Et ideo dicitur quod in æuum Virgo permanſit.

Puritas triplex per Aduentum Spiritusſancti virgini collata.

Fuit igitur in ea puritas triplex per aduentum Spiritus ſancti illi collata qua omnem creaturæ puritatem excelluit.

Prima quidem quod meruit Virgo concipere, & non quemcumque; ſed filium Dei, & hoc in inſtanti, quod nedum cæteris omnibus mulieribus, ſed nec Angelis ipſis eſt conceſſum. Mulieres enim cæteræ virgines non concipiunt; Angeli verò nec filium Dei poſſunt concipere, imò nec filium ſibi ſimilem, & etiam conceptum mentis ſuæ non formant in inſtanti, cogitationes enim mentis eorum ſuccedaneæ ſunt, & aliquo menſurantur tempore, licet imperceptibili.

Secunda qua meruit Virgo parere intacto virginitatis pudore, qua alias puritate mulieres non ſolùm omnes, ſed etiam Angelos excedit: cum enim eſſe matrem Dei omnem excedat dignitatem, quæ vlli puræ creaturæ cõmunicari poſſit, neceſſe eſt quoq; gratiam ſanctificationis adhoc diſponentem, & puritatem qua filium Dei, qui eſt actus purus meruit parere, omnem creaturæ ſanctificationem excedere.

Tertia deniquè qua meruit in æuum Virgo permanere, omnem etiam cujuſlibet creaturæ puritatem excedit. Angelicam enim tranſcendit, quia ſecundum Hieronimũ in Epiſt. ad Paulam, & Euſtochium *hoc retinuit per virtutem caſtitatis, quod in Angelus eſt neceſſitate naturæ*: & præterea ſumma eſt hæc puritas, quæ poteſt ſuum contrarium ſecum pati, & tamen non poteſt violari, & talis eſt Virginitas Mariæ, quæ *gaudium Matris habet cum virginitatis honore*, quod nec Angelis, nec hominibus conceditur, & ideo ſtatim ſubditur, *nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem.*

Digitized by Google

Benè igitur dixit illi Angelus *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*, quia enim *Spiritus*, Virginitatem non lædet dum illabetur in conceptu: quia *Sanctus* non coinquinabit, nec coinquinari ſinet in partu: Quia deniq; *ſuperueniet*, conceptui & partui perpetuam Virginitatem ſuperaddet.

Et vt aliquid adhuc dicamus de hoc tertio, quod Spiritus ſanctus ſuperueniet in te *Hoc* (inquit Hugo Cardinalis) *dicitur ad differentiam maligni Spiritus, qui dicitur venire deſubter*, & non deſuper, nempè de inferno ad turbandas mentes, & fœdanda ſi poſſit corpora: Quandoquidẽ non a bono, ſed a malo Spiritu ſignificantur mentes exagitari, ait enim Christus quid *turbati eſtis, & cogitationes aſcendunt in corda veſtra.*

Comparatio ranarum, & dæmonum.

Sicut enim ranæ, quæ in luto & cæno conſidunt, ſi ſurſum efferantur, ſolent aquam turbare, & ebulientes priùs ampulas ſurſum emittere, & aquam cœno inficere, ac turbidam reddere: ſic malignus ſpiritus dum è cœno baratri, aut è vitiorum ſordibus in

bus in quibus reſidet, ad tentandas mentes irrumpit, aquam ſtatim conſcientiæ turbidam reddit, bullaſquè & ampulas inflati Spiritus emittit, ac demum cœno voluptatis, aut libidinis mentem conſpergit & inficit, niſi ſtatim repellatur: imò etiam dum repellitur, ſicut Rana aut buffo veneno inflatus, dum ab aquæ ſuperficie ad imum & limum timore actus repellitur, lutum poſt ſe, & ampulas per aquam inſpergit, ſæpè enim malignus ſpiritus, etiam viriliter repulſus, mẽtes aliqua fœda cogitatione, aut cæno inuidiæ, & cœnodoxiæ, vel auariciæ luto, & bullis ſuperbiæ turbidas & inflatas relinquit.

Vnde optimè ad differentiam maligni ſpiritus ait Gabriel Angelus ad Beatiſsimam Virg. *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te.*

Vel dicitur ſuperuenire ad differentiam ſpiritus libidinis, qui de ſubter venire videtur, excitando & ſubleuando carnem aduerſus ſpiritum, per prauos voluptatis motus. Vnde vt oſtenderet Gabriel nullos hujuſce

modi motus, nullaſquè carnis illecebras in conceptu & partu Filij Dei Virgini Matri eſſe obuenturas, optimè dixit *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*. Nam appetitus carnis non deſuper, ſed deſubter venit; ſiue enim ſit excitus à dæmone, ſiue etiã à propria carnis petulantia, ſemper deſubter venit, id eſt ex inferiori ſenſualitatis parte. Quapropter dixit Deus ad Cain *ſubter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.* Sed quis eſt ille, qui vt decet appetitũ ſuum ſub ſe cohibeat? Cum videamus penè omnes homines petulanti carnis appetitu ſubrui, & in cænum libidinis prolui. Nonne videtis quot nunc præcipites inBarathrũ ſubuertat petulantis carnis appetitus? Quot peſſum perditumque dejiciat? fouea enim profunda eſt meretrix.

Quid? ſi vellẽ de cœteris appetitibus loqui, vt de appetitu vindictæ, de appetitu gulæ, de appetitu diuitiarum & inanis gloriæ, verè nũc de illis poſſem dicere quod non ſunt ſubter, ſed volunt eſſe ſuper. Appetitus enim ſuperbiæ appetit omnibus præeſſe

Digitized by Google

hac enim de cauſa dicitur ſuperbia quia non vult eſſe ſubter, ſed ſuper alios. Et inflati diuitiarum jactantia, alios etiã ſubſe ſtatim deprimere contendunt. Appetitus ſimiliter vindictæ, alios ſubuertere nititur. Appetitus verò gulæ ipſum crapulæ deditum ſubruit, & obruit. Illis igitur non ſuperuenit Spiritus ſanctus: ſed obrepit ſpiritus malignus, qui homines allicit & pellicit poſt ventrem ad venerem, poſt crapulam ad copulam, poſt ciatum ad coïtum, poſt luxum ad luxuriam. Nam vt ait D. Hieronymus *venter & genitalia affinia ſunt*. Et de filijs Iſraël dicitur quod *ſederunt manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere*. Poſtquam autem appetitus luxuriæ fuerit inolitus, vix ac ne vix quidem poteſt eradicari. Satagite igitur fratres ſatagite, vt appetitum carnalem ſubter vos comprimatis.

ET VIRTVS ALTISSIMI OBVMBRABIT TIBI.

SERMO XXI.

QVÆNAM ſit hæc virtus altiſſimi, quàm dixit Angelus Virgini obumbraturam; & quid ſit Virgini obumbrare, magnum nobis faceſcit negotium, magnumque ingerit ſcrupulum. Nunquid enim non ſatis erat dixiſſe *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te?* An forſitan opus erat alia virtute, ad hoc miſterium Incarnationis complendum? vel fortaſſis Angelus eadem pluribus verbis inculcat. Idē enim videtur dicere: *& virtus altiſsimi obumbrabit tibi,* ſicut fuerat illud, *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te.* Scio quidem nonnullos

eſſe huiuſce opinionis, vt quem Angelus vocauerat Spiritum ſanctum, nunc virtutem altiſſimi vocitet; vt Euthimius, & poſt eum Maldonatus, qui vult eſſe ejuſdem ſententiæ repetitionem, qua Hæbræi (inquit) præſertim in Cãticis frequenter vtuntur. Sicuti paulò ante eodẽ modo quando Angelus dixit *Aue gratia plena, Dominus tecum* vult eandem eſſe ſententiã, verbis variantem diuerſis, idem enim eſt (inquit) *gratia plena*, & *Dominus tecum*, & ſolet Spiritus ſanctus ſicut digitus, ſic etiam virtus Dei; eadem ſimilitudine vocari, vt Lucæ 24. v. 49. *vos autem edebitis in ciuitate, quoadusquè induamini virtute ex altò*. Sed ego non facilè crediderim diſertiſsimum Angelum Bathologia, aut repetitione verborũ vſum fuiſſe; & idem alijs verbis pluries repetiuiſſe, quod vitium eſt in oratore, & in probatione alicujus rei eſt petere principiũ, quod etiam magnũ vitium eſt in argumentatione: & ideo videretur eſſe defectus in hoc, quod probare nitebatur, & perſuadere Virgini. Quod etiam ſi virum non co-

gnoſceret, nihilominus tamen Filium cõciperet & pareret, videretur enim vti verborum ambagibus, & tempus verbis terere, & non Virgini efficaciter perſuadere, quod illæſa Virginitate parere poſſet; quod non eſt credendum. Quapropter ſicut oſtendimus quid eſſe diuerſum *gratia plena*, & *Dominus tecum*. Nam gratia ſolùm ſignificat effectum Dei, Dominus verò, ipſe eſt Deus, vt ait Propheta: & ideo aliud eſt gratiam habere, aliud ipſum gratiæ auctorem, vt oſtendunt Thæologi aduerſus opinionem Magiſtri in primum Sent. Sic nunc oſtendemus eſſe quid diuerſum dicere *virtus altiſsimi obumbrabit tibi*, & *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*. Quid igitur ſignificare velit Angelus per *virtutem altiſsimi*: & per hoc quod ait *obumbrabit tibi*, maturius eſt diſquirendum. Videamus ergo priùs, quænam ſit hæc virtus, quæ dicitur altiſſimi, & poſtea videbimus quomodo dicatur obumbraſſe Virgini.

Ordo & diſpoſitio dicendorum.

Scio quidem vt hinc exordiar per virtutem altiſſimi aliquãdo Spiritum

ſanctum denotari, aut eius effectum, vt loco ſuperiùs citato *ſedete in ciuitate quoadusque induamini virtute ex alto.*

Sed aliquādo etiam ſumitur pro Filio, *vapor eſt enim virtutis Dei*, vt dicitur Sapientiæ. 7. v. 25. Vnde quidā virtutem altiſsimi, Chriſtū interpretantur, prout vocat Apoſtolus 1. Cor. 1. v. 24. *Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiam.* Quem volunt obiecto corpore, quaſi vmbra quadam Virginem obtexiſſe, ac propterea dici, *virtus altiſsimi obumbrabit tibi.* Cujus ſententiæ videtur eſſe D. Gregor. l. 18. Moralium cap. 12. & Hom. 33. in Euang. Chryſoſtom. Hom. 49. in Geneſim: Marius Victor lib. 1. contra Arianos. Damaſcenus lib. 3. de fide cap. 2. Beda & Theophilact. in Commentarijs hujus loci.

Sed hæc opinio (ſalua tantorum Doctorum auctoritate) Mihi adhuc non ſatisfacit, in idem enim recideremus inconueniens, ſicuti prius. Nam verbis diuerſis Angelus videretur idem inculcare, dum diceret *virtus altiſsimi obumbrabit tibi*; Et poſtea,

quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei. Nam eadem virtus altiſsimi eſſet ipſemet Filius Dei. Et licet optimè videatur ſequi , virtus altiſsimi, ideſt Filius Dei , obumbrabit tibi in conceptu , & ideo quod naſcetur ex te ſanctum in partu , vocabitur Filius Dei , quia non poteſt aliud naſci, quam quod conceptum eſt. Attamen quia hoc non eſt oſtendere Virgini, quomodo fieret iſtud, quod tam ſollicitè quæſierat. Non enim facilè Virgo intelligeret , ſi illi diceretur , quod Virgo eſſet conceptura , & paritura Filium , & illa peteret quomodo id fieri poſſet , cum virum cognoſcere nollet ; Eiquè reſponderetur, quod ipſemet Filius illam obumbraret, & ideo quod naſceretur ex ea , vocaretur filius Dei. Nam eademmet Virgo iterum objicere poſſet. Quomodo fiet iſtud , quod ipſemet filius, quem ego ſum paritura , obumbrabit mihi? Quando enim auditum eſt, quod filius concipiendus , obumbrare debeat Matri? Verum quidem eſt quod filius Dei hoc efficere poterat. Quia

ante matrem exiſtebat : ſed aliquid aliud debet hîc latere miſterij, cum Angelus doceret Virginẽ, quomodo hoc fieri poſſet, quod filium conciperet & pareret, & tamen virum non cognoſceret. Et idcirco hîc aliquid illi denotauit, quo facilè rem tam difficilem intelligere valet, quod ipſa virgo abſque viro filium conciperet & pareret; & non ignotum per ignotius illi expoſuit; Quod quidem effeciſſet ſi ſolum de filio loquutus fuiſſet, quando dixit *virtus altiſsimi obumbrabit tibi*: fuiſſet enim dicere concipies & paries filium ſine viro, quia ipſemet filius obumbrabit tibi.

Vt igitur dicam quod ſentio. Mihi videre videor, tres perſonas diuinas ad hoc opus Incarnationis peragendum concurrere. Ac proinde ſingulas ſigillatim ab Angelo exprimi. Perſonam quidem Spiritus ſancti, dum ait Angelus *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*: perſonam verò Patris, dum ſubdit *& virtus altiſsimi obumbrabit tibi*: & perſonam denique filij dum addit *ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum*

Tres perſonæ diuinæ ad opus Incarnationis concurrerunt.

Digitized by Google

vocabitur filius Dei. Non quod trium perſonarum tres ſint diſtinctæ operationes in hoc miſterio cōcurrentes, aut quod virtus vnius, non ſit virtus alterius: ſicuti trium nauem trahētium quamuis vna & eadem ſit totalis operatio, diſtincta tamen cujuſlibet eſt virtus. Nec enim virtus nec operatio Trinitatis ad extra eſt diſtincta, ſed vna & eadē horum trium operatio. Omnia quippè ſimul Pater, & Filius, & amborū ſpiritus pariter & concorditer operantur; & nihil operatur in his inferioribus rebus vna perſona ſine alia: ſed vna eſt horum trium operatio indiuiſa & indiuiſibilis, ipſamque carnis aſſumptionem tota Trinitas operata eſt: ſicuti D. Auguſt. dicit in lib. de fide ad Petrum *Trinitas enim nos ſibi reconciliauit per hoc quod verbi carnem ipſa Trinitas fecit. Trinitas ergo, carnis aſſumptionem fecit, ſed verbo, non Patri, vel Spiritui ſancto, ſi enim Pater ſibi, & Filius ſibi, vel ſolus Pater Filio, vel ſolus Filius Patri, vel ſolus Spiritus ſanctus ipſi Patri, vel Filio, carnis aſſumptionem operatus eſſet, iam non eadem eſſet operatio vtriuſque, ſed diuiſa.*

Digitized by Google

Sicut igitur inſeparabilis & indiuiſa eſt vnitas ſubſtantiæ trium, vt ait D. Auguſt. in lib. de Trinitate *ita & operatio:* & ideo conueniens erat quod Angelus totas tres perſonas actiuè ad hoc myſterium Incarnationis peragendum concurrentes, eadem licet virtute & operatione, ſigillatim tamen exponeret, vt quam trium perſonarum Virgo eſſet conceptura, clariùs intelligeret: & etiam vt oſtenderet Angelus quod quamuis actiuè, totæ tres perſonæ ad hoc myſterium concurrerent, ſolus tamen Filius terminatiuè, vt loquũtur Thæologi carnem indueret; vt ſequenti ſermone Deo dante dicemus.

Denique vt oſtenderet, hoc opus præſtantiſſimũ fore, ſigillatim voluit exponere ſingulas perſonas ad hoc opus concurrere, ac (ſi licet aliquid ſuperaddere) ne putaretur Spiritus ſanctus, tanquam Pater ad hoc opus concurrere, non ſatis fuit Angelo dicere, *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*: ſed ſtatim ſubdidit, *& virtus altiſsimi obumbrabit tibi*, ait enim D. Hieronim. in

expoſitione Catholicæ fidei. *Non ſicut quidam ſceleratiſsimi opinantur, Spiritum ſanctum dicimus fuiſſe pro ſemine: ſed potentia ac virtute creatoris dicimus eſſe operatum, ideſt formatum corpus Chriſti.*

Et inſuper ne ſolus Spiritus ſanctus putaretur hanc Incarnationem effeciſſe, quia dixerat Angelus *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*, addidit *& virtus altiſsimi obumbrabit tibi*, cuilibet enim perſonæ diuinæ attribuitur hæc incarnationis operatio. Spiritui quidem ſancto, quia ſicut virtus animæ per ſpiritum, qui includitur in ſemine, corpus format & viuificat in generatione aliorum hominum: ita Spiritus ſanctus dicitur corpus Chriſti è puriſſimo Virginis ſanguine efformaſſe. Vnde dixit Angelus *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*, Non quod ſolus Spiritus ſanctus corpus efformarit: ſed quod ad præparandam & formandam materiam corporis Chriſti, quaſi ſpiritus vitalis ſuperuenerit.

Attribuitur etiam Patri. Nam ipſe fuit, qui Filium in hunc mundum miſit. *Cum* namquè *venit plenitudo temporis,*

Digitized by Google

miſit Deus Filium ſuum in hunc mundum, factum ex muliere, factum ſub lege, inquit Apoſtolus & ipſemet Chriſtus Ioan. 6. *Sicut miſit me*, inquit, *viuens Pater & ego viuo propter Patrem*: Et alibi *ſic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret*. Vt igitur Pater etiam denotaretur ad hāc Incarnationem faciendam concurriſſe, ſubditur *& virtus altiſsimi obumbrabit tibi*: quaſi diceret Angelus Virgini ſciſcitanti, *quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* virtus altiſſimi Patris obumbrabit tibi. Et ideo Filium concipies & paries, etiam ſi virum non cognoſcas.

Attribuitur denique Filio, quia ſolus filius carnem aſſumpſit humanam, quamuis non ſolus Incarnationem ſit operatus, vt infrà dicemus. Et idcirco ſubditur. *Ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur Filius Dei*.

Opus Incarnationis manifeſtatiuum diuinæ potentiæ, ſapientiæ, & bonitatis.

Præterea, vt inquit D. Bonau. in 3. ſent. diſt. 4. art. 1. quæſt. 1. & nos diximus etiam hoc opus Incarnationis eſt manifeſtatiuum diuinæ potentiæ, ſapientiæ, & bonitatis, quæ ſunt primaria Dei attributa. Quamuis

enim diuinæ perſonæ æqualis ſint potentiæ, ſapientiæ & bonitatis: imò ejuſdem, quia non eſt alia potentia Patris, alia Filij, alia Spiritus ſancti: nec alia ſapientia, nec alia bonitas; ſed vna & eadem ſimpliciſſima.

Attamen ſecundum diuerſas intellectus noſtri conſiderationes, attribuimus potentiam Patri, ſapientiam Filio, & bonitatem Spiritui ſancto.

Potentiam inquam Patri, ne cui continguat cogitare Deum ſeneſcere, ac proinde Patrem impotentem fieri, ſicut contingit in humanis, vbi videmus virtutem in ſenibus defatiſcere. Sapientiam Filio, ne quis putet ita eſſe in diuinis, ſicuti in humanis, vbi filij rerum inexpertes, non ſolent eſſe prudentes & ſapientes, ſicuti parentes: in diuinis enim aliter contingit, quia Filius eſt ſapientia Patris: Non quod Pater ſapientiam habeat à Filio, ſed quod eadem ſapientia quæ eſt in Patre, eſt etiam in Filio; & attribuitur Filio, qui eſt verbum Patris, & mentis eius conceptus.

Digitized by Google

Bonitatem deniquè attribuimus Spiritui ſancto, ne quis putet hunc ſpiritum aliquid in ſe habere mali: ſicuti quidam mali ſunt ſpiritus, aut ſicuti Manichæi ponebant Deum bonum & Deum malum. Spiritus enim ſanctus eſt ipſamet bonitas, & procedit etiã à Patre & Filio per modum voluntatis, quæ bonum habet pro obiecto: & amoris, cuius proprium eſt diligere bonum. Omnia enim bonum appetunt.

Vt igitur Angelus oſtenderet potentiam, ſapientiam, & bonitatem diuinam in hoc Incarnationis opere potiſſimum elucere, trium fecit diſtinctè mentionem perſonarum, per tria illarum attributa. Per bonitatem quidem, Spiritus ſancti, cum ait *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te.* Per potentiam ſeu virtutem, Patris, cùm ſubdit, *& virtus altiſsimi obumbrabit tibi.* Et per ſapientiam, Filij, dum concludit *ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur Filius Dei.*

Contingit enim de hoc Incarnationis miſterio loqui quantum ad fru-

ctum ſeu effectum illius, & in hoc manifeſtatur diuina bonitas, miſericordia, & charitas; bonitas quidem, quia non deſpugit propriam creaturam; ſed potius reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: miſericordiam, quia fecit miſericordiam cum genere humano, & virginis virginitati non fecit injuriam. Charitatem denique, quia tam arcto humanitatem noſtram ſuæ diuinitati vniuit vinculo, vt Deus & homo vna tantùm eſſet perſona; & quod ſemel aſſumpſit, nunquam ſit dimiſſurus. Vnde hic bonitatis effectus attribuitur Spiritui ſancto. Quapropter Angelus dicit *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te.*

Contingit etiam loqui de hoc Incarnationis myſterio quãtum ad cauſam, ſeu virtutem vniendi naturam diuinam cum humana, & ſic attribuitur potentiæ, cùm enim iſta extrema ſint infinitè diſtantia, nempè natura diuina & humana, ad illa in vnum vnienda ſuppoſitum, neceſſaria erat virtus & potentia infinita.

Nulla enim virtus finita poteſt

ſimul

ſimul conjungere extrema infinitè diſtantia, cum in infinitum non ſe extendat. *Non* eſt enim *qui mittat manum in ambobus*, niſi ſola potentia, & virtus infinita, quæ *attingit à fine vſque ad finem fortiter*: & ideo cum virtus & potentia ſit Patri attributa, optimè ſubdit Angelus, *& virtus altiſſimi obumbrabit tibi*, quaſi vellet reſpondere ad hanc quæſtionẽ, quomodo fiet iſtud? & diceret quod natura diuina & humana infinitè diſtantia ſimul vnirentur in eodem ſuppoſito & perſona, & quod ab æterno natus renaſceretur in tempore, & virtus altiſſimi obũbraret, quæ cum ſit infinita, facilimè vniret infinitè diſtantia.

Contingit deniquè loqui de hoc Incarnationis myſterio, quantũ ad modũ & nodum, quò iſta extrema ſunt ad inuicem vnita, & in hoc manifeſtatur diuina ſapientia, quia inuenit modum & nodum omnium congruentiſſimum, nempè in vnitate perſonæ naturam diuinam & humanam ſimul copulans. Non enim poterãt in vnam coire naturam, nec vnum & idem

ſuppoſitum in duas diuidi perſonas. Et ideo ſapientia diuina, quæ diſponit omnia ſuauiter, in vnã hypoſtaſim ſeu perſonam ambas copulauit naturas: & ſic creator factus eſt creatura, prima cauſa efficiẽs à ſua factura eſt producta: immenſus in anguſto vteri virginalis ergaſtulo eſt concluſus, & cum ſapientia attribuatur Filio, optimè reſpondet Angelus ad interrogationem Virginis, *quomodo fiet iſtud? quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei*, quaſi vellet oſtendere per Filium qui eſt ſapientia Patris facilè fieri poſſe, quod verbum fiat infans, quod primũ omnium principium fieret ſuæ proles ancillulæ, & prima cauſa vltimus finis, & cætera omnia quæ ſuperius ſunt à nobis in hac interrogatione (quomodo fiet iſtud) comprehenſa? Sapientia enim diuina diſponit omnia ſuauiter: cum ergo in Incarnationis opere inuenire poſſimus apropriata tribus perſonis, optimè Angelus trium perſonarum in ſua reſponſione videtur mentionem feciſſe.

Sed hic præcipuè mentionem agit Patris, cùm ait *virtus altiſsimi obumbrabit tibi.* Conueniẽs enim erat quod virtus obumbrandi attribueretur Patri in generatione Filij, nõ quod ipſe Pater cõcurrerit eo modo quo ſolet Pater in generatione Filij humanitùs producendi, aut quod aliquid fœdum, vt in copula carnali ſolet contingere, vnquam peregerit; ſed quod ſicut virtus Paterna ſolet eſſe in cauſa quod Filius à Matre concipiatur, & illa eſt per quam fœtus in membra in vtero Materno coaleſcit: Sic virtus altiſſimi Patris fuit in cauſa, quod Chriſti corpus in vtero Virginis debitis inſtrueretur organis in primo inſtanti. Quamuis enim talis virtus efformandi corporis Chriſti tribus ſimul perſonis conueniat, vt potè quibus eadem eſt virtus eademque potentia indiuiſa & indiuiſibilis. Patri tamen jure meritò attribuitur, tum quia potentia & virtus attribuitur Patri, vt diximus, tum quia virtus generandi Filium, eſt propria Patris.

Quapropter dicitur Pſal. 67. *Rex*

virtutum dilecti dilecti, & ſpeciei domus diuidere ſpolia, vbi Aug. *Pater*, inquit, *eſt Rex virtutum Filij*. Et certè omnis quæ eſt in Filio virtus, non ſolùm humanitùs: ſed etiam diuinitùs eſt a Patre, & à Patre procedit, ſicut omnis virtus, quæ eſt in fœtu concepto, à Patre etiam in humanis dicitur procedere. Mas ſiquidem in generatione prolis ſe habet vt agens: fœmina verò vt patiens, ſi Ariſtoteli credimus, fouet enim fœtum, ſed non habet virtutem ex ſe ſatis efficacem ad procreandam ſobolem, ſed ſolum virtus actiua quæ à Patre eſt infuſa, & communicata germini. Et ideo jure dixit Angelus, etiam ſi virum non cognoſcas, *virtus altiſſimi obumbrabit tibi*. Non quidem (quod abſit cogitare) ſemen infundendo, ſed ſolum virtutem generandi Filium, conferendo: Si enim aliter concurreret, jam non ſolùm diceret, *virtus altiſſimi obumbrabit tibi*: ſed etiam realis actus, aut res ipſa infuſa videretur Virginem obumbrare.

Cum igitur ſolum per virtutem ſignificare vellet Angelus, & non per

aliquem actum fœdum effuſionis ſeminis concurrere debere, ſolum dicit *virtus altiſsimi obumbrabit tibi*, quaſi vellet dicere, quòd ſicut ſol iſte aureus ſola radiorum virtute, ſine vlla ſeminis effuſione, in terra etiam non arata, nec ſeminata producit herbas, & arbores, variaque plantarum genera: ſic aureus ille ſol juſtitiæ Deus, non per ſeminis effuſionem, vel infuſionem: ſed virtute radiorum ſuorum in terra Virgine, & non arata vteri tui ô Beatiſſima Virgo Filium producet, etiam ſi virum non cognoſcas.

Et ideo ſpecies & pulchritudo domus vteri tui, quæ quidem eſt virginitatis honos, in conceptu & in partu fœdata non erit, ſed diuidet ſpolia per manus Filij tui, juxta id quod per Iſayam Prophetam Deus prædixit, *voca nomen eius accelera, ſpolia detrahe, feſtina prædari.*

Ne timeas igitur ô Virgo ſed tibi ſuccurrat, quod cecinit proauus tuus Dauid Pſal. 47. v. 14. *Ponite corda veſtra in virtute eius.* Si enim ponas cor tuum in virtute Dei, facilè perſpicies

Digitized by Google

quam facilè ſit Deo abſque vllo viri commercio, & ſalua Virginitate Filium è tuis educere viſceribus.

Sicut enim potuit mulierem ex coſta Adami procreare ſola virtute, ſine vllo mulieris commercio, & ſine ſemine; ſic poterit è tuo ſanguine carnem Filij ſui procreare, & corpus eius efformare ſine vllo Virginitatis tuæ detrimento.

Quid eſt enim quod dat plantis, & arboribus, omnique ſemini non ſolum plantarum, ſed etiam animalium virtutem gignendi & producendi ſibi ſimile? Niſi virtus altiſſimi? Seminet agricola quantum voluerit, colat, & excolat quantum potuerit agros & vineas, niſi Deus virtutem dederit ſemini fructum producendi incaſſum laborat. Tolle igitur virtutem altiſſimi, & jam nullus erit in orbe terrarum fœtus, quia cauſa ſecunda non poteſt agere ſine prima, in cauſis eſſentialiter ſubordinatis. Sed è contra ſolum pone virtutem altiſſimi, etiam ſi nulla eſſet cauſa ſecunda, nullumque agens cum illa concurreret, non

deſineret tamen fœtum & effectum producere. Quomodo enim illa omnia quæ ſunt in eſſe produxit? nonne ſola virtute cœlum, terram, maria, & cætera omnia quæ cœli ambitu continentur, tam viuentia, quàm non viuentia? Deus enim per ſe ſolùm facere poteſt, quidquid poteſt cum cauſa ſecunda, & *vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt* inquit Apoſt. *Dixit & facta ſunt* ait Pſaltes *ipſe mandauit & creata ſunt.* Si igitur potuit de nihilo ſola virtute tot & tanta opera producere, quidni poterit ſola virtute (etiamſi virum non cognoſcas) in vtero tuo Filij ſui corpus efformare?

Iam ergo ad id quod ſupereſt accedamus, quid nempè ſit quod ſequitur *obumbrabit tibi.* Sunt qui per obumbrationem, refrigerationem æſtus libidinis intelligunt, quaſi virtus altiſſimi, veluti vmbra quædam ita eſſet carnem ſacræ Virginis refrigeratura, vt ſine vllo voluptatis ſenſu, aut libidinis pruritu eſſet Filium conceptura. *Secunda pars Sermonis.*

In quam ſententiam ire videtur D.

Auguſt. in lib. 50. Homeliarum Hom. 44. vbi ait *virtus altiſsimi obumbrabit tibi, Ne timeas æſtum libidinis ſub tanto vmbraculo ſanctitatis.*

Et D. Gregorius lib. 27. Moral. cap. 12. & lib. 33. cap. 3. *Quia vmbra* inquit *non aliter exprimitur, niſi per lumen & corpus, virtus ei altiſsimi obumbrauit, quia in eius vtero lux incorporea corpus ſumpſit, ex qua videlicet obumbratione omne in ſe refrigerium mentis accepit*: & lib. 18. Moral. cap. 12. *vmbra* inquit *formatur à lumine & corpore; Dominus autem per diuinitatem lumen eſt, qui mediante anima in vtero Virginis fieri dignatus eſt per humanitatem corpus. Quia ergo lumen incorporeum in eius erat vtero corporandum, ei quæ incorporeum concepit ad corpus, dicitur virtus altiſsimi obumbrabit tibi, ideſt corpus in te humanitatis, accipiet lumen incorporeum diuinitatis*, & paulò ante, *propter hoc quoque mentis refrigerium cœlitùs datum Mariæ, dicitur, virtus altiſsimi obumbrabit tibi.*

Quamuis hac in re per obũbrationis vocabulum incarnandi Dei vtraque potuit natura ſignari, vmbra enim à lumine formatur & corpore vt iam diximus,

Beda pariter in Homilia de Annunciatione: *Sol* (inquit) *id eſt diuinitas Chriſti, tegmine ſe humanæ naturæ, quaſi vmbraculo quodam obtexit, quo mediante Virginis eum viſcera ferre ſufficerent: ſicque virtus altiſsimi obumbrauit ei, dum diuina Chriſti potentia & eam præſentialiter impleuit, & vt capi poſſet ab ea, ſubſtantia ſe noſtræ mortalitatis obnubilauit.*

D. quoque Bernard. Hom. 4. ſuper hoc Euangel. *Quis* (inquit) *poſsit intellectu capere, qualiter ſplendor ille inaceeſsibilis, virgineis ſe viſceribus inſuderit, & vt Virgo inacceſsibilem ad ſe accedere ferre potuiſſet, de portiuncula eiuſdem corporis, cui ſe animatè contemperauit, reliquæ maſſæ vmbraculum fecerit.*

Sunt qui putant *obumbrare* hîc accipi, pro eo quod eſt protegere, quia frequenter in ſacris paginis vmbra protectionem ſignificat, vt Pſal. 16. *ſub vmbra alarum tuarum protege me à facie impiorum, qui me afflixerunt* & Pſal. 56. *In vmbra alarum tuarum ſperabo, donec tranſeat iniquitas* & Iſaiæ 46. *In vmbra manus ſuæ protexit me* & cap. 51. v. 18. *Poſui verba*

mea in ore tuo, & in vmbra manus meæ protexi te. Quo ſenſu videtur loquutus D. Hilarius 2. de Trinitate, vbi ait. *Ne quid per humani corporis imbecillitatem diſsideret virtus altiſsimi Virginem obumbrat, infirmitatem eius veluti vmbra circumfuſa confirmans, vt ad ſementinam ineuntis ſpiritus efficaciam, ſubſtantiam corporalem diuinæ virtutis inumbratio temperaret.*

Et Theophilact. *virtus* inquit *altiſſimi obumbrabit tibi*, ideſt *teget te. Quemadmodum gallina, aut auis ſolet pullos ſuos ſub alis tegere, vt eos foueat.* Longè tamen meliùs mea opinione dixiſſet, ſi ſcripſiſſet. Quemadmodum auis ſolet pullos ex ouo educere, poſtquam eos ſub alis fouit.

Alium adhuc ſenſum his verbis affert D. Bernard. Hom. 4. ſuper Miſſus eſt, dicens *obumbrabit tibi, hoc eſt ſic obumbrando teget modum, quo de Spiritu ſancto concipies, & occultabit, quatenus ſibi tantum, notus habeatur & tibi.*

Euſeb. quoque l. de demonſtr. cap. 8. Illa verba Pſal. 21. exponens: *tu es qui extraxiſti me de ventre. In conceptione tua domine* inquit *quod in vtero fuit obum-*

braſti, vt principes ſæculi huius, ipſa de Spiritu ſancto & ſancta Virgine conceptio lateret. Quod ingens miſterium Gabriel Archãgelus indicauit dicens Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obũbrabit tibi.

Sũt qui alio adhuc modo exponant *virtus altiſsimi obumbrabit tibi*, ideſt potentia Dei proteget te, atque iuuabit, vt concipere ſine viro poſsis, quod ex ex te ſola facere non poteras, vel vt alij dicunt virginitatem tuam quam tantopere diligis ita proteget, vt ſine vlla illius iniuria, imo ſummo cum decore concipias: ſic enim ſumitur obumbrare Pſal. 9. vbi dicitur *ſcapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis.*

Suſpicatur Maldonatus verbũ Græcum ἐπισκιᾶν pro Hæbraico poni *habhin*, quod idem eſt ac nube obducere, id eſt impluere. Nam nube, pluuia ſignificatur, quaſi dicat fore vt virtus altiſsimi in Virginem impluat, vt eam fœcundet, atque grauidam eſficiat: ſicuti pluuia ſolet terram fœcundare, Et ad hoc videtur alludere Propheta, dum ait *rorate cœli deſuper, &*

Digitized by Google

nubes pluant iuſtum, aperiatur terra & germinet Saluatorem.

Cui (ſi liceret ſacra miſcere prophanis) videtur Poëtarum fabula reſpexiſſe, dum fingunt Iouem aurea pluuia ſeſe in vterum Danae infudiſſe, & illam grauidam effeciſſe: vnde genitus eductus eſt Perſeus, qui Andromedam Cephei filiam Orcho marinæ belluæ obiectam, periculo liberauit, liberatamque vxorem duxit, & accepto denique a Vulcano Adadamantino enſe, quem vocant *harpen*, Meduſam vnam ex Gorgonibus, quæ aſpicientes omnes in ſaxa commutabat occidit, vnde & Gorgonoctonos eſt cognominatus.

Cùm enim B. Virgo eſſet recluſa in cubiculo, ſicut volunt Poëtæ fuiſſe Danaen in fortiſſima turri incluſam, Deus omnipotens & ille æternus Iehoua in vterũ eius ſeſe infudit, prout à Propheta iam olim fuerat prædictum, *deſcendet ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillãtia ſuper terrã,* quia ſicut in vellus Gedeonis ſeſe cæleſtis infudit pluuia, etiam ſi omnis

Digitized by Google

area, quæ erat in circuitu eius penitus ſicca remaneret, & poſtea cecidit in aream pluuia, vellere ſicco remanente, ſic virtus altiſsimi ita influit in vterum Virginis, ſicut in vellus Gedeonis, vt Virgo grauida remaneret, area corporis totius in circuitu ſicca remanente ab omni pruritu libidinis, & voluptate carnis: & deinde effuſus eſt filius eius ſuper terram in Natiuitate & partu, vtero virginis ſicco remanente, & illæſo ab omni fœditate & corruptione, & ideo dicit per os Dauidis *tanquam aqua effuſus ſum*: Sicut Perſeus igitur poteſt dici eductus, & educatus, & Andromedam ſcopulo alligatam, & Orcho belluæ marinæ, & malignæ expoſitam liberauit, & in vxorem duxit, nempe eccleſiam Gentilium, quæ prius erat alligata ſcopulis & ſaxis, quia adorabat Idola ex lapidibus & ſaxis confecta, & eorum cultui erat totaliter dedita, ac propterea Orcho, ideſt diabolo Belluæ malignæ inferni erat in prædam expoſita, & Gorgonidem Meduſam, ideſt furiam in-

fernalem occidit gladio quem acceperat à Vulcano, ideſt clauis & lancea à Vulcano confectis, nempe Fabro ferrario. Ideſt morte ſua mortem noſtram peremit, quæ homines in ſaxa conuertebat, quia mors corpora humana reddit frigidiora & immobiliora ſaxis, & ea tandem in aliam conuertit ſubſtantiam. Merito igitur dixit Angelus, *virtus altiſsimi obumbrabit tibi.*

Sed ſi non licet Virginem comparare Danaæ, nec Iehoua Ioui, quia Iupiter erat Deus Ethnicorum, *Iehoua* autem omnium iuſtorum.

Et beatiſs. Virgo fuit ſemper incorrupta: Danae autem dicitur fuiſſe à Ioue vitiata, liceat ſaltem mihi dicere multas nunc reperiri mulieres ac iuuenculas, quæ quamuis ſint arctiùs à parentibus cuſtoditæ & incluſæ, quam vnquam fuerit a patre Acryſio Danae: inuenitur tamen ſemper quidem Iupiter, ideſt impurus homo & voluptatibus deditus, qualis Iupiter fuiſſe fingitur, qui aureo imbre, etiam ſi irrumpere & ingredi non poſsit per

portas, per tegulas tamen immiſſo, & per tectum quantumuis obtectum aurea illabẽte pluuia, vitiatur anima, immo & aluus, vnde frequenter naſcitur alter Perſeus, qui auum imprudẽs occidit: Ideſt quamuis ſeræ ſint in ianuis, & obſerata ac obſeruata intus puella, muriq; circũcirca adamantini, & intus cuſtos adhibeatur Argus, ſi ſemel aurea pluuia fuerit illapſa, ideſt aureamunera (vt aurei nũmi, vel aurei torques, & aurea monilia) irrũpit valuas imò corrũpit vetulas, cuſtodes excœcat. Et ſi non poteſt per valuas & mœnia, illabitur ſaltẽ per tecta. Nullus enim murus, nullaq; fida cuſtodia caſtitatis, vbi ſemel ingreditur aurea pluuia ſalacitatis, vnde frequenter præ mœrore moriuntur aui, noui Perſei recenter editi.

Philippus Macedo pater Alexandri, cum ſemel oppidum obſideret munitiſſimum, & ei diceretur inacceſſibilem eſſe locum, fruſtraque tempus teri, quod eo nunquam potiri poſſet, cum penitus eſſet inexpugnabile, nempè ſuprà ſcopulum ingentem ex-

tructum, nihil tamen ea de re commotus, reſpondit num ſaltem aliquis in oppidum eſſet aditus, per quem ingredi poſſet aureus mus, vel aureum munus. Cumque ei retuliſſent hoc facilè fieri poſſe, tunc ille ſubintulit. Nihil igitur ſolliciti ſitis, noſtrum erit oppidum. Volens innuere, quod facilimè cuſtodes corrumpuntur, vbi aurea poſſunt irrumpere munera. Et oppida etiam inexpugnabilia, & inacceſſi montes, & mentes imperuiæ, cordaque ſaxea, immò & ferrea poſſunt infringi, ac clauſtra pudoris violari, vbi ſemel aurum irruperit.

Nam vt cecinit Poëta *Quid non mortalia pectora cogis, Auri ſacra fames?* Quamobrem dicebat Sapiens *ſubſtantia diuitis vrbs fortitudinis eius*: putat enim diues ſibi licere quicquid lubet, & nihil ſibi obſtare poſſe, dummodo nummos habeat. *Sed non dabit Deo placationem ſuam: nec pretium redemptionis animæ ſuæ, & laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem.* Quod Deus auertat per ſuam ſanctiſſimam miſericordiam, & vos potiùs ad penitentiam adducat.

IDEOQVE

IDEOQVE ET QVOD NASCETVR EX TE SANCTVM vocabitur Filius Dei.

SERMO XXII.

IAm omnes Angelus reſoluit difficultates ſuperiùs ſub illa interrogatione Beatiſſimæ Virginis (*quomodo fiet iſtud*) compræhenſas, ſimulq; cõfirmat quod antea dixerat. *Ecce concipies & paries Filium, & vocabis nomen eius Ieſum, hic erit magnus & Filius altiſsimi vocabitur*; vnicoque (vt ſolet dici) iaculo duos ictus, aut potiùs vnico verbo duos actus concludit: oſtendit enim efficaci ratione, quomodo Beatiſsima Virgo concipere & parere poſsit Filium Dei, &

Digitized by Google

quomodo ſine vllo viri commercio iſtud ſit perficiendum; dum enim ait, *quod ex te naſcetur ſanctum*, oſtendit eius partum eſſe non debere, ſicut partus ſolet eſſe cæterarũ mulierum: illarum enim fœtus non ſolet eſſe ſanctus: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea*, inquit Rex vates.

Virginis autem fœtus etiam in ipſo conceptu erit ſanctus, aliæ mulieres non ex ſe, ſed ex viro filios concipiunt. B. autem Virgini dicitur, quod ex ea naſcetur Filius, & non ex viro: ait enim Angelus, *quod ex te naſcetur ſanctum vocabitur Filius Dei*, non filius alicujus viri. Et ideo etiam ſi virum non cognoſcas, *ecce concipies & paries Filium*, & Filius altiſſimi vocabitur. Sed antequam vlterius progrediamur, ſatius erit oſtendere, quomodo Angelus ea quæ dixerat, confirmet; & ſimul interrogationi Beatiſſi. Virginis reſpondeat. Quod vt facilius aſſequamur, ſingula hujus concluſionis perpendamus verba, *ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei*;

Diuiſio & ordo dicendorum.

Digitized by Google

Quot enim verba, tot Myſteria.

Ac primum quidem, *Ideo* (inquit) *quòd Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obumbrabit tibi, & quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur Filius Dei.* Quæ quidem eſt optima illatio ſeu concluſio: ſi enim valet argumentum Chriſti Ioan. 3: *Quod natum eſt ex carne caro eſt, & quod natum eſt ex Spiritu Spiritus eſt*; conſequenter quod natum eſt de Spiritu ſancto, neceſſario ſequitur ſanctum eſſe debere, ac proinde non contaminatum: Et rurſus ſi de Spiritu ſancto, ac virtute altiſſimi concipies & paries, jam igitur non virtute nec ſemine viri.

Et vlterius ſi non ſemine vel virtute viri, ſed ſola virtute altiſſimi, non igitur Filius viri, ſed Dei dicetur.

Quin ideo quod *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obumbrabit tibi*, quamuis ſolus Filius carnem aſſumat humanam: totæ tres perſonæ tamen ad hanc Incarnationem faciendam videntur concurrere.

Effectiuè quidem ſed non terminatiuè, vt loquuntur Theologi; ſicuti

Quomodo tres perſonæ diuinæ concurrerint ad Incarnaiionem.

tres ſolent puellæ, cum nuptiæ ſunt celebrandæ, vnam ex ſeipſis induere viro deſponſatam, quamuis tres ſint nuptam ſimul induentes, vna tantum nupta remanet induta, vt loquitur D. Bonauentura, aut ſicut videmus cereum tricipitē, Sabatho ſancto accendi ſolitum, licet vnus ſit ignis, vnaque illius actio, quæ illuminat & incendit totū cereum, præſertim ſi tres cerei ramulos conjungas, poteſt tamen vnus ex illis cooperiri, aut obtegi, alijs remanentibus detectis.

Vel denique ſicuti nos ſcimus tres eſſe animæ potentias, memoriam, intellectum, & voluntatem, ſimul ad omnem eius actum concurrentes, & pene inſeparabiliter operantes. Non enim poſſumus quicquam velle, niſi illud intelligamus, quia voluntas præſupponit intellectum: nec quicquam intelligere, niſi illius ſpeciem habeamus, & conſequenter memoriam: & tamē poteſt intellectus aliqua ſpecie, vel objecto, ſeu habitu ab extrinſeco prouenien̄te affici & quaſi veſtiri, abſque eo quod memoria, vel voluntas illis induantur, multa enim intelligi-

Digitized by Google

mus quæ nolumus, aut poſtea non meminimus: & tamen eorum ſpecies animam affecit. Nam cum iterum occurrunt, licet longo temporis interuallo eorũ fuerimus obliti; illa tamen adhuc intelligimus; quod quidem ſignum eſt intellectũ remanere objecti ſpecie affectum, licet memoria ſit elapſa, vel voluntas illius ablata. Nihil autem eſt, quod melius Deum repræſentet, quã anima, quia *Deus ſpiritus eſt.*

Sic ergo tres diuinæ perſonæ ad hoc opus Incarnationis vidẽtur ſimul actiuè concurrere: Pater qui ſe habet ad inſtar memoriæ. Nam per modum memoriæ fœcundæ generat ab æterno Filium; Filius qui ſe habet ad inſtar intellectus, quia per modum intellectus ab æterno generatur à Patre. Et Spiritus ſanctus ad inſtar voluntatis, quia per modum voluntatis & amoris ab vtroque procedit; & ideo totæ tres perſonæ ſignificantur ab Angelo ad hãc Incarnationem actiuè concurrere. Spiritus quidem ſanctus, dum ait *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te.* Pater etiam dum ſubdit, *& virtus al-*

tiſſimi obumbrabit tibi: & Filius deniq; dũ cõcludit, *ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius Dei.* Sed tamẽ oſtendit Filiũ qui generatur à Patre per modum intellectus, ſolùm eſſe carnis noſtræ ſpecie indutũ, quia de eo ſolo dicit, *quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur Filius Dei.* Et ideo ne petas *quomodo fiet iſtud*? quia quamuis vna ſit trium diuinarum perſonarum actio, ſicuti & vna natura; quia tamen tria ſunt ſuppoſita, ſolus Filius naturam aſſumet humanam; *Ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei.*

Errores hæreticorum. Sed ne diutius in primo hæreamus verbo *naſcetur* (inquit) vt hæreticorum ora contũdat, nempè Fœliciani, de quo refert D. Aug. quod negabat Chriſtum eſſe natum; quia naſci putabat eſſe quendam motum rei prius non exiſtentis, antequam naſceretur: Et Neſtorij qui volebat Dei Filium non eſſe de Virgine natum; hac enim de cauſa vt ipſorum errorem refelleret, ait Angelus *quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur Filius Dei.*

Nam vt ait Auguſt. 5. in lib. contra

Fœlicianũ, *fingamus ſicuti plerique volunt, eſſe in mundo animam generalem, quæ ſic ineffabili motu ſemina cuncta viuificet, vt non ſit concreta cum genitis, ſed vitam præſtet ipſa gignendis, nempe cum hæc in vterum paſſibilem materiæ ad vſus ſuos formatura peruenerit, vnam facit eſſe ſecum perſonam eius rei, quam non eandem conſtat habere ſubſtantiam: & fit operante anima & patiente materia, ex duabus ſubſtantijs vnus homo, ſicque animam fatemur naſci ex vtero; non quia antequam naſceretur, quãtum ad ſe attinet ipſa penitus non fuiſſet.* Supponamus enim quod animæ fuiſſent longè ante corpora creatæ (vt volebat Origenes) cum tamen infunderẽtur in corpora, naſcente poſtea homine, dicerentur ſimul naſci cum corpore. Aut ſi hæc ſuppoſitio nõ placet, quia falſa eſt hęc Origenis doctrina animas fuiſſe ante corpora creatas.

Quomodo Beatiſsima Virgo dicatur genuiſſe Deũ, quamuis Deus fuerit ab æterno.

Ponamus quod Deus Angelum ad ſumendam carnem humanam in vterum alicujus mulieris immitteret, quamuis Angelus ille longè ante corpus extitiſſet. Quippe cum Angeli omnes ab ipſo mundi exordio fuerint

creati: naſcente tamen corpore ſimul cum eo diceretur naſci, ſi vnam tantum cum ipſo efficeret perſonam.

Sic ergo imò multo adhuc ſublimiùs natus eſt de Matre Virgine Filius Dei, ſecundum hominẽ eo pacto, quo cum corpore naſci diceretur & animus vel Angelus: non quia vtriuſque ſit vna ſubſtantia, ſed quia ex vtraque ſubſtantia ſpirituali & corporea, aut diuina & humana fit vna perſona: non tamen ab initio carnis incepiſſe dicimus Dei filium, ne temporalem credat aliquis deitatem; nec ab æterno filij Dei nouimus carnem, ne non veritatem humani corporis, ſed quamdam eum ſuſcepiſſe putemus imaginem.

Natiuitas enim eſt generatio viuentis ex viuente. Sicut igitur Chriſtus, ſecundum diuinitatem natus eſt ab æterno viuens ex Patre viuente, ſic etiam natus eſt in tempore ſecundum humanitatem viuens ex Matre viuente: nec tamen propterea ſolius humanitatis dicenda eſt Mater, ſicuti nec ſolius carnis dicitur Mater,

quæ Filium generat : ſed totius hominis, quamuis animam rationalem non producat, ſed infundatur à Deo : quia cum natura ſola & nuda nec generet nec generetur, ſed perſona, & in Chriſto ſit vna tantùm perſona, in qua vnitur diuina & humana natura : ſicuti in alio quolibet homine perſona tantùm eſt vna, in qua eſt anima & corpus, ſeu ſubſtãtia ſpiritualis & corporea : æque mater filij Dei dici debet beatiſsima Virgo, ſicut alia quælibet mulier dicitur mater Filij ſui, quamuis animam non genuerit, quia *generatio eſt totius entis* vt ait Philoſophus.

Ratio cur Maria Virgo verè dicatur Mater Dei.

Quin ſi licet magna componere paruis, & diuerſas rerum viciſſitudines aut mutationes, ipſi Deo (apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio) comparare; videbimus idem animal naſci pluries, vt bombycem prius quidem ex ouo educi in formam vermiculi, deinde paulatim augeri, ſibique ſericam domum defluentibus ex ore filis texere, & quaſi ouum, & vterum præ-

Digitized by Google

parare in quem ſeſe inuoluit & ingreditur, vt iterum naſcatur. Poſtea illum videmus emenſo aliquot dierum ſpatio in alitem & papilionem ex ouo iterum educi & renaſci. Ita etiam Dei filius quaſi tenerrimus ligni vermiculus quamuis eſſet ab æterno natus, in tẽpore tamen quaſi ſericã ſibi domum contexuit formauit quando B. V. & quia *ſapientia ædificauit ſibi domum*, quaſi defluentibus ex ore filis ouum atque vterum præparauit, in quem ſeſe recondidit, quia *verbo Domini cœli firmati ſunt*, cœli inquam nõ tantum ætherei, ſed etiam cœli myſtici vteri Virginei: *& ſpiritu oris eius omnis virtus eorũ*. Et tandem emenſo nouem menſium ſpatio inde exilijt & natus eſt, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.

Nouimus omnes verbum noſtrum prius intus concipi, ac veluti formari, & naſci in mente noſtra penitus ſpirituale, & deinde ſpiritu aut flatu corporeo, quaſi vehiculo ad os deduci, & in lucem produci, craſſiuſque adhuc in corpus efformari, dum attramento

& calamo ſuper chartam pingitur; & tamen ſemper idem eſt verbum, & idem ſemper remanet in mente conceptum, licet etiam in charta remaneat attramento deſcriptum, & quaſi veſtitum.

Quidni quoque verbum diuinum in mente licet paterna ab æterno conceptum & natum, ac poſtea veluti ad os deductum, cum fuit Beatiſſi. Virgini annūciatum, poteſt iterum dici genitum, cum in charta Virgine, ideſt in membranulis ac caſtiſſimis viſceribus Beatiſſ. Virginis, fuit ſanguine humanitatis noſtræ deſcriptum, ac veluti attramenti noſtræ mortalitatis veſtitum? Optimè igitur dixit Angelus quod *naſcetur*.

Et optimè etiam ſubdit *ex te*, vt omnem quæſtionem tolleret quomodo id fieri poſſet ſine viro. Satis enim fuerat dixiſſe, quod *Spiritus ſanctus ſuperueniet*, ad ſpiritum ſcilicet ſeu animā Chriſti procreandam, & *virtus altiſsimi obumbrabit tibi*; ad corpus efformandum, vt inde ſequeretur, *ideoque & quod naſcetur ex te*. Sufficit enim vt

ſpiritus producatur à Deo, & corpus efformetur à virtute paterna, ad hoc vt mater generare poſsit Filium: Sed ne ſuſpicio oriretur ſeminis aut coinquinationis viri, ſpiritus ille qui debebat ſuperuenire, dicitur ſãctus, & virtus illa quæ hanc productionẽ efficere debebat in vtero Virginis, dicitur virtus altiſsimi: & ideo quod naſcetur, ex te naſcetur, & non ex alio homine. Cõcipies igitur & paries Filiũ, etiam ſi virum non cognoſcas.

Deus concurrit cum omnibus cauſis.

Nec eſt quod aliquis dicat Spiritum ſanctum in Virginem ſuperueniſſe, & virtutem Patris altiſsimi illi obumbraſſe, ac proinde non ex ſe, ſed ex Deo Filiũ Dei generaſſe. Fateor enim ex Deo, ſed non tamen quod ex Deo tanquam ex viro, aut quod Deus id egerit quod homo ſolet agere: ſed ſolùm quod virtute ſua concurrerit, ſicut & concurrere ſolet cum cœteris omnibus cauſis ſecundis ad effectum producendum, & cum omnibus mulieribus ad Filium procreandum, licet in Virgine perfectius: nam in cœteris etiam mulieribus dum concipiunt,

Digitized by Google

ipſe eſt qui corpus omnibus ſuis membris virtute ſua efformat, & ſpiritum infundit: ſed in Virgine hoc inſuper addidit, quod vbi aliæ mulieres ſine viri ſemine filium concipere non poſſunt; Ipſa ſine viro virtute altiſſimi Filium produxit, ac proinde optimè dixit Angelus *quod naſcetur ex te*, & non ex vlla viri commixtione.

Quod appoſitè erat reſpondere ad quæſtionem à Beatiſsima Virgine factam. *Quomodo fiet iſtud quoniam virum non cognoſco?* Erat enim quaſi dicere, quãuis virum non cognoſcas, virtute tamen altiſsimi, eius Filius naſcetur ex te. Virtus enim altiſsimi poteſt efficere in ſanguine, & efformare corpus, ac animam infundere, etiam ſine viro; ac proinde naſcetur ex te, & non ex viro, & erit altiſsimi Filius, quia vir ad illum producendum non concurret, ſed ſolus Deus: nec partem vllam habebit homo in hac generatione.

Ex te etiam naſcetur dixit Angelus, ne forte quis putaret beatiſsimam Virginem fuiſſe tantum cana-

lem, per quem tranſijſſet Dei Filius: ſic enim nonnulli hæretici auſi ſunt blaterare, & blaſphemare. Nam ſi ſolùm per Mariam, tanquam per canalem tranſijſſet Dei Filius, ex ea humanam non aſſumpſiſſet carnem, nec ex eâ naſceretur, ſed ſolum per eam tranſiret.

Quid contulerit Beatiſsima Virgo ad hoc, vt Filius Dei ex ea poßit dici genitus.

Sed quid (inquies) contulit beatiſs. Virgo ad producendum Dei Filium, ad hoc, vt ex ea verè dicatur natus? Si enim dicatur ad eius generationem actiuè concurriſſe, difficilimè hoc ſaluari poteſt. Cùm enim corpus Chriſti fuerit in inſtanti productum, per virtutem Dei infinitam, vt ſuperiùs diximus, difficilè videtur quomodo B. Virgo potuerit cooperari ad formationem iſtius corporis. Sicut enim virtus infinita qualis eſt virtus altiſſimi, poteſt agere in inſtanti: ſic virtus finita, qualis erat virtus naturalis beatiſſimæ Virginis, in inſtanti agere non poteſt. Quod ſi nihil egit ad hanc generationem, quomodo poteſt dici Mater Dei? Si verò tantum dicatur paſſiuè concurriſſe, materiam ſolùm

ſubminiſtrando, nempè ſanguinem ad efformandum corpus Chriſti, & hoc ſufficere ad hoc, vt dicatur Chriſtus ex ea natus, hoc adhuc videtur difficile. Non enim omne quod materiam ſubminiſtrat, dicitur generare: alioquin enim Adam diceretur Pater Euæ, & limus diceretur Pater Adæ. Quod ſi nec limus poteſt dici Pater Adæ, nec Adam pater Euæ; pari ratione videtur quòd Beatiſſima Virgo dici non poſſet Chriſti Mater. Quin & vermis generatur ex aliquo hominis humore, & tamen homo non dicitur eius pater nec mater.

Sed facilis ad hoc poteſt patere reſponſio, quia vermis non eſt homini ſimilis in natura: Chriſtus autem ſecundum humanitatem erat ſimilis in natura B. Virgini; ſicut & ſecundum diuinitatem erat ſimilis in natura æterno Patri, imò ejuſdem naturæ. Vnde ſicuti dicitur Filius altiſſimi ſecundum naturam diuinam, ſic debet dici Filius Beatiſſ. Virginis ſecundum humanam, *ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur Filius Dei.* *Solutio quæſtionis.*

Opinio D. Thomæ. D. quidem Thom. 3. part. quæſt. 30. art. 4. dicit mulierem ſolùm paſſiuè ſe habere in generatione prolis. Quapropter vult quod in ipſa Conceptione Chriſti beatiſſima Virgo nihil actiuè operata ſit, ſed ſolùm paſſiuè materiam miniſtrauerit, niſi dicatur aliquid actiuè operata præparando materiam, vt eſſet apta conceptui.

Opinio D. Bonauent. Alij verò oppoſitum tenent beatiſ. ſcilicet Virginem non ſolùm paſsiuè ſed etiam actiuè ad generationem Chriſti concurriſſe, vt D. Bonau. in 2. d. 4. a. 3. q. 1. Vbi ait quod propter materiam ſolam nō eſt appellanda mater, ſicut nec Adam dictus eſt pater in formatione mulieris de coſta viri, & propterea dicit quod meliùs ſentire videntur, qui dicunt quod beata Virgo habuit virtutem ſibi diuinitùs datā ad prolis productionem: Non quod illa virtus per ſe ſolam poſſet in actum prodire perfectum? ſed quod ſuperueniēte Spiritu ſancto ad perfectū redacta ſit effectum. Per hoc enim Beatiſsimæ Virgini non derogatur

derogatur: ſicut non derogatur actioni interioris, etiamſi adjuuetur à potentiori ad effectum producendum, vt cum remigantem ventus vehemens ad impellendam nauim adjuuat, & ideo licet Spiritus ſanctus ſua infinita virtute, ſtatim perduxerit illā materiā ad actum completū, per hoc tamen in nullo derogatum eſt virtuti generatiuæ Virginis, ſi Deus ſua virtute accelerauit, quod in alijs mulieribus ſuccedaneo tēpore reducit ad eſſe. Non enim fuit minor potentia in Virgine, quā in alia muliere, imò multò major, quia potentiā naturalē habuit ſubminiſtrandi materiam: & ſupernaturalē obtinuit, quia fuit ſufficiens, vt ſine alia maſculi materia fœtus ex ea integer formaretur, quod in alijs contingere non ſolet: tota enim Chriſti ſubſtantia, ſecundum carnem fuit de ſola matre, & ideo veriori modo Virgo fuit mater Chriſti, quam alia quælibet mulier, mater ſit filij ſui; & hic patet, quod virgo Maria fuit aliquo modo in conceptione filij cooperata; quod probatur auctoritate Damaſceni

dicentis, quod *virtutem habuit Verbi ſuſceptiuam, & generatiuam*: generatiuam, quia potuit ſeminarium corpori Chriſti efformando miniſtrare, per virtutem ſibi collatam diuino munere. Suſceptiuã verò, quia Verbum diuinum potuit carnem aſſumendam in inſtãti formare, quam quidem ex Virgine ſuſcepit.

Quatuor actiones in formatione prolis concurrere ſolent.

Ad quod intelligendum, diſtinguit Scotus quatuor actiones, quæ in formatione prolis concurrere ſolent. 1. eſt motus localis ſanguinis vel ſeminis, ad locum conuenientem generationi ipſius corporis. 2. eſt figuratio ipſius corporis. 3. eſt condenſatio materiei generationi aptæ, quæ non fit ſine aliquo motu, quia per illam occupatur minor locus. 4. deniquè eſt inductio ſubſtantialis formæ.

Quibus modis B. V. cooperari potuit in cõceptione Chriſti.

Ad propoſitum igitur, dicit Scotus, quod B. Virgo potuit cooperari Spiritui ſancto in actione iſta inſtãtanea, & quantum ad formam ſubſtantialem termini, & quantum ad vbi, & ad figuram & denſitatem corporis, licet ſubito inductas. Et certè quoad pri-

mum, nempè quoad congregationem ſanguinis in vtero materno, jam in confeſſo eſt apud ipſummet D. Tho. potuiſſe B. Mariam actiuè concurrere, immò concedit actiuè operatam fuiſſe ante conceptionem præparando materiam, ac proinde ſi fuiſſet talis ſucceſſio motuum, qualem ponit Scotus, euacuaretur omnis difficultas.

Quoad informationem vero animæ, quamuis fiat in inſtanti, æque tamen concurrit B. Virgo ſicut alia quælibet mater, nulla enim magis poteſt animam attingere quàm B. Virgo. Solũ igitur ſupereſt difficultas, vtrum materiæ condenſandæ, & corpori efformando, potuerit in inſtanti cooperari. Et quidem ſi ſupponatur hoc totum in inſtanti fuiſſe peractum, intellectu videtur difficile, quomodo in inſtanti potuerit agere, niſi dicamus quod cùm ejuſdem rationis ſit motus in principio & in fine, aut ſaltem æque ſit diſpoſita, & æque concurrat virtus agentis, in principio ſicut in fine, ac in tota motus actione (motus enim non eſt niſi inſtans fluens) B.

Virgo eodem modo potuit concurrere in inſtanti: ſicuti faciunt aliæ matres ſuccedaneo tempore, vel ſaltem Spiritus ſanctus potuit æque vti ſuo concurſu actiuo in inſtanti, ſicuti virtus finitæ naturæ vtitur concurſu matris continuo in tempore. Eadem enim virtus actiua, quæ eſt in primo inſtanti motus, continuatur ſolùm in agente, durante motus ſucceſſione, ac proinde æque fuit vis actiua in Virgine, ſicuti in cæteris matribus. Videmus enim quandoque diſpoſitiones præuias ita eſſe in materia introductas, & materiam virtute agentis ita eſſe diſpoſitam, vt concurrente aliquo alio extrinſeco ad operationem requiſito, ſi non in inſtanti, ſtatim ſaltem fiat heterogenearum partium formatio, immo cum generatio fiat in inſtanti, in inſtanti ferme fit animalium productio, vt patet in Æſtate, decidente enim pluuia in arentem terræ puluerem, ſtatim generantur animalia debitis partibus & organis efformata. Quidni igitur in Virgine, ex puriſſimo ſanguine optimè ad gene-

Digitized by Google

rationem diſpoſito, Spiritu ſancto in illam influente, poterit corpus Chriſti debitis partibus & organis efformari & generari; ſicut igitur aliæ matres concurrunt actiuè ſuccedaneo tempore, ſic & illa in inſtanti potuit concurrere, quia ille concurſus quem habent matres ſuccedaneo tempore, non eſt alius ab eo quem habuerunt in primo temporis inſtanti, cum ſit eadem virtus generatiuè continuata ſemper. Quin etiamſi non cōcurreret mater actiuè ad efformationē partium hæterogenearum, hoc non tamen tolleret rationem matris, ſufficeret enim quod habuiſſet diſpoſitiones præuias ſufficienter actiuas, ad producendum ſimile in ſpecie: multa ſiquidem videmus animalia, quæ licet actiuè non concurrant ad organa corporis efformanda, ſufficit tamen quod materiam generationi aptè diſpoſitam ſubminiſtrent, vt rationem parentum ſibi vendicare poſſint: nam gallina quæ producit oua, in quibus ſolùm eſt materia generationi diſpoſita (licet alia foueat, & excludat pul-

los) non deſinit tamen vera dici mater: immò licet pulli excludantur in furno, & foueantur atque efformentur mēbra, à calore fornacis, non deſinit Gallina dici mater, quia generat ſibi ſimile in ſpecie, per virtutem actiuam eius, ouo communicatam: quin etiam videmus animalia diuerſæ ſpeciei, alia fouere & educere, vt vermes & bombices, in ſinu mulierum excluduntur, & de perdice dicitur apud Hieremiam, *Perdix fouit quæ non peperit*, quod D. Hieroſ. Theophraſtum ſequutus interpretatur, quod perdix alteri perdici ſurripit oua, & ea fouet, ſed pulli excluſi, impulſu naturæ ducti, vt propriæ matris vocem audiunt, ſtatim adulterinam relinquunt. De Strutiocamelo pariter dicitur, *quando derelinquit oua ſua in terra, tu forſitan calefacies ea?* & tamen nullus eſt qui dubitet pullum eductum vere eſſe à Strutiocamelo productum. Quamuis igitur Spiritus ſanctus in inſtanti omnia corporis membra efformarit, non deſinit tamen B. Virgo dici, & eſſe vera Chriſti mater; præſertim cum nun-

quam materiam efformandi corporis dereliquerit, ſed ſemper fouerit vſq; ad vltimum inſtãs generationis, quod quamuis fuerit abbreuiatum in illa, propter inſtantaneam corporis conſtructionem, eadem tamen ſpecie fuit virtus fouendi & generandi in illa, ſicuti & in alijs: & ideo ſicut aliæ non deſinunt eſſe & dici veræ matres, quia diſpoſitiones præuias introducunt, quamuis generatio fiat in inſtanti, & animam non producant: ſic B. Virgo quæ materiam præparauit huic conceptioni aptiſſimam, licet ex ſe non potuiſſet corpus efformare in inſtanti, & diuinitati vnire, non deſinit tamen dici vera Dei mater: quandoquidem, ſi quid illi fortaſſe de continua actione defuit, quæ ſolet in alijs eſſe ad organa corporis efformanda, nihil illi tamẽ de cõtinua actione in fouendo fœtu defuit, ſicut nec alijs. Immò in miniſtratione materiæ, & introductione diſpoſitionis præuiæ, ac virtutis generatiuæ, cæteras alias matres exceſſit, quia totam præbuit ſe ſola diſpoſitionem naturalem.

Digitized by Google

Imò potiùs propter hoc, quod ex ea natum eſt, dicitur ſanctum; Nulla enim voluptate carnalis concupiſcentiæ ſeminatus ſiue conceptus eſt Chriſtus: & ideo nullum peccatum originaliter contraxit, inquit Diuus Auguſt. in Enchiridio cap. 41. & lib. 13. de Trinit. cap. 18. *Non interfuit concupiſcentia carnis, per quam ſeminantur & concipiuntur cæteri, qui trahunt originale peccatum: ſed ea penitus remotiſsima, credendo non concumbendo ſancta eſt fœcundata virginitas, vt illud quod naſcebatur ex propagine primi hominis, tantummodo generis, non etiam criminis originem duceret.* Diuus quoque Ambr. in Lucæ 1. *ſolus per omnia ex natis de fœmina ſanctus dominus* IESVS, *qui terrenæ contagia corruptelæ immaculati partus nouitate non ſenſerit, & cæleſti maieſtate depulerit.*

Ratio cur dicatur quod naſcetur ex te ſanctum.

D. etiam Gregor. lib. 18. Moral. cap. 35. *Nos etſi ſancti efficimur, non tamen ſancti naſcimur, quia ipſa naturæ corruptibilis conditione conſtringimur,* vt cum Propheta dicamus, *ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea: Ille verò ſanctus veraciter natus eſt, qui vt ipſam conditionem naturæ corruptibilis*

vinceret, ex commixtione carnalis copulæ conceptus non eſt.

Rectè igitur infertur, *ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum*, quia conceptus eſt de Spiritu ſancto, virtute altiſſimi Patris.

Superueniente quippe in ea Spiritu ſancto, & altiſsimi obumbrante virtute, incommutabilè Dei verbum de incontaminato corpore habitum ſibi humanæ carnis aſſumpſit, quæ & nullum contagium de concupiſcentia carnis traheret, & nihil eorum quæ ad animi corporiſque naturam pertinent non haberet inquit D. Leo ſerm. 4. de Natiuit. Domini: Et ſerm. 5. *Solus itaque* (ait) *inter filios hominum Dominus Ieſus, innocens natus eſt, quia ſolus ſine carnalis cõcupiſcentiæ pollutione conceptus.*

Et Diuus Bernard. Hom. 4. ſuper Miſſus eſt, *Quoniam* inquit *non eſt de homine, ſed de Spiritu ſancto quod concipies, concipies autem Filium Dei, ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur Filius Dei.* Si enim diceret *ſancta caro*, vel *ſanctus homo* parum dixiſſe videretur, poſuit ergo indefinitè *ſanctum*, quia quidquid fuit, quod Virgo genuit, ſanctum

proculdubio, ac ſingulariter ſanctum fuit, & quia filij hominum naſcuntur polluti. *Omnes enim eramus natura filij iræ*, ideo iam non filius viri, ſed filius Dei vocabitur.

Et hoc eſt quod Dominus promiſerat Ieremiæ 23. v. 5. *Suſcitabo Dauid germen iuſtum.*

Qualis enim ſolet eſſe virtus producẽtis, tale ſolet eſſe productũ: Omne enim ſimile producit ſibi ſimile, vt aiunt Philoſophi: Cùm igitur Pater æternus ſit ſanctus, & verbum, ac ſpiritus quo ſolet operari ad extra, ſit etiam ſanctus, Mater quoque, nempè Beatiſſ. Virgo fuerit ſancta, quia *Cùm de peccatis agitur*, inquit D. Auguſtinus *nullam de Beatiſſ. Virgine volo haberi quæſtionem*. Quid mirum ſi quod naſcetur ex ea fuerit ſanctum: ὅπου γὰρ τὸ πνεῦμα ἅγιον ἐκεῖ περιαίρεται πᾶς μολυσμός, vbi enim Spiritus ſanctus, illic aufertur omnis pollutio inquit D. Cirillus Hieroſol. 12. *Fortes creantur fortibus & bonis*, vt inquit Horatius; & ramus radici ſolet eſſe conformis: & ideo cum Beatiſſi. Virgo fuerit ſancta corpore & anima,

Naturalis ratio cur dicatur, quod naſcetur ex te ſanctum.

nullique vnquam obnoxia vitio: ſed impolluta & incontaminata ſolaque altiſſimi virtute: & Spiritu ſancto filium conceperit; quid mirum ſi filius eius dicatur Sanctus? Cum præſertim idem ille, qui erat eius filius, eſſet quoque altiſſimi filius: vnumque & idem eſſet Dei & hominis ſuppoſitum. Si enim ſanctus filius Dei, vtique ſanctus filius Virginis, cum non ſit alius & alius, ſed vnus & idem filius Dei, qui filius Virginis; & filius Virginis qui filius Dei: ſi enim radix ſancta, & rami; ſi ſanctus Pater ſanctus & Filius; ſi ſanctum ſuppoſitum ſancta & natura, quæ in tali reſidet ſuppoſito: cum denominatio fieri ſoleat ex parte ſuppoſiti. Non enim poteſt aliquid coinquinatum, aut vitioſum in ſuppoſito reſidere diuino. *Non* enim *accedet ad te malum*, quia ſummum bonum excludit omne malũ. Et ideo *quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei*. Quod de cæteris non poteſt dici hominibus, nec enim poſſunt dici ſancti, cum naſcuntur, niſi fuerint ſanctificati, vt D. Ioann. Baptiſta, &

Digitized by Google

Ierem. de cæteris enim dicitur *nemo immunis à ſorde, neq; infans, cujus eſt vita vnius diei ſuper terram*; nec poſſunt dici filij Dei, *eramus enim natura filij iræ*, & qualis ſolet eſſe cōceptio, talis eſſe ſolet natiuitas & proles, inde proueniens: ſi enim in æſtu & feruore libidinis concepta fuerit proles, inde nata ſolet eſſe petulca niſi fuerit ſanctificata.

Nec imbellem feroces progenerant Aquilæ Columbam, vt inquit Horatius.

Sed cùm dicatur Chriſtus de Spiritu ſancto conceptus, cur Spiritus ſanctus non dicitur Pater Chriſti, cùm præſertim Angelus videatur inferre ex eo quod, *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei*. Si enim hac de cauſa, quod natum eſt ex ea fuit ſanctum, & vocatum eſt Filius Dei, quia de Spiritu ſancto conceptus eſt, quidni Spiritus ſanctus dicetur eius Pater? Quia Spiritus ſanctus non concurrit vt Pater, generando, ſed ſolùm ſanctificando, & efformando membra Chriſti in vtero Matris. Nulla enim ibi lues, nulla libidinis labes, ſed ſancta

Quare SS. non dicatur Pater Chriſti.

Virgo mente & corpore Filiũ concepit, mẽbra ſolùm efformante Spir. S. & animam creante: Non tamen concũbente, aut vllum libidinis pruritum excitante, & ideo non dicitur Pater Chriſti, quia non quælibet effectio, nomen Patris ſibi vendicat; nec omnis operatio dicitur generatio: ſed illa ſolùm, in qua ſimile in natura, per modum naturæ generat ſibi ſimile, cum enim producit diſſimile in natura, imò etiam ſi produceret ſimile, ſed non in eadem natura: aut quod magis adhuc eſt, etiam ſi produceret ſimile & in eadem natura, ſed non per modum naturæ, non diceretur Filius id quod productum eſt; nec producens diceretur Pater, vt in ipſo patet Spiritu ſancto, qui quamuis eiuſdem ſit naturæ cum Patre & Filio, quia tamen non producitur per modum naturæ à Patre & Filio, ſed per modum voluntatis & amoris, non dicitur eorum Filius. Similiter Eua quamuis ſit eiuſdem naturæ, cum Adamo, imò ex Adami etiam materia formata, & ex corpore Adami

educta, non tamen dicitur Adami filia, quia non eſt per modum naturæ producta: & ideo cùm Chriſtus non ſit à Spiritu ſancto productus per modum naturæ, & alterius inſuper ſit naturæ ſecundũ humanitatem, dici non poteſt Filius Spiritus ſancti, nec enim Spiritus ſanctus ad illum producendum concurrit, vt ſolet Pater ad Filium generandum naturaliter concurrere: imò licet totæ tres perſonæ æque actiuè, & effectiuè concurrerint ad efformandum corpus Chriſti, ipſi tamen Spiritui ſancto potiùs attribui poſſet ſanctificatio Virginis, quàm Filij eius productio, & virtuti Patris potiùs productio Filij, quàm Spiritui ſancto.

Quod innuere videtur Angelus cum ait *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*, & poſteà ſtatim ſubdit, *& virtus altiſſimi obumbrabit tibi*: videtur enim ſignificare velle Spiritum ſanctum ſuperueniſſe ad ſanctificandam Virginem. Quamuis jam eſſet ſancta, vt digna fieret mater Chriſti. Et poſteà Patrem virtute ſua illam rediddiſſe fœcundam.

Digitized by Google

Sed forſitan diceret aliquis cum æqualiter tres diuinæ perſonæ ad hāc Incarnationem faciendā actiuè concurrerint, Cur potiùs dicitur *vocabitur filius Dei*, quàm vocabitur filius Trinitatis? Quia ad rationem generationis, non ſufficit quæcumque actio, ſed oportet, quod ſit productio ſimilis de ſimili, ſecundum naturam, & per modum naturæ, & defectu primi creatio non eſt propriè generatio, quia quamuis ſit productio, non eſt tamen productio ſimilis de ſimili, quia creatura non eſt ſimilis in natura ſuo Creatori: Nec ea etiam quæ fiunt per modum artis dicuntur generari, quia nec in natura cōmunicant cum producente, nec per modum naturæ producuntur, ſed per modum artis. Et ſic per ſecundam clauſulā excluduntur omnes ſimilitudines imaginariæ, vt picturæ, ſtatuæ, &c. non enim ſunt ſimilis naturæ cum producente. Per tertiam denique excluditur Incarnatio verbi ab hoc quod poſſit dici à ſancta Trinitate per modum generationis produci, quia quamuis ab illa effectiuè ſit

Cur Chriſtus non dicatur Filius Trinitatis.

Tres conditiones requiſitæ in perfecta generatione & filiatione.

perfecta in ſuppoſito ejuſdem naturæ cum alijs duabus perſonis diuinis, non eſt tamen facta per modum naturæ generantis, nec etiam in natura ſimili, ſi loquamur de natura humana, per hanc Incarnationem à verbo diuino aſſumpta, natura enim humana, non eſt ſimilis diuinæ in natura. Multò minùs igitur nos, qui neque de ſimili natura, neque ſecundum naturam, nec per modum naturæ à Deo ſumus producti non ſumus natura filij: ſed ſolùm per adoptionem in filios Dei regenerati. Et ideo quod naſcitur in nobis & ex nobis, aut nobiſcum, non eſt Sanctum: ſed quod renaſcitur per lauacrum regenerationis ſanctificatur per verbum Dei, & elementum, quia in renatis nihil odit Deus. Quod vtinam ſemper ita ſit vt ſancti mente & corpore, ſic tranſeamus per bona temporalia, vt non amittamus æterna.

ET ECCE

ET ECCE ELISABETH COGNATA TVA, ET ipſa concepit Filium in ſenectute ſua.

SERMO XXIII.

PROBAVIT Angelus virtute diuina Virginem parere poſſe, nunc probat exemplo, & a ſimili quod prius dixerat, confirmat. *Et ecce* (inquit) *Eliſabeth cognata tua, & ipſa concepit Filium in ſenectute ſua.* Solent enim Oratores optimi non ſolùm rationibus, ſed etiam exemplis ac ſimilitudinibus narrationem jam factam confirmare, vnde cum Ariſtoteles legiſſet narrationẽ creationis mundi

Digitized by Google

à Moyſe factam, & nullam videret ab eo ſtatim fuiſſe appoſitam probationem, dixiſſe fertur, hic homo nihil probat, quod licet ineptè dictum ſit ab Ariſtotele, quia Hiſtoriographus non tenetur quæ dicit probare, ſufficit enim illi omnia proût geſta ſunt enarrare: magna tamen erat apud Philoſophos de creatione mundi controuerſia (non enim poterant ſibi perſuadere quòd ex nihilo aliquid fieri potuiſſet) & ideo ipſe Ariſtoteles poſuerat mundum ab æterno, & alij alio modo conati fuerant commentari, quomodo res omnes principium habuiſſent. Quidam dicebant enim ex lite & amicitia; nonnulli ex athomis & corpuſculis; alij ex igne & aqua; & centum alijs modis originē ſumpſiſſe videre eſt, apud ipſum Ariſtotelē. Et quia Moyſes vnico verbo controuerſiam peremerat dicēs, *In principio creauit Deus cœlum & terram, &c.* Ariſtoteles quaſi œſtro inuidiæ percitus, quod illi palmam præripuiſſet; hic homo (inquit) nihil probat. Et ſanè non erat opus probare; ſatis enim erat dixiſſe

Deum omnia creaſſe, qui enim nouit Deum, nouit potentiam eius infinitam, & nihil illi eſſe difficile, & ideo ſatis erat dixiſſe quod Deus creauerat cœlum & terram, nam licet mundus fuiſſet ab æterno (vt ipſe Ariſtoteles falsò dicebat) cogeretur tamen adhuc fateri, creatum fuiſſe à Deo, cum nihil præter Deũ poſſit eſſe à ſe ipſo, & nihil præter Deum poſſit mundum creare.

Vnde ſatis etiam Angelo fuiſſet dixiſſe Virgini, quod *virtus altiſſimi obumbrabit tibi* ad probandum, quod concipere & parere poterat intacta & incorrupta ſine commercio viri, ſola virtute Dei: quia cum virtus Dei ſit infinita, & nihil ei ſit impoſſibile, facile erat intelligere, quomodo Virgo poterat concipere & parere: ſed ad majorem hujuſce rei probationem, exemplo id comprobat Angelus euidenti dicens. *Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua:* hac enim ratione probat Virginem concipere poſſe ſola virtute Dei ſine commercio viri, eò quòd Elizabeth

Digitized by Google

jam vetula Filium concepiſſet. Age ergo videamus vtrum hæc ratio ſit ſufficiens & efficax, ad probandum quod Virgo concipere & parere poſſet, afferre exemplum vetulæ, quæ conceperat filium in ſenectute ſua. Quod quidem probabimus, ſi tamen prius oſtenderimus, quomodo Elizabeth erat cognata B. Virginis.

Ordo & diſpoſitio dicendorum.

Hîc enim ſuboriri poſſet concertatio, quomodo ſcilicet Elizabeth potuerit eſſe cognata Beatiſsimæ Virginis, cum Elizabetha ex Tribu Leuitica fuerit orta, ait enim D. Lucas. *Fuit in diebus Herodis Regis Iudeæ Sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia, & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabeth.* At Beatiſſima Virgo non erat de tribu Leui, ſed de tribu Iuda. *Manifeſtum eſt* enim inquit Apoſtolus ad Hebræos 7. *quod ex Tribu Iuda ortus eſt Dominus, in qua Tribu nihil de Sacerdotibus Moyſes loquutus eſt.*

Quomodo Elizabeth fuerit cognata B. Virg.

Fauſtus Manichæus relatus ab Auguſtino lib. 23. contra Fauſtum cap. 4. aſſeruit Patrem Deiparæ Virginis Ioachim fuiſſe Sacerdotem. Sed in-

Error Fauſt. Manichæi circa Patrẽ B. Virginis.

Digitized by Google

faustum hoc & nefaſtum eſt nefaſti & infauſti hæretici mendacium, nam vt ait Apoſtolus ibidem *Chriſtus de alia Tribu eſt, de qua nullus altari præſto fuit.* Si autem Pater Virginis fuiſſet Sacerdos, ſequeretur Chriſtum de Tribu Iuda nō eſſe oriundum, quod eſt contra dictum Apoſtoli, quod *ex Tribu Iuda ortus eſt Dominus*, ſed de Tribu Leui, quod eſt etiam alteri eius dicto cōtrarium, quia de illa Tribu eſſet, de qua aliquis altari pręſto fuiſſet: falſum eſt igitur & nefaſtum hæretici Fauſti commentum.

Refutatur error Fauſti.

Falſum eſt etiam id quod dicitur in libello quodā de Sacerdotio Chriſti, qui adnectitur commentarijs Euthymij in Euangelia. Et falſum pariter quod legitur apud Suydam verbo *Ieſus Chriſtus*, ibi enim dicitur quod Chriſtus fuit Sacerdos antiquæ legis & cooptatus in numerum Sacerdotum. Nemo enim Sacerdos eſſe poterat, aut in Sacerdotum numerum cooptari, qui à Tribu Leuitica non eſſet ortus. Et præterea Apoſtolus ait quod Chriſtus non fuit Sacerdos ſe-

cundum ordinem Aaron, ſed ſecundum ordinem Melchiſedech, vt innuit Apoſtolus ad Hebræos cap. 7. his verbis de Chriſto ſcribens *Si ergo conſummatio per Sacerdotium Leuiticum erat (populus enim ab ipſo legem acceperat) quid adhuc neceſſarium fuit, ſecundum ordinem Melchiſedech alium ſurgere ſacerdotem, & non ſecundum ordinem Aaron dici. Et amplius adhuc manifeſtum eſt, ſi ſecundum ſimilitudinem Melchiſedech exurgat alius Sacerdos, qui non ſecundum legem mandati carnalis factus eſt, ſed ſecundum virtutem vitæ inſolubilis, conteſtatur enim quoniam, tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, &c.*

Chriſtus non dicitur Sacerdos ſecundum ordinem Aaron: ſed ſecundum ordinem Melchiſedech.

Vnde Auguſtinus in lib. 83. qq. q. 61. *Oportebat* (inquit) *vt euacuaturus Sacrificia, quæ ſecundum ordinem Aaron in Leuitico Sacerdotio fiebant, non eſſet de Tribu Leui, ne ad ipſam tribum, & ad ipſum Sacerdotium, quod temporaliter vmbra erat futuri, pertinere videretur mundatio peccatorum, quàm Dominus oblatione holocauſti ſui, quod in veteri Sacrificio figurabatur impleuit.*

Ratio Diui Auguſtini.

Idem igitur Auguſt. lib. 2. cap. 2. ex vtraque Tribu Leui, & Iudæ Chri-

Digitized by Google

ſtum fuiſſe exortum ſecundum carnem arbitratur dicens *Quoniam Sacerdotale Virginis genus non tacetur inſinuante Luca, quod cognata eius eſſet Elizabeth, firmißimè tenendum eſt carnem Chriſti ex vtroque genere propagatam, & regum ſcilicet & Sacerdotum.* Idem ſentiunt D. Ambroſius de benedictionibus Patriarcharum cap. 3. Greg. Nazianz. in carmine de Chriſti Genealogia. Andreas Cretenſes Archiepiſcopus Ieroſolymitanus, in Encomio Virginis Deiparæ. D. Hylarius canone primo in Matth. Eucherius in libro quæſtionum noui Teſtamenti. D. Thomas 3. part. quæſt. 31. art. 2. ad 2. Iulianus Pomerius lib. 3. contra Iudæos & alij.

Chriſtus ex tribu Regia & Sacerdotali exortus.

Quomodo autem id fieri potuerit docet Auguſt. lib. 83. qq. q. 61. vbi ait. *A Dauid in duas familias Regiam & Sacerdotalem origo diſtributa eſt.* Et rurſus *Alia* (inquit) *erat origo Sacerdotalis, quæ per vnum ex filijs Dauid, ſicuti aſſolet, de Tribu Sacerdotali matrimonium ſortientem effecerat, vt Maria de vtraque tribu Regia & Sacerdotali cognationem duceret.*

Sed qua ratione id fieri potuit, cum

Qua ratione tribus Regia & Sacerdotalis matrimonia inierint.

clarum & euidens ſit Deum prohibuiſſe matrimonia vnius tribus cum alia commiſceri? Sic enim ſcribitur numerorum 36. de filiabus Salphaad, *nubant quibus volunt, tantùm vt ſuæ tribus hominibus, ne commiſceatur poſſeſſio filiorum Iſraël de Tribu in Tribum,* & ne quis putet hoc ſolùm intelligi de filiabus Salphaad & non de alijs, ſtatim addidit *Omnes enim viri, ducent vxores de tribu & cognatione ſua; & cunctæ fœminæ de eadem Tribu maritos accipient, vt hæreditas permaneat in familiis, nec ſibi miſceantur Tribus, ſed ita maneant vt à Domino ſeparatæ ſunt.*

Sed in hoc diſpenſatũ eſt inter ſtirpem Regiam & ſacerdotalẽ, quia cauſa ceſſat prohibitio ceſſãte. Cum nãque Sacerdotes partem non eſſent ſortiti in diſtributione terræ ſanctæ, nec partem vllam inter fratres habere poſſent, nullum erat periculum, ne hæreditas vnius tribus tranſiret ad aliam, & ne poſſeſſio filiorum Iſraël de tribu in tribum commiſceretur, quia cum ſolus Deus eſſet pars Leuiticæ tribus, non poterat ad ſacerdotes hæreditas Regum deuolui, quia non

poterant hæreditatem capere: nec hæreditas Sacerdotum poterat in ſtirpem Regiam transferri, quia Sacerdotes nullam habebant hæreditatem; & ideo ſublata cauſa quæ fuerat occaſio legis condendæ, debuit & lex auferri, aut diſpenſari, quia non debent leges & prohibitiones irrogari, vbi nulla eſt ratio, aut neceſſitas coërcendi.

Quod ſi dicas idem poſſe dici de ſingulis alijs Tribubus ſicuti de ſtirpe Regia, æque enim pari ratione poterant inire matrimonia cum Tribu Leuitica, ſicuti & ſtirps Regia, quia cum Leuitica tribus hæreditatis capax non eſſet, hæreditas aliarum Tribuum ad illam tranſire non poterant ſicuti nec hæreditas illius, quæ hæreditatem non habebat ad alias non poterat deuolui, & ſic occaſio legis æquè ceſſabat in alijs Tribubus, ſicuti & in ſtirpe regia. Cur igitur æquè matrimonia non cõtrahebant cum Tribu ſacerdotali, ſicuti & ſtirps Regia?

Ego tibi referã de hoc non conſtare, vtrũ aliæ etiam Tribus cum Leuitica

matrimonia inirēt: ſed tamen rationē afferri poſſe quòd aliæ Tribus nō tántæ fuiſſent dignitatis, vt cū ſacerdotali coïre deberent. Ne reſpectus qui Sacerdotibus debebatur, & iuſſu diuino erat introductus tolleretur: ſed de ſtirpe Regia hoc non erat timendum, cùm homines ſoleant reuereri Reges. Et præterea id diuino factum eſt conſilio, vt ſcilicet Filius eius, qui Rex eſſe debebat ſimul & Sacerdos, ex vtraque ſtirpe Regia & Sacerdotali propagaretur, vt quaſi iure ſucceſſionis legitimæ dignitas Sacerdotalis & Regia ad ipſum promanaret *vnde* (inquit Beda) *& in vtraque Tribu Chryſma per legem myſticum celebrabatur, Chriſti nimirum nominis & generationis prænuntium.* Et Diuus Auguſt. de conſenſu Euangeliſt. lib. 2. cap. 2. Vnctionem Sacerdotum, & Regum Chriſti ideſt vncti nomen adumbraſſe docet. *Firmiſsimè tenendum eſt* (inquit) *carnem Chriſti ex vtroque genere propagatam, & Regum ſcilicet & ſacerdotum, in quibus perſonis apud illum populum Hebræorum etiam myſtica vnctio figura-*

Cur Chriſtus ex vtraque Tribu ſit oriundus.

batur, ideſt Chryſma unde Chriſti nomen elucet, tanto ante etiam illa euidentiſsima ſignificatione prænuntiatum.

Iam ergo vt ait idem Auguſt. in lib. 83. qq. q. 61. *A Dauid in duas familias Regiam, & Sacerdotalem origo diſtributa eſt, vt dominus noſter Rex & Sacerdos noſter, & cognationem duceret de ſtirpe Regia & de ſtirpe Sacerdotali.*

Reſtat igitur nunc ſolùm ſcire, quo in gradu Eliſabeth fuerit cognata Beatiſsimæ Virginis Mariæ. *Quo in gradu Eliſabeth fuerit cognata B. Virg.*

Alphonſus Toſtatus Epiſcopus Abulenſis quæſt. 28. in cap. primum Matthæi. Aliorum quidem opinionem referat, quòd multi velint Annam Matrem Dominæ noſtræ fuiſſe ex Tribu Leui, & huiuſce videtur eſſe opinionis dicens quod hæc opinio magis tenetur.

Alij ſcribunt Emerentianam quandam Stoloni cuidam nupſiſſe & ex illa filias duas ſuſcepiſse Annam Beatiſſimæ Virginis Matrem & Iſmeriam Eliſabethæ genitricem, ac proinde Eliſabetham Beatiſſimæ Virginis cognatam fuiſſe.

Digitized by Google

Nicephorus lib. 2. hiſt. cap. 3. introducit D. Hyppolit. dicentem, ſanctam Annam fuiſſe filiam Sacerdotis nomine Mattham qui genuit tres filias primam Mariam, cuius filia fuit Salome. Secundam Sobam Elizabethæ genitricem, & tertiam Annam Beatiſſimæ Virginis parentem, ac proinde optimè Angelum dicere *& ecce Elizabeth cognata tua.*

Sed de primo ſatis, *Ecce Eliſabeth cognata tua*, videamus nunc ſecundo, *& ipſa concepit filium in ſenectute ſua.*

An ratio allata ab Angelo ſit ſufficiens.

Nunquid enim ſufficiens ratio erat ad probandum Virginem parere poſſe, exemplum afferre de muliere quæ filium conceperat in ſenectute ſua? Nunquid non faciliùs eſt mulierem in ſenectute ex conſortio viri filium concipere, quàm ſine viri conſortio ſola Dei virtute Virginem concipere & parere. Nequaquam profectò nequaquam; ſed faciliùs eſt puellam Virginem ſola Dei virtute concipere; quàm vetulam ex conſortio viri. Nam ſi mulier in iuuentute apta eſt & diſpoſita ad

concipiendum : in ſenectute verò nequaquam. Concipiunt enim mulieres, vt ait Ariſtoteles vſque ad 40. & quinquageſimum annum, quamdiu nimirum feruet in eis ſanguis : ſed quando iam ſexageſimum aut ſeptuageſimum annum exceſſere, non ſunt aptæ conceptui, quia refrigeſcit in eis ſanguis, vel ſi concipiunt, non filium, ſed filiam potiùs concipere ſolent, quæ ab Ariſtotele dicitur mas occaſionatus, & ideo non abs re dixit Angelus *ecce Elizabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua.*

Nam iuuenis puella, quantum eſt de ſe apta eſt conceptui : habet enim diſpoſitiones proximas fœtui generando, quod quidem habere non poſſunt vetulæ. Nam humor radicalis, & calor naturalis, ſanguiniſque exuberantia maximè feruet in iuuentute, quæ omnia congelantur in ſenectute. Et ideo Virginibus non deeſt niſi virtus Maris, quàm Deus poteſt ſupplere, imo efficere ſola voluntatis determinatione, quod æque Virgo per ſeipſam fœtum concipiat ſine

viro, ſicuti per virtutem Maris. Multa enim videmus animalia, quæ ſine mare concipiunt & producunt catulos: vt Hiænas, Lepores, Apes, & equas Heſperiæ, aliaque multa id genus animantia, ſi vera nobis referunt Theophraſtus, Plinius, Solinus, & alij quamplurimi auctores, qui de natura animalium ſcripſerunt.

Animalia ſine mare gignentia.

Quin & ex ipſa vt alias diximus putrefactione materiæ, videmus animalia quædam naturaliter procreari, vt ex puluere mures, ex luto ranas, atque adeo caſtores animantia quamuis grandia, & piſces ex aquis dulcibus in ſalſum mare decidentibus, ſi Pierio credimus, ſtatim enim cum pluit in æſtate videntur minutuli haleces pullulare, qui nuſquam prius fuerant viſi.

Quin & arborum folia in Hibernia & Scotia in ſtagnum delapſa ſtatim conuertuntur in anates, & multa id genus recenſentur ab hiſtoricis & naturæ Inueſtigatoribus, ex ſola diſpoſitione materiæ per totum terrarũ orbem fieri ſolita virtute naturali, cum generali Dei concurſu.

Digitized by Google

Quidni igitur ſi Deus voluiſſet, Virgo ex ſeipſa concipere & parere poſſet? Cùm longè majorem habeat ad fœtum concipiendum diſpoſititionem, quàm terra vel aqua ad animal producendum: Nulla eſt enim ſaltem euidens ſimpathia ſimplicis & ſolius aquæ vel terræ quæ homógænea eſt & eiuſdem rationis in omnibus ſuis partibus, cum animali viuente, ex tam diuerſis ac heterogeneis partibus compoſito & conſtituto: Vnde enim promanat illa vita qua viuit illud animal ex putri materia recenter editum, cùm illa materia nullam prorſus in ſe habeat vitam? vnde educitur illa anima ſenſitiua, qua videt, qua ſentit, qua audit, qua guſtat, qua tangit, cum nullus in terra vel aqua ſit huiuſmodi auditus, viſus, tactus, olfactus, & guſtus, & animã aqua, & terra non habeãt? vnde ille motus quo animalia quadrupedia, & volatilia ad quamcumque velis loci differentiam ſeſe transferunt prouenit? Cùm terra ſit prorſus immobilis: vnde illæ partes heterogeneæ, oſſa, nerui, venæ,

cartilagines, & alia hujuſcemodi quàmplura, cũ terra ſit homogenea? Vnde clamor, ſtrepitus, vociferatio, & vox illa prouenit, quæ in quibuſdam animalibus è putri materia eductis ſtatim auditur, cum in terra nulla ſit vox, nullaque vocis facultas.

Si igitur Deus ſola ſua virtute & determinatione voluntatis, potuit efficere quod etiam naturaliter ex tam diſſimili elemento, tot & tanta ex putredine materię producantur animantia? Quanto magis poteſt efficere, quod Virgo poſſit hominem producere, cum proprium ſit vniuſcujuſque rei producere ſibi ſimile, in natura, & in ſpecie.

Quid enim deeſt puellæ Virgini ad fœtum concipiendum, quod etiam non deſit cæteris animantibus, ſine maris cõſortio animal producẽtibus.

Immò quam longè majorem habet puella Virgo diſpoſitionem ad corpus hominis producendum, quàm habeat inanimis terra ad animal ex ſe ipſa procreandum, & tamen hoc videmus naturaliter fieri.

Cur

Cur igitur & illud naturaliter fieri non poſſet, ſi Deus voluiſſet? Solus Dei nutus, ſolaque Dei voluntas eſt, quæ dat vnicuique rei virtutem generandi ſibi ſimile: ſola igitur illa ſufficeret ſi Deus vellet: ad efficiendum quod Virgo conciperet & pareret, ſine vllo viri conſortio.

Nonne videmus plantas virtute radiorum ſolis flores fructuſque parturire, iuxta genus & ſpeciem ſuam? & tamen nullus eſt ibi maris & fœminæ concurſus, ſolus eſt ibi naturalis inſtinctus, quem illis Deus primitus indidit, & quo ſibi ſimile naturaliter producere non deſinunt?

Quidni ergo ſi voluiſſet idem fieri poſſet in puella virgine? vt ſine vllo viri cõcubitu fœtum & fructum produceret? hac enim forſitan de cauſa virgam Virgini, & Virginem virgæ comparauit Iſaias Propheta, dum ait *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet.* Nam Virgo Dei genitrix virga eſt, flos Filius eius: Satis ergo eſt euidens, quod ſi Deus vellet virgo ſine viro concipere & parere

poſſet, cùm non ſit maior ratio de cæteris animantibus, quàm de puella virgine, immò potior ſit de Virgine ratio, quàm de animantibus cæteris, præſertim per generationem æquiuocam productis: Nam maiorem habet Virgo diſpoſitionem, & aptior eſt ad producendum ſibi ſimile in natura, quàm vlla ſit res ad producendum diſſimile, præſertim res inanimata ad producendum animal.

Et ideo longè etiam aptior eſt, ad cõcipiendũ filium puella virgo, quàm ſit anus iam vetula: Nam in vetula, iam ſenectute fatiſcente remouetur omnis diſpoſitio præuia & apta conceptui, & vbi tollitur omnis diſpoſitio, nulla poteſt fieri conceptio, aut productio; niſi enim prius introducerẽtur diſpoſitiones præuiæ, nunquam terra producere aut germinare poſſet, & multò minùs animal, ad cuius procreationem & productionem longè ampliores diſpoſitiones & perfectiones requiruntur: Vnde cum in vetula omnes remoueantur diſpoſitiones ad generationem & productio-

Digitized by Google

nem neceſſariæ: difficilius eſt, quod in ſenectute, mulier concipiat, quam quod terra inanimata animal producat, & conſequenter multò adhuc difficilius eſt, quod vetula filium concipiat ex complexu viri, quam quod iuuencula Virgo virtute Dei concipiat. Quapropter optimè dixit Angelus, ad confirmandum & comprobandum quod dixerat, *Ecce concipies & paries Filium, &c. Et ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa concepit Filium in ſenectute ſua.* ποῖον δὲ δύσκολον, στεῖραν πρεσβῦτιν τῶν ἐθίμων ἐκλιπόντων τεκεῖν, ἢ παρθένον νεάζουσαν γεννῆσαι. vtrum eſt difficilius ſenem & ſterilem muliebribus jam deficientibus parere, aut Virginem juuenem generare? inquit D. Cyrillus Hieroſolymit. Catech. 12.

Statimque oſtendens faciliùs eſſe virginem quã ſterilem parere, ſubdit, στεῖρα ἦν Σάρρα, ϗ ἐκλιπόντων τῶν γυναικείων τέτοκε παρὰ φύσιν· οὐκοῦν εἰ τὸ στεῖραν γεννῆσαι παρὰ φύσιν, ϗ τὸ παρθένον γεννῆσαι, Sterilis erat Sara, & deficientibus jam muliebribus, præter naturam, peperit. Quid igitur difficilius, aut ſterilem parere præter naturam, aut Vir-

ginem? ἢ τὰ δύο τοίνυν ἀθέτησον, ἢ δύο καταδέξαι ὁ γὰρ θεὸς αὐτός ἐστιν ὁ κἀκεῖνο ποιήσας καὶ τοῦτο κατασκευάσας aut vtrumque concede, aut vtrumque nega, idem enim Deus vtrumque operatus eſt.

Cum dixiſſet Dominus Abraham Gen. 17. & 18. *Sara* (quæ jam erat ſenex & grandeua) *pariet tibi filium riſit Abraham dicens in corde ſuo putaſne centenario naſcetur filius, & Sara nouagenaria pariet?* & hoc etiã audito Sara riſit poſt oſtium tabernaculi dicens. *Poſtquam conſenui & Dominus meus vetulus eſt, voluptati operam dabo?* & cap. 21. Geneſ. Cum ſe concepiſſe & peperiſſe filium in ſenectute ſua videret. *Quis auditurus*, inquit *crederet Abraham, quod Sara lactaret Filium quem peperit ei jam ſeni*, quaſi incredibile illi videretur, quod mulier jam grandeua & ætate jam confecta, concipere & parere potuiſſet: & ſanè virtutem naturæ conſideranti hoc non ſolùm videtur incredibile, ſed etiam penitùs impoſſibile, niſi virtus diuina, quæ vires naturæ in infinitum excedit, & de nihilo etiam omnia produxit, hoc opus fuiſ-

Digitized by Google

ſet operata; nam mulier iam confecta ſenio, non eſt amplius in potentia ad prolem ſuſcipiendam: & quod non eſt ampliùs in potentia naturali ad rem aliquam producendam, naturaliter videtur jam eſſe impotens ad illam, & conſequenter impoſſibile eſt naturaliter, quòd illā producat. Quapropter riſit Sara dicens: *num verè paritura ſum anus?* hoc verè reputans naturaliter impoſſibile: nec Deus contrarium dicit, dum ſubdit, *nunquid Deo eſt quidquam difficile?* non enim oſtendit virtute naturali, ſed ſolùm diuina hoc fieri poſſe. At in puella Virgine, ſunt diſpoſitiones, & potentia ad concipiendum filium proxima. Quare optimum eſt argumentum, ad probādum quod Virgo concipere & parere poſſit, dicere. *Et ecce Eliſabeth cognata tua & ipſa concepit filium in ſenectute ſua.* οὐ γὰρ τολμήσεις εἰπεῖν ὅτι ἐκεῖ δυνατὸν ἐπὶ Θεοῦ, καὶ ὧδε ἀδύνατον. Nequè enim audebis dicere quod illic quidem poſſibile, hîc autem impoſſibile eſt Deo, inquit, Cirillus Hieroſol. Catech. 12.

Pulchra illa Noemi quæ non minus

re quã nomine in juuentute præ cæteris mulieribus pulchritudine floruit, cum jam in ſenectute filios amiſiſſet in Moabitide, ad proprios lares redire volens jam orba marito, & pignoribus, & eam ſubſequerentur plangentes duæ nurus eius, eaſquè in domum parentum remittere vellet, illæquè eam dimittere & relinquere nolent, dicentes, *tecum pergemus ad populum tuum*: illa tandem reſpondit, *reuertimini filiæ meæ, cur venitis mecum? num vltra habeo filios in vtero meo, vt viros ex me ſperare poſſitis? reuertimini filiæ meæ, abite jam enim ſenectute confecta ſum.*

Ruth. 1. v. 12.

Erat namquè lex Iudeorum, quod ſi vir deceſſiſſet, ſine liberis frater eius, aut ſanguine proximus, illi ſuſcitaret filios, ne tandem contingeret vllam in Iſraël extingui familiam: & hac ratione dicebat Noemi; *num vltra habeo filios in vtero meo, vt viros ex me ſperare poſſitis.*

Sed optimè concludit, nullatenus fieri poſſe, cùm jam ſenectute premeretur, *jam enim*, inquit, *ſenectute confecta ſum*, quaſi vellet dicere nulla am-

pliùs eſt in me gignendi potentia. In ſenibus enim videtur effoeta & præmortua concipiendi facultas: quin & ſuperaddit *etiam ſi poſſem hac nocte concipere & parere filios, ſi eos expectare velitis, donec creſcant, & annos pubertatis impleant, ante eritis vetulæ, quam nubatis*: quaſi vellet dicere, ſi per impoſſibile vetula poſſet concipere, nec adhuc poſſetis veſtri effectum deſiderij ſortiri, ſi ex me viros expectatis naſcituros, quibus nubatis, vt prolem ſuſcipiatis, priuſquam enim adoleuiſſent filij, ſi per impoſsibile adhuc concipere poſſem, jam vos eſſetis vetulæ, nec amplius aptas foetui concipiendo & liberis gignendis: tanquam ſi duplici ratione vellet oſtendere, eſſe impoſſibile quod prolem defunctis maritis ſuſcitaret, tum quod ipſa eſſet vetula, ex qua naturaliter filij naſci non poſſent, quibus iuxta legem nubere valerent: tum etiam quod ipſæ prius forẽt vetulæ, quam nuberent, & ideo filios ampliùs defunctis maritis ſuſcitare non poſſent. Ac ſi duplici argumento voluiſſet oſtendere mulierem

in ſenectute non eſſe amplius aptam conceptui.

Quidni igitur optimo vſus eſt argumento Angelus, cum ex comparatione Eliſabeth, quæ concepit filium in ſenectute ſua oſtendit Virginem virtute diuina concipere poſſe, cum minus ſit difficile, Virginem concipere quàm vetulam? nihil enim Virgo de ſua fœcũditate deperdidit, vbi in vetula jam videtur eſſe ſenio confecta & emortua fœcunditas: & in Virgine materia eſt apta conceptui, quæ in ſeneſcente muliere jam conſenuit & exoleuit.

Vnde canebat Reg. vates Pſal. 91. *Exaltabitur ſicut vnicornis cornu meum, & ſenectus mea in miſericordia vberi.*

Quid autem ſibi velit per vnicornem; & quid per ſenectutem in miſericordia vberi, diuerſi diuerſimodè ſentiunt: D. Auguſt. hunc in locum *aliquando* (inquit) *vnicornis ſignat ſuperbiam, aliquando vnicornis exaltationem veritatis ſignificat, quia vnitas exaltatur, omnes hæreſes cum inimicis Dei peribunt*: per miſericordiam vero vberi

videtur intelligere nouiſſima Eccleſiæ, nam quomodo in ætatibus noſtris nouiſſima ſenectus eſt, ſic totum hoc, quod modo patitur Chriſti corpus in laboribus in ærumnis, in vigilijs, in fame, in ſiti, in ſcandalis, in iniquitatibus, in preſſuris, inuētus ipſius eſt. Senectus ipſius, ideſt nouiſſima ipſius in lætitia erunt, totum igitur hoc refertur ad Eccleſiam.

Diuus vero Hieronim. refert hoc ad iuſtos. Ego vero ad Chriſtum Dominum refero, imo ad ea, quæ hic dicuntur ab Angelo de conceptione filij Dei, per comparationem ad conceptionem D. Ioannis Baptiſtæ, ipſe enim filius Dei ſolet in ſacris literis vnicornis vocitari, aut vnicorni comparari, ab ipſomet Pſalmiſta, vt cum alibi ait *& dilectus quemadmodum filius vnicornium*, quaſi velit dicere, quod dilectus filius Dei ſit quemadmodum filius vnicornium: & Pſal. 77. v. 69. *Et ædificauit ſicut vnicornis ſanctificium ſuum in terra, quā fundauit in ſæcula* vbi per vnicornem gloſa ordinaria interpretatur, Chriſtum: per ſanctificium vero ſuum

in terra quam fundauit in ſæcula D. Hieronim. & D. Auguſt. ac vtraque gloſſa interpretãtur Eccleſiam: Quod quamuis verum ſit, verum tamen etiã eſt, intelligi poſſe, Beatiſsimam Virginem, in ea enim Chriſtus ædificauit ſanctificiũ ſuum, id eſt ſanctum ædificium ſibi cõſtruxit, in hac terra Virgine, quàm fundauit in ſæcula, quia non paſſus eſt eam videre corruptionem, quæ nunquam fuerat corrupta, ſed eam aſſumpſit in cœlum, vt ibi ſecum regnaret in ſæcula. Meritò igitur de Chriſto à Virgine producto dicitur, *& exaltabitur ſicut vnicornis cornu noſtrum*: fuit enim exaltatus in Cruce tanquam in cornu, *Cùm* (inquit) *exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum*, & dicitur cornu noſtrum, quia vt ait idem Vates Pſal. 43. *In te inimicos noſtros ventilabimus cornu*, & propterea inquit Diuus Hieronim. *Et Dominus cornu dicitur, his qui credunt in eum, & in cornibus crucis ſuæ ventilauit inimicos, ibi confudit diabolum, & omnem eius exercitum.*

Ædificauit itaque ſicut vnicornis

ſanctificium ſuum in terra, quando conceptus eſt in vtero Virginis.

Feruntenim nõnulli, vnicornẽ capi nullatenus poſſe, niſi per puellam virginem, ita enim puritatem & virginitatem diligit, vt in ſinu & gremio Virginis ſeſe reclinet, ac à venatoribus obdormiſcens capi liberè ſe ſinat. Quod Chriſtus Dominus effeciſſe videtur, in ſinum enim Virginis ſeſe recepit, & quem cœli capere non poterant, in ejus gremio captus eſt. Permiſit enim ſe à Simeone, & Anna prophetiſſa filia Phanuel contrectari, & in vlnas recipi, & hoc eſt forſitan quod voluit innuere Dauid, dum ait, *& exaltabitur ſicut vnicornis cornu noſtrum: Erant enim Maria & Ioſeph mirantes ſuper his quæ dicebantur de illo*, dicebat enim Simeon, *ecce hic poſitus eſt in ruinam, & reſurrectionem multorum, & in ſignum cui contradicetur*. Per quod exaltationem eius in cruce denotauit.

Senectus verò Eliſabeth, fuit in miſericordia vberi, quia quæ nullum per totam vitam potuerat habere filium, miſericordia tamen

altiſſimi in ſenectute prouecta, filium concepit, & vbera eius licet ſenilia, ac pene exoleta jam iterum contumeſcunt, & lacte contorquent, & ideo ſenectus eius in miſericordia vberi. Quod quidem efficax eſt teſtimonium virtutis altiſsimi, nempe ſi ſenectus illius fuit in miſericordia vberi, cuius juuentus nunquam poterat hanc miſericordiam adipiſci: quanto magis exaltabitur ſicut vnicornis cornu noſtrum, ideſt Chriſtus in ſua conceptione, nam ſi vetula in ſenectute ſua potuit hanc miſericordiam vberi conſequi, quantò magis iuuencula Virgo poterit virtute diuina miſericordiam vberi adipiſci, & filium concipere ac parere, ſi effœta ſenectus potuit filiũ parturire. Exaltabitur, exaltabitur igitur ſicut vnicornis cornu noſtrum; magis enim hoc credibile eſt, quam illud, cum multò magis ſit facilè, vt clarè oſtendimus. Optima igitur ratione, ait Angelus, *Et ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa concepit Filium, in ſenectute ſua.*

Sed ſi efficax hoc eſt argumentum

ad probandum quod Virgo concipere poſſit, & parere, adducere in exemplum mulierem ſterilem, & prouectæ iam ætatis, quæ concepit & peperit filium, argumentum etiam erit quòd Virgo concipere poſſit, ſi anima toto vitæ curriculo ſterilis & in peccatis inueterata concipere, & parere poteſt, non quod dicam, hoc penitus eſſe impoſſibile ſaltem apud Deũ, ſed quod difficilius ſit vetulam effœtã parere quàm Virginẽ. Faciliùs enim longè eſt, Virginem adhuc animam fructus dignos pœnitentiæ parere, quàm ætate iam confectam, & in vitijs obſoletã, ac in bono ſterilem, bonos fructus producere, niſi magna ei affulſerit virtus diuina.

Riſit quidem Sarra vt diximus cum toto vitæ curriculo fuiſſet ſterilis & ei diceretur, quod Filium conciperet in ſenectute. Et rideo ego cùm audio homines totum vitæ curriculum in deſidia, & torpore tranſigentes, ac penitus in bono ſteriles, in vltima tandem ſenectute, & inueteratis in malitia diebus ſibi polliceri fructus

dignos pœnitentia ſeſe effecturos. Concipes , & paries fructus dignos pœnitentia in ſenectute , qui fuiſti ſterilis in iuuentute ? Nonne vlterius Virgo concipiet , & pariet Filium? Facilius enim eſt, vt dixi Virginem concipere , & parere quam in ſenectute ſterilem producere , & tamen producere vis in ſenectute , qui ſterilis fuiſti in juuentute ? ah rides profecto rides.

Incredulus manſit Zacharias cum ei dixit Angelus (vt ſuperius retulimus) *vxor tua Eliſabeth pariet tibi filium* , quia Eliſabeth erat ſterilis , & ambo proceſſerant in diebus ſuis ; & ideo dixit ad Angelum. *Vnde hoc ſciam ego , cum ſim ſenex , & vxor mea proceſſit in diebus ſuis ?* & tu vis quod credam , te in ſenectute magnæ penitentiæ fructus editurum , qui ſterilis fuiſti in juuentute , & jam proceſſiſti in diebus tuis? Vnde hoc ſciam ? Si eſſet Gabriel qui aſtat ante Deum, qui hoc mihi diceret, tibi certè crederem , quia virtute diuina id fieri poſſe non ambigo , & An-

gelum Dei Gabriëlem ſcio non mentiri.

Sed cum omnis homo ſit mendax, vt ait Reg. vates, quomodo vis vt tibi credam, quod multa bona facies in ſenectute cum in juuentute nihil boni egeris.

Scio enim Sapientem dicere quod *Adoleſcens juxta viam ſuam poſitus, etiam cum ſenuerit non recedet ab ea.* Si igitur ſterilis fuiſti in juuentute, vereor etiam ne ſterilis maneas in ſenectute. Longè enim credibilius eſt quod ſterilis eſſe debeas in ſenectute, cum in juuentute nihil boni egeris. In ſenectute enim omnis virtus tepeſcit, omnis feruor imminuitur: immò omnis ſpiritus euaneſcit. Quid igitur de te tibi polliceris virtute fatiſcente? virtutem promittis cumulatè per te excolendam? ſpiritu jam enaneſcente magnos ſpiritus præſumis te habere debere? O ingens ſtultitia, ô ſpes inanis: imò deſperata ſalutis fiducia, quando nihil bene agere poteris, tunc omnia bona efficere poſſe putas?

Tres ſpecies odiuit anima mea, & aggrauor valde animæ eorum, pauperem ſuperbum, diuitem mendacem, ſenem fatuum. & inſenſatum, inquit Eccleſ. cap. 25. v. 3. Et certè quid deteſtabilius eſt quã videre pauperem ſuperbum? ſi enim diues ſuperbè ſe gerat, nil mirum, hoc enim diuitibus ſolitum eſt, quia cunctis diebus diues ſuperbit: ſed quod pauper & inops ſuperbus ſit, hoc intolerabile eſt. Similiter quid intolerabilius eſt quam videre diuitem mendacem? quod enim pauper pejeret & mentiatur quandoque, hoc faciliùs toleratur, quia creditur propter inopiã non potuiſſe præſtare quæ promiſerat. Sed quod diues qui poteſt, præbere quod promittit decipiat, vt cum dicit mercenarijs, craſtina die mercedem veſtram perſoluam, & poſtea decipit, hoc penitus deteſtabile eſt. Et tamen quænã major ſtultitia eſſe poteſt, quã expectare extremos ſenectutis annos ad fructus dignos pœnitẽtia faciẽdos. Aggrauor aggrauor valde in vltimo, nã vt ait idẽ Eccl. *Quæ in iuuentute tua nõ congregaſti, quomodo in ſenectute tua inuenies?* Agite agite igitur fratres chariſsimi fructus dignos pęnitẽtię, dũ tẽpus eſt.

ET HIC MENSIS EST SEXTVS ILLI, QVÆ VOCATVR Sterilis.

SERMO XXIIII.

HÆc eſt altera ratio ducta ab exemplo, qua efficaciter etiam probat Angelus Virginem concipere & parere poſſe. Nam ſi ſterilis & vetula concipere Filium potuit, quantò magis virgo & iuuencula concipere poterit? Sterilis enim nullam prorſus habet ad concipiendum aptitudinem. Si enim aptitudinem ad concipiendum haberet, ſterilis dici non poſſet, nam ſterilis illa eſt in qua germen nullam poteſt ſuſcipere radicem: imo nec ſemen in

Digitized by Google

germen erumpere, vt terra illa dicitur ſterilis, in qua projectum ſemen areſcit, & nunquam in erumpentes germinis ſurculos excreſcit: Illa igitur mulier quæ verè eſt ſterilis, eſt tanquam terra arida & infœcunda, vbi quidquid ſeminatur exareſcit, nec vnquam radices agit: & tamen *hic menſis eſt ſextus illi, quæ vocatur ſterilis*, inquit Angelus, ideſt illa quæ vocatur adhuc ſterilis, iam eſt in ſexto menſe grauedinis ſuæ, & concepti in vtero fœtus: quia iam per ſex menſes vterum geſtat filio grauida, licet adhuc ſterilis nuncupata.

Diſpoſitio & ordo dicendorum.

Sed videamus prius, cur Angelus commemorat quod *menſis eſt ſextus illi*; & poſtea Deo dante videbimus, cur illam *quæ vocatur ſterilis*, adducat in exemplum, virginis pariturae.

Nec enim credibile eſt cœleſtem intelligentiam, cujuſmodi eſt Angelus quicquam abſque judicio & ratione dixiſſe. Quænam autem poteſt eſſe ratio, cur Angelus mentionem fecerit, quod hic menſis ſextus erat ei?

Vt ex veritate rei tam occultæ di-

ſceret Beatiſſima Virgo infallibilem effectum promiſſionis ſibi factæ.

Poſtquam enim cõcepit Eliſabeth, *occultabat ſe menſibus quinque* vt ait D. Lucas cap. 1. v. 24. vnde hoc penitus erat hominibus incognitum & inauditum, quòd concepiſſet Eliſabeth, cum jam proceſſiſſet in diebus ſuis, & hactenus ſemper fuiſſet ſterilis. Et ideo Angelus hoc retulit Virgini, vt illi oſtẽderet ſe occulta etiam rimari, & æquè vera Virgini narrare, ſicuti vera de cognata eius Eliſabeth referebat, & vt Beatiſsima Virgo cognoſceret ab experientia vnius, veritatem infallibilem alterius.

Deinde verò vt majus eſſet fidei meritum Beatiſsimæ Virginis, quãdo audiens nuntium, ſtatim credidiſſet duplex miraculum, nempè quod ipſa Virgo in æuum permanens concipere & parere poſſet, & quod Eliſabeth cognata eius jam anus & ſterilis non ſolùm concipere & parere poſſet: ſed etiam jam in ſexto menſe concepti filij eſſet. Difficile eſt enim credere quòd quæ juuencula concipere non

potuit conceperit vetula; & difficilius adhuc quòd toto vitæ curriculo ſterilis, nunc filio ſit grauida. Ac pene incredibile quod ille menſis eſſet ſextus illi, quæ vocabatur adhuc ſterilis: & tamen Beatiſ. Virgo Angelo nunciante credidit, quia illo recedente ſtatim in montana ad ſalutandam Eliſabeth, & congratulandum ei, perrexit. Vnde non vna tantum exornanda eſt corona, quòd credidit ſe Virginem concipere & parere poſſe: ſed & altera etiam donanda, quod credidit cognatam ſuam Eliſabeth quæ erat vetula, & adhuc vocabatur ſterilis jam concepiſſet, & hic menſis illi ſextus eſſet.

Deinde rurſus alia de cauſa dixit Angelus quod *hic menſis eſt ſextus illi quæ vocatur ſterilis*, vt ſcilicet oſtenderet quod Spiritus ſanctus ſuperuenire poſſet in Virginem abſque vlla Virginitatis eius læſione. Omnes enim ſpiritibus in corpora patent aditus, & in ipſa poſſunt penetrare ſine vlla corporum læſione. Si namque Gabriel ipſe potuit penetrare in cor-

Alia ratio.

pus ſterilis ſiue per ſe, ſiue per acumen intellectus (æquè enim ab Angelis vnum facilè fit ſicut & aliud, quia æquè poſſunt penetrare per ſe in corpora cum ſint ſpiritus, ſicuti & per intellectum) & ibi videre & perſcrutari quid actum eſſet, & quomodo fœtus jam eſſet animatus, & filius conceptus, & jam ſexto menſe grauida Eliſabeth ſine vlla corporis eius læſione. Quantò magis poterat Spiritus ſanctus, illabi in corpus Virginis, & ex puriſsimo eius ſanguine corpus Chriſti efformare, & animam infundere, ac diuinitati vnire abſque vlla corporis eius læſione. Appoſite igitur ad probandum quod Spiritus ſanctus ſuperueniret in Virginem, *& virtus altiſsimi obumbraret ei*, & ideo quod conciperet & pareret filiũ ſine vlla Virginitatis ſuæ læſione, adduxit exemplum Eliſabeth, & dixit quod *menſis eſt ſextus illi*, vt innueret quod ſi ipſe qui non erat, niſi creatura potuit hoc ſcire, & in genitale penetrare ſecretũ: multò magis Spiritus ſanctus, poterat in virginem ſuperuenire, & virtus altiſsimi

Digitized by Google

Creatoris illi obumbrare, ſine vlla Virginitatis ſuæ fractura.

Alia iterum ratio.

Alia etiam ratione dixit quod *hic menſis eſt ſextus illi*, vt oſtenderet ſe probè ſcire menſem diem & horam concepti in vtero fœtus, ſeque certò noſſe quid & quando, & quomodo cóciperetur. Quid inquam, quia *ipſa concepit filium*. Quando autem, quia *hic menſis eſt ſextus illi*, quomodo deniq; quia vocatur ſterilis, & tamen grauidam eſſe dicit: Ac proinde ſe etiam certò ſcire Beatiſsimam Virginem concipere & parere poſſe: & vt quod jam oſtendit actualiter eſſe verum de ſterili, probet etiam verum actualiter futurum de Virgine, quod concipiat & pariat filium.

Denique Angelus dixit quod *hic menſis eſt ſextus illi, quæ vocatur ſterilis*, vt oſtenderet veniſſe plenitudinem temporum, in qua Deus mittere filium ſuum debebat, jam enim tempus aduenerat, in quo ſterilis grauida eſſe debebat. Sterilis hactenus fuerat humana natura, & hic menſis ſextus erat illi, quæ vocatur ſterilis, quia jam per

Digitized by Google

ſex mundi ætates trāſierat. Prima fuit ab Adam vſque ad Noe: ſecunda à Noe vſque ad Abraham: tertia ab Abraham vſque ad Moyſem: quarta à Moyſe vſque ad Dauid Regem: quinta à Dauide vſque ad tranſmigrationem Babylonis: ſexta demum a tranſmigratione Babylonis vſque ad Chriſtum ducem. Quapropter hic menſis erat ſextus illi quæ vocatur ſterilis, tempus igitur erat, vt Virgo filium Dei conciperet, vt ſicut ſexta die primus Adam fuit conditus: ſic ſexta ætate ſecundus conciperetur. *Sex menſes ſignificant ſex mundi ætates.*

Et aptiſſimè dixit quod menſis erat ſextus illi, vt per Conceptionem & Natiuitatem Chriſti & Ioannis, quatuor oſtēderet deſignari anni tempora, tanquam per duo luminaria magna, quæ facta ſunt in ſigna, & tēpora, & menſes, & dies, & annos: luminare maius vt præeſſet diei, nempè ſol iuſtitiæ Chriſtus vt præeſſet diei, ideſt Eccleſiæ Catholicæ & legi gratiæ: & luminare minùs nempè D. Ioannes Baptiſta vt præeſſet nocti, ideſt Synagogæ & legi antiquæ, erat enim *Quatuor anni tempora deſignata per Conceptionem, & Natiuitatem Chriſti & Ioannis.*

Sacerdos & Propheta immò & plus quàm Propheta, & lucerna ardens & lucens ante Dominum. Et ideò ſicut in creatione mundi fecit Deus duo luminaria magna luminare majus, vt præeſſet diei, & luminare minus, vt præeſſet nocti: ſic in recreatione mũdi videtur effeciſſe duo luminaria magna Chriſtũ & Ioannem, Chriſtum vt præeſſet diei lucis Euanlicæ: & Ioannẽ, vt præeſſet nocti legis antiquæ. Quod enim lex antiqua dicatur nox ſatis euidenter, D. Paulus oſtendit dum ait, *nox præceſſit*, ideſt vmbra legis antiquæ, *vmbram enim habens lex futurorum bonorum.*

Duo luminaria magna.

Quod etiam lex noua dicatur dies idem ibidem oſtendit, dum ſubdit *Dies autem appropinquauit*. Et Iſaias Propheta dũ ait *populus, qui ſedebat in tenebris vidit lucem magnam, &c.* Et ſicut Deus duo poſuit luminaria magna vnũ quodque in proprio cœlo, vt illuminarent terram: ſic poſuit Deus hæc duo luminaria, vnumquodque proprio in cœlo Ioannem quidem vt luminare minus, in cœlo vteri ſterilis: Chriſtum vero,

vt luminare majus in cœlo vteri Virginis, vt illuminarent terram. Ioannem quidem, *Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius, &c. Illuminare his, qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent.*

Chriſtum verò, quia vt ipſemet ait, *Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me, non ambulat in tenebris.* Et vt diuidant diem ac noctem quia *lex* (quæ erat vmbra futurorum bonorum) *& Prophetæ vſque ad Ioannem,* ait Chriſtus: *Gratia verò & veritas* quam diximus eſſe diem, *per Ieſum Chriſtum facta eſt. Eramus enim aliquando tenebræ nunc autem lux in Domino.*

Sicut igitur fecit Deus duo luminaria magna, vt ſint in ſigna & tempora & dies & menſes & annos: ſic videtur Chriſtum & Ioannem in vtero matrum produxiſſe, vt ſint in ſigna & tempora & dies & menſes & annos. In ſignum quippè poſitus eſt Chriſtus, quia vt ait Symeon, *Hic poſitus eſt in ruinam, & in reſurrectionem multorum, & in ſignum cui contradicetur.* In tempora etiam, quia *quando venit plenitudo temporis miſit Deus Filium ſuum in mundum factum ex muliere.*

In dies etiã, quia *dies diei eructat verbum*, ideſt Angelus lucis Beatiſſ. Virgini, vt diximus. In menſes quoq; *quia hic menſis eſt ſextus illi quæ vocatur ſterilis.*

Et annos denique, quia vt diximus Chriſtus & Ioannes per Conceptionem & Natiuitatem ſuam videntur tanquam duo luminaria magna diuidere quatuor anni tempora. Si namque *hic menſis eſt ſextus illi quæ vocatur ſterilis*, Ioannes debuit ſexto ante menſe concipi, nempè in Octobri, & ſic deſignat autumnum, quo tempore folia & fructus ex arboribus cecidere. Chriſtus verò conceptus eſt in menſe Martio, quo ſolet humus multò grauida fœtu & humore in folia & flores erumpere, & ſic conceptus eius in ſignum erit pubeſcentis veris.

Natiuitas deinde Ioannis ſuccedit in ſolſtitio æſtiuo, tribus ſcilicet mẽſibus poſt Conceptionem Chriſti. manſit enim Beatiſſima Virgo apud Eliſabetham quaſi menſibus tribus. Eliſabeth autem impletum eſt tempus pariendi & peperit Filium. Itaque ſi in vere conceptus eſt Chriſtus, in

æſtate natus eſt Ioannes, & ſic deſignat tempus æſtiuum, quo incipiunt decreſcere dies. Chriſtus denique natus eſt in ſolſtitio hyemali, quo incipiunt creſcere & augeri dies. Quamobrē non ſine myſterio dixit Ioannes, *Illum oportet creſcere, me autem minui*: ſignificabat enim Synagogam, cuius erat luminare, minui debere: & Eccleſiā cuius Chriſtus erat caput & luminare, augeri debere: & ideo Chriſtus conceptus eſt in vere, quando ſolet humus pubeſcere & nouella germina producere: & de puella Virgine vt efflореſcentem mundi renaſcentis daret indaginem: & Ioannes in autumno quādo ſolet tellus ſeneſcere, & omnes honores ſuos, ac fructus, & folia, imò & ſpolia exuere: nec non de matre ſenili & ſterili, vt oſtenderet ſterilem, & ſenilem Synagogæ matricem non ampliùs filios parere debere, & fatiſcentem humum & tellurem Iudæorum non ampliùs flores fructuſque parturire: ſed potiùs folijs & ſpolijs omnibuſque honoribus exui debere, ſic namque Deus ſolitus

eſt per Prophetas ſuos oſtendere aliquo actu quod futurum eſt in effectu; vt cum ſciſſum eſt palium Samuëlis, oſtendit ſe ſciſſurum regnũ de manu Saulis : & cùm natus eſt Iacob plantas pedis fratris ſui manu tenens, Voluit enim per hoc demonſtrare quod ipſe ſupplantaturus eſſet fratrem ſuum. Et cum juſsit Iſaiam ire diſcalciatum & nudum, voluit per hoc denotare populum Iſraël denudandum eſſe & diſcalceandum, & ſic in captiuitatem ducendum. Et cùm voluit Oſeam ſumere vxorem fornicationum, & facere filios fornicationũ, per hoc namq; voluit oſtendere *quia fornicans fornicabitur terra à Domino*, vt dicitur Oſee. 1. Nihil enim ſub ſole ſine cauſa fit, vt ait Sapiens, & ideò cùm Ioannes conceptus ſit de matre vetula, & ſterili, & in tempore quo ſolent herbæ & arbores, omniaque terræ germina ſeneſcere, & folia ac ſpolia exuere, voluit Omnipotens Deus oſtendere ſeneſcentem Synagogæ veniſſe ætatem & breui fructibus, & folijs expoliandam.

Conceptio & Natiuitas Ioannis, quid præſagiret.

Et cùm Chriſtus cōceptus ſit in vere, quo tēpore ſolent omnia terræ germina, & gramina renouari; & in menſe Martio, qui primus eſt in menſibus anni; & de puella virgine quæ pubeſcentis adoleſcētiæ denotat fœcunditatē, ſignificare voluit nouā nuptam & Virginem Eccleſiā, ſuperueniente Spir. S. gratia, & obūbrante altiſsimi virtute, nouo cōceptu & partu fœcūdandā, & renouandam terræ faciem; *ecce enim noua facio omnia* dicit Dominus. *Conceptio Chriſti quid præmonſtratur.*

Non igitur abs re dixit Angelus, *& hic menſis eſt ſextus illi quæ vocatur ſterilis*: Sed vt oſtēderet quid realiter fieret in Virgine, & in ſterili muliere: & quid etiam ſpiritualiter ſignificaretur fieri debere in myſterio veteris Synagogæ & virginis Eccleſiæ. Sed forſitan ſatis oſtendimus cur Angelus dixerit & hic menſis eſt ſextus illi. Nunc ad ſterilem ſtilum conuertamus, & oſtendamus quomodo validum ſit argumentum ad probandam Virginem concepturam & parituram, oſtendere ſterilem jam concepiſſe. *Secunda pars ſermonis.*

Sicut littus arare dicimus, cum ſi-

Digitized by Google

gnificare volumus oleum & operam deperdi, quia in littore (quantumuis aquis maris aſsiduè humectetur) quicquid ſeminatur areſcit, & quo magis irrigatur magis ſterileſcit.

Sic de ſterili dicere poſſumus, quod quamuis virum habeat ad prolem educendam idoneum, omnis tamen viri fœcunditas in ea tanquam in arena ſterileſcit: vbi juuencula Virgo idoneam habet quoad ſe aptitudinem ad concipiendum fœtum, ſi virtus aliqua virtutẽ maris ſupplere valeat: vnde cũ Deus hoc ſine vllo virginitatis diſpendio, aut turpi congreſſu ſupplere poſſit: immo & ſine alio addittamẽto quàm determinatæ voluntatis beneplacito, qua vniquiquè rei virtutem dat operandi, & propagandi ac producendi ſibi ſimile, poteſt efficere quod Virgo cõcipiat & pariat filium.

In Virgine enim nullus eſt defectus fœcunditatis. Quamuis enim ſe ſola naturaliter non poſſit concipere, ſed requiratur maris concurſus: propriam tamen non deſinit habere ad concipiendum potentiam. Sicut non deſi-

Digitized by Google

nit nauem trahere, qui aliquam habet ad illam trahendam potentiam, licet quamdiu in limo defixa eſt, ſe ſolo illam trahere non poſſit, ſed coadiutore indigeat ad eā è limo educēdam.

Licet enim coadiutore indigeat mulier ad nauiculam corporis noſtri è luto & limo educendam: ſi tamen virtus diuina aut flatus Spiritus ſancti eam impelleret, æquè facilè illam educeret, ſicut ſi loco viri ventus nauim impelleret: æque enim citò: imò citiùs vi ventorum nauis ad portum deduceretur, quam ſi virtute trahentium aut impellētium virorum illuc propelleretur: vnde optimè probat Angelus quod Virgo concipere, & parere poſſit, ſi ſterilis concipere potuit.

Vbi enim non ſolùm ſublatus eſt actus, ſed etiam totaliter ſublata potentia producendi, impoſſibile eſt naturaliter productionē fieri, vt ſi tollas humorem in radicibus, & virtutem vegetatiuam in plantis, illaſquè penitus exſicces, & omnem viriditatem caulicis non ſolùm, & haſtilis, ſed

etiam virorem & virtutem radicis productiuam tollas, impoſſibile eſt poſtea virtute naturali, quantumuis humectetur ab humore, & à pinguedine terræ liniatur, atque à ſolis calore foueatur, quod poſſit repullulaſcere, aut in nouum germen erumpere, aut in fruticem vel fructum coaleſcere, niſi aliquid intus remaneat viroris, aut vegetatiuæ virtutis. Sic in muliere ſi penitus ſit ſterilis, & in ea nihil remaneat virtutis productiuæ, veluti contingit, quando aliqua eſt verè ſterilis, impoſsibile eſt quod virtute naturali vnquam poſsit fructum concipere aut parere, etiam ſi humectetur à viro, impinguatur edulijs, ac omnibus foueatur remedijs, quæ omnibus humanitùs poſſunt excogitari modis.

Sicut enim brachium, vel aliud corporis membrum ſemel emortuum, nunquam amplius reuireſcit, aut anima viuificatur. Sic vterus qui verè eſt ſterilis, nunquam poteſt naturaliter fœcundari: & ideo longè maior eſt aptitudo in Virgine, ad producen-

dam

dam ſobolem quàm eſſe poſsit in ſterili & ſenili muliere: quamobrem optimè ait Angelus, *Et hic menſis eſt ſextus illi quæ vocatur ſterilis.*

Si enim Deus *habitare facit ſterilem in domo matrem filiorum lætantem*, vt ait Reg. vates, quanto magis poteſt efficere Virginem matrem filij in domo ſua lætantem? Pſal.

Cum Deus vellet populo ſuo dare Saluatorem, qui eum eriperet de manu Philiſtiim, ſub cuius iugo premebatur, apparuit Angelus Domini vxori Manuè, & dixit ad eam. *Sterilis es & abſquè liberis, ſed concipies & paries filium, caue ergo ne bibas vinum ac ſiceram, nec immundum quidquam comedas, quia concipies & paries filium, cuius non tanget caput nouacula, erit enim Nazareus Dei ab infantia ſua, & ex matris vtero, & ipſe incipiet liberare Iſraël de manu Philiſtinorum.* Iſte autem fuit Samſon, qui quidem ad literam videtur hiſtoriæ noſtræ quadrare.

Cum enim Dominus vellet liberare populum ſuum de manu dæmonum, & mittere illis ſaluatorem Ieſum, prius Angelus apparuit Zacha-

Digitized by Google

riæ, qui habebat vxorem ſterilem: & ait ad illum, *vxor tua Eliſabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem, vinum & ſiceram nō bibet, &c.* Fuit etiam Nazareus Dei ab infantia ſua, id eſt Deo dedicatus, & incœpit liberare Iſraël, quia quamuis ipſe non eſſet ſaluator, erat tamen ſaluatoris Præcurſor, & licet ejus Baptiſma non poſſet totaliter à peccatis homines mundare & ſaluare: *venit* tamen *in omnem regionem Iordanis, prædicans Baptiſmum pœnitẽtiæ, in remiſſionem peccatorum, & dicẽs pœnitẽtiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum.* Sicut igitur conceptio Nazarei Samſonis, qui vinum & ſiceram non bibit, maximum fuit teſtimonium proximæ ſalutis & liberationis populi: ſic conceptio Ioannis ex matre ſterili, efficax fuit argumentum proximæ conceptionis Ieſu ſaluatoris ex matre Virgine. Cùm Deus mittere vellet Moyſem ad Pharaonem, vt dimitteret populum ſuum: & ille ſignum peteret, in quo credi poſſet ſe à Deo miſſum, dixit illi Dominus. *Quid eſt quod tenes in manu tua?* Cùmque

ille virgam eſſe dixiſſet , dixit ad eum Dominus , *proiice eam in terram*, cumque illam projeciſſet , *verſa eſt in colubrum.*

,, Vtrum autem difficiliùs eſt, Vir-
,,ginem parere , aut virgam in animal
,,mutari ? Confitemini quod tempore
,,Moyſis rectiſſima virga, ſerpentina
,,ſpecie facta eſt , & horrenda fuit,
,,etiam proijcienti illam. Et qui anteà
,,tenebat virgam paulò poſt fugiebat
,,illam , tanquam draconem. Reuera
,,enim draco erat: fugiebat autem non
,,metuens id quod tenuit , ſed timens
,,mutatum. Dentes habuit virga , &
,,draconis oculos , de virga itaque
,,oculi pullularunt : & de vtero Virgi-
,,nis puer non naſcetur Deo volente?

ἐκ ῥάβδου τοίνυν ὀφθαλμοὶ βλέποντες ἐκφύντας, καὶ ἐκ παρθενικῆς γαστρὸς παιδίον οὐ γεννᾶται θεοῦ θέλοντος.

,, Taceo hîc , quod & virga Aaron,
,,quod reliquæ arbores per annos plu-
,,res faciunt , hoc per vnam noctem
,,fecit, quis enim neſcit , quod virga
,,cortice deſtituta , etiamſi in medijs
,,fluminibus plantetur, nunquam flo-
,,rebit ? Sed cum Deus non naturam

,, arborum ſequatur, verum naturæ eſt
,, factor : etiam infructuoſa ſiccaque
,, virga, & ſine cortice effloruit, & nu-
,, ces in fructũ protulit. Qui igitur vir-
,, gę, propter typicũ ſummum Sacerdo-
,, tem, præter naturam fructum cõtulit:
,, nunquid Virgini, vt verum Sacerdo-
,, tem ſummum pareret hoc non cõfer-
ret, ὁ οὖν τῇ ῥάβδῳ διὰ τὸν τυπικὸν ἀρχιερέα καρπὸν ὑπὲρ φύσιν χαρισάμενος, ἆρα τῇ παρθένῳ διὰ τὸν ἀληθινὸν ἀρχιερέα τὸ τίκειν οὐκ ἐχαρίζετο, inquit D. Cyrillus.

,, Sed nihilominus contradicunt Iu-
,, dæi, neque his quæ de virga protuli-
,, mus perſuaderi ſibi patiuntur : niſi ſi-
,, milibus paradoxis, ac præter naturam
,, perſuadeantur partubus. Quæro igi-
,, tur ſic ab illis : Eua ab initio de quo
,, nata eſt? quæ mater conceperat illam,
,, quæ matrem non habuit? Dicit enim
,, ſcriptura, quod de latere viri ; ſine
,, matre naſcitur. De Virginali autem
,, vtero ſine viro nihil naſcetur?
ἆρα ὅπου ἡ μὲν Εὔα ἐκ πλευρᾶς ἄρσενος, χωρὶς μητρὸς γεννᾶται, ἐκ δὲ παρθενικῆς γαστρὸς χωρὶς ἀνδρὸς παιδίον οὐ γεννᾶται;

,, Mutuata eſt à viris fœmineo generi
,, gratia, Eua enim ex viro nata eſt, &
,, non ex matre concepta, ſed ex ſolo

,,viro tanquam partu edita. Reddidit
,,igitur Maria gratiæ hujus mutuũ offi-
,,cium; & nõ ex viro, ſed ex ſe ipſa ſola
,,impollutè, & ex Spiritu ſancto, vir-
,,tuteque Dei peperit.
,, Accipiamus porrò aliud longè ma-
,,jus. Ex corporibus enim corpora gi-
,,gni quamuis ſit aliquando paradoxũ;
,,ſed poſſibile tamen. At puluerẽ terræ
,,hominem fieri, hoc multò mirabilius:
,,lutum confuſum, oculorũ tunicas, &
,,ſplendores accipere, hoc lõgè mirabi-
,,lius: ex vnius formæ puluere, & oſſiũ
,,robur, & pulmonis leuitatem, & re-
,,liquorum diuerſitatem membrorum
,,fieri, hoc admirabile. Lutum anima-
,,tum circuire terrã, & ſeipſũ mouere;
,,& ædificare, nonne hoc admirandum?
,,Itaque ô indoctiſsimi Iudæi, vnde
,,Adam factus eſt? nonne Deus accepit
,,puluerem de terra, & creauit crea-
,,turam hanc admirandam? quid igitur?
,,lutum quidem in oculum mutatur, &
,,Virgo non generabit? quod apud ho-
,,mines maximè eſt impoſsibile, nun-
,,quid Deus præſtare nõ poterit? inquit
D. Cyrillus Hieroſol. Catech. 12.

Digitized by Google

τὸ ὡς ἐν ἀνθρώποις ἀδύνατον μᾶλλον γίνεται, καὶ τὸ ἐβδχο-ραῦν ἀέρα οὐ γίνεται.

Vultur tẽpore conceptus appetente quinq; cõtinuos dies ſine cibo & potu conſumit ἃ τὴν ὀργάζῃ πρὸς σύλληψιν ἡ γύψ, vt apud Horum Appollinem videre eſt. Eas porrò Ariſtoteles volare dicit verſus Auſtrum, atque ita ab Aquilone impleri, prægnanteſque fieri tradit.

Apud Heſiodum etiam οἰωνοὶ ideſt vultures, vt exponunt Interpretes abſque maris copula pariunt, neque alia earum generatio reperitur.

Neque deſunt Interpretes Ethymologici qui dicant οἰωνὸς quaſi οἰωος dici, quod οἶος ὢν ſibi ſit: quippe qui ſine maris auxilio ex vento concipiat vnde ait D. Baſil. in cap. 7. Eſa. quod *Rerum opifex animalia quædam creauit, quæ citra copulam complexumuè maſculi queant eniti, ac partum edere per ſolam fœminam, talia enim de vulturibus produnt memoriæ, qui de animalium naturis ſcitè tractarunt.*

Id verò quod de vulturum hujuſmodi conceptu fertur, ne quis fabuloſum putet, inter quadrupedes etiam

equas aliquot ex vento concipere, Probus ex comperto refert, quod & D. Aug. diuinarum humanarumque rerum peritiſſimus affirmat: & velociſſimos ex eo genere jugales apud Homerum comperies, haudquaquam fabulosè dictum. *Quod ſi animalia quædam vento, aut aura concipere ſolere omnibus notum eſt, cur quiſquã mirum putet, cum per ſpiritum Dei, cui facilè eſt quidquid velit, grauatã eſſe Virginem dicimus,* ait Lactant. lib. 4. de vera Sapientia. c. 12.

Vnde Baſilius Magnus ex hoc omnibus animaduerſum cupit, vt cum noſtrum arcanum nonnullos homines irridere perſpexerimus, quaſi fines naturæ cãcelloſque egrediatur (quod fieri non poſſe contendant, vt Virgo pariat virginitate ipſius integra illæſa atque intemerata exiſtente) contemplari debere, nos Deum exempla pleraque jã inde ab initio præmiſiſſe, ex ipſaque natura rerum, ſemina quædam conſperſiſſe, vnde poſſet vnuſquiſq; vbi quod alta jam mente conceperat, effeciſſet, talibus mirabilibus fidem adhibere: atque ita ijs occurrere vo-

Digitized by Google

luiſſe , quorum ſtupori ne dicam an peruerſitati , nihil quicquam aliud perſuadere queas , quã quod vel manibus attingũt, vel oculis aſſequũtur.

Quid mirum videtur ſi Virgo conceperit, cùm orientis auem, quàm Phœnicem vocant, in tantum ſine coniuge naſci vel renaſci cõſtet, vt ſemper & vna ſit, & ſemper ſibi ipſi naſcendo vel renaſcendo ſuccedat? Apes enim neſcire coniugia nec fœtus nixibus edere, omnibus palam eſt: ſed & alia nonnulla deprehenduntur vti huiuſcemodi ſorte naſcẽdi. Hoc ergo incredibile videbitur diuina virtute ad totius mundi redintegrationem factum, cuius exempla etiam in animalium natiuitate cernuntur? inquit Ruff. in explic. Symboli.

Sed nunc à virgine ad Virginẽ, à Maria ad Eccleſiã ſtylum conuertamus.

Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es oculi tui columbarum abſquè eo quod intrinſecus latet. Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de monte Galaad dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus & ſterilis non eſt inter eas. Quænam eſt autem hæc amica tam pulchra, quæ oculos habet columbarum, & capillos ſicut greges caprarũ, & dentes ſicut greges tonſa-

Cant. 4. 5. 6. v. 5.

rum? Nonne tam pulchra eſſe poteſt amica, vt mereatur bis pulchra dici? Si de muliere aliqua loqueretur, poſſet ne pulchra dici an potiùs fœda, quæ habeat capillos tanquam villos caprarum, & dentes ſicut greges tonſarum omnes gemellis fœtibus, ac ſi dentes tamquã greges gemellos fœtus producerent, & mulier pulchra produceret per dentes, & ſterilis non eſſet in eis. Pulchrum ſanè eſſet viſu videre mulierem per ſingulos dentes gemellos producentem, & ſterilem inter illos non habere dentem. Quot eſſet videre filios ex dentibus eius propendentes? Fingunt quidem Poëtæ ex dentibus ſerpentis qui ſocios Cadmi occiderat in terram diſſeminatis, homines armatos fuiſſe progenitos, qui ſeſe poſteà mutuis vulneribus confoderent, ſed hęc fabula eſt ad denotandas cædes rixas & odià, quæ ex ſerpentinis detractorum dentibus in terram diſſeminatis enaſcuntur. At hîc nulla eſt fabula, ſed veritas & ſpiritus eſt veritatis qui loquitur per os Sapientis: & tamẽ putaretis, quod

Digitized by Google

aniles fabulas, & nænias mulierculaꝛum recitat, quæ cum à puerulis interrogãtur, quomodo filios enittũtur? Per os inquiunt, aut per aurem: Sic putaretis Sapientem ad hanc fabulam alluſiſſe, & dixiſſe ſponſam ſuã per os & per dentes filios enixam fuiſſe. Sed profectò ridiculũ videretur hoc cõmentum, niſi Spir. S. hoc diceret. Quid igitur per hanc mulierẽ intelligit, niſi Eccleſiã? aut animam rationalẽ? Eccleſiam inquam, *quia pulchra, vt luna, electa vt ſol*, & ideo illam bis pulchram appellat, quãdoquidem *pulchra eſt, vt luna*, in præſenti ſæculo, *& electa vt ſol*, in futura electorum gloria. Et eius oculi dicuntur eſſe ſicut *oculi columbarum* propter ſimplicitatem. Per oculos autem Epiſcopos ſeu ſpeculatores intelligit, quales erant Apoſtoli, quibus à Domino dicitur, *eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ*. Capilli eius ſunt religioſi, qui tanquam capilli ex diuerſis capitis partibus diffluunt, & tanquam capilli videntur multis ſuperflui, ſed in magnum ſunt capitis ornamẽtum.

Digitized by Google

Iſti autem religioſi ſunt ſicut greges caprarum: Sunt enim ſicut capræ ſylueſtres, quæ aſcenderunt de monte Galaad, ideſt de aceruo teſtimonij. Galaad enim aceruus teſtimonij interpretatur: cõuentus autem religioſorum eſt tanquam aceruus teſtis, vel aceruus teſtimonij. *Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus Domini, teſtimonium Iſraël ad confitendum nomini Domini*, inquit Reg. vates loquens de myſtica Hieruſalem Eccleſiæ. Quod autẽ in ſpiritu Phrophetico loquatur de religioſis patet, dum ſubdit, *quia illic ſederunt ſedes in iudicio, ſedes ſuper domum Dauid*, religioſi autẽ ſunt qui ſedebunt ſuper ſedes in iudicio, quia dixit illis Dñs *Amen dico vobis, quod vos qui reliquiſtis omnia, ſedebitis ſuper ſedes iudicãtes duodecim tribus Iſraël.* Vel vt ait D. Greg. *per capillos populi figurantur, quia eidem Eccleſiæ ornamentum tribuunt*, iſti autem aſcenderunt de mõte Galaad, ideſt de monte martyrum prouenerunt, quia Galaad, vt diximus, interpretatur aceruus teſtimonij. *Quid autem per aceruum teſtimonij, niſi multitudinem martyrum intelligimus? qui dum*

fidem Chriſti inſuperabiliter tenuerunt, eos teſtimonium veritati, etiam per mortem ſuam perhibuiſſe ſcimus. Grex itaquè iſte caprarum de monte Galaad aſcendit, quia populus Eccleſiæ eò magis fide ſe ad æterna ſuſpendit, quò fortiùs ſanctos martyres eidem fidei teſtimonium perhibuiſſe ſciuit, ait Greg. ibidem Dẽtes autem Eccleſiæ ſunt Sacerdotes & Prædicatores, qui cibum ſacramentorum, & alimoniam verbi Dei quaſi dentes mandũt. *Dentes quippe benè ſancti prædicatores vocantur, quia dum ſanctam ſcripturam exponendò minoribus fratribus elucidant, quaſi panem paruulis, tanquam matres filijs commaſticant, quo infirmi ad firmiora conualeſcant: hi nimirum benè ſicut grex tonſarum quæ aſcenderunt de lauacro eſſe dicuntur, quia ſe à peccatis omnibus in Baptiſmo ablutos eſſe recordãtur*, & inter Leuitas & miniſtros Chriſti ſunt attonſi. Iſti

D. Gregor. in 4. Cant.

,, autem omnes ſunt gemellis fœtibus
,, quia gemellos fœtus omnes ſancti
,, prædicatores habent, dum in duobus
,, præceptis charitatis cæteros homi-
,, nes ſupereminent, & geminam dile-
,, ctionem prædicant & vtramquè in
,, aminabus auditorum imprimere co-

Digitized by Google

,,nantur, & ſterilis non eſt inter illos,
,,quia profectò prędicator non eſt di-
,,cendus, ſi filios ſpirituales gignere
,,contemnit, inquit D. Greg. ibidem.

Quod ſi velimus per hanc amicam ſponſi animã fidelem intelligere, bis pulchram ſpõſus illam vocat, quia interiùs & exteriùs pulchra eſt: interiùs per affectũ, & exteriùs per effectum: aut interius per intentionem & exteriùs per bonum exemplum: aut interiùs per contemplationem, & exteriùs per actionem debet eſſe pulchra. *Cuius oculi bene columbarum eſſe perhibentur, quia dum in temporalibus gemit, & ad æterna deſideria rapitur, in ſimplicitate ſenſus ſuos cuſtodit, & carnales concupiſcentias deteſtatur. Columba quippe in amore pro cantu gemit.* Et benè oculi ſanctæ animæ Columbæ comparantur, *quia dum reprobi quique in amore mundi garriunt & lætantur, mens electa in cœleſti deſiderio atteritur, quia timet ne amittat quod diligit dum differtur*, inquit D. Greg. in cap. 1. Cant. in fine.

D. Gregor. in primum Cantic. propè finem.

Capilli vero capitis eius sũt cogitationes cordis, quia ſicut capilli ex capite profluũt: ſic cogitationes ex mẽ-

Digitized by Google

te procedunt. Et ſicut capilli, aut ſunt in ornamẽtum, aut ſunt ſuperflui. Sic cogitationes cordis, aut ſunt in ornamentum animæ, aut ſunt ſuperfluæ. Dicuntur autem iſti capilli ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de monte Galaad, ideſt de aceruo teſtimonij, quia cogitationes noſtræ teſtimonium reddunt cõſcientiæ noſtræ. *Ipſe enim Spiritus teſtimonium reddit Spiritui noſtro, quia ſumus filij eius*, vt ait Apoſt.

Dentes eius ſunt meditationes, quibus aſsiduè anima mandit & ruminat quicquid in ſacris litteris reperit, & in ſacris concionibus audit, aut apud probos authores legit, vt in ventrem memoriæ recõdat, & iſtæ meditationes ſunt ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro, quia ſacris meditationibus, tanquã gregibus paſcitur, & omnes prauos affectus & motus attondit, circumquè pullulantes & pubeſcentes tanquam molli lanugine cupiditates, nouacula confeſsionis reſcindit, & lauacro pœnitentiæ purgat: & ideo dentes eius ſicut greges tonſarum, quæ aſcende-

runt delauacro, omnes gemellis fœtibus, actione ſcilicet & cōtemplatione. Et ſterilis nō eſt inter illas animas ſanctas, quia *vxor tua ſicut vitis abundans in lateribusdomus tuæ, filij tui ſicut nouellæ oliuarū in circuitu menſæ tuæ. Ecce ſic benedicetur homo, qui timet Dominum.* Vxor tua anima tua: ſicut vitis abundans, quia ſemper opera bona producere debet. Triferas enim vites memorāt Auctor de mirabilibus auſcultationibus. Theophraſtus de cauſis plantarum, cap. 11. Plinius lib. 16. cap. 27. quales & ego vidi in regno Cāpaniæ: Vnde fœcūditatē animæ ſanctæ denotat vitis. Filij verò tui ſunt actus tui, aut fructus tui, *ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ*, quia *oliuam vberem pulchram fructiferam ſpecioſam vocauit Dominus nomen tuum*, inquit Ieremias c. 11. v. 16. Et hæc eſt benedictio, qua benedicetur homo, qui timet Dominum, vt patet Exod. 23. Vbi ait Dominus *non erit infœcunda nec ſterilis in terra tua.* Et Deuteronomi 7. v. 14. *Non erit apud te ſterilis vtriuſque ſexus*. Quid autem? putatis illum promittere aut præcipere,

ne vlla prorſus eſſet ſterilis corpore in tota Paleſtina? Si de corpore hoc promiſiſſet, promiſſum nō adimpleſſet, quia multæ poſtea inuentæ ſunt ſteriles corpore, ſi autem prohibuiſſet vllum aut vllam in populo Iſraël eſſe ſterilem, impoſſibilia juſſiſſet: non eſt enim in facultate hominis vel mulieris filios, prout voluerit procreare. Vnde cùm Rachel dixiſſet viro ſuo *da mihi liberos alioquin moriar*, iratus reſpondit Iacob, *num pro Deo ſum*? Quapropter non de ſterilitate corporea debet intelligi quod ait Deus, non erit apud te ſterilis vtriuſque ſexus: ſed de ſterilitate ſpirituali, non vult enim animam noſtram eſſe ſterilem, aut infœcundam & infructuoſam, & ideo maledixit ficulneæ, in qua fructum non inuenit, vt oſtenderet ſe maledicturum animæ ſterili & infœcundæ: *Quia omnis arbor quæ non fecerit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur*. Agite igitur fratres agite fructus dignos pœnitentiæ, vt cum Deo in æternum viuere poſitis.

QVIA

QVIA NON ERIT IMPOSSIBILE apud Deum omne verbum.

SERMO XXV.

NIhil penè intactum noſtræ tempeſtatis hęretici reliquerunt quod ore blaſphemo, & petulanti lingua, ac fœtentibus labiis, immò & virulentis dentibus, quaſi quædam harpiæ eſcas ſupra menſam poſitas, non tentarint fœdare & contaminare. Eò enim vſque progreſſa eſt eorum temeraria procacitas, vt in potentiam Dei auſi etiam ſint virus ſuæ hæreſeos inſpergere. Illam enim quibuſdam quaſi cancellis coarctant, immò & caninis dentibus erodunt, & quibuſdam metis circũſcribunt: Ita ut velint non omnia eſſe Deo poſſibilia, nec

abſolutā eſſe in eo potentiā. Sic enim impius ore procaci blaſphemat Caluin. in cap. 11. Iob. Cōcio. 43. dicens *non tribuenda eſt Deo potentia abſoluta, quam doctores Pontificii vocant, quæ res eſt deteſtabilis ac diabolica.* Poteſt ne magis impiè loqui? & ad cap. 23. Iſaiæ *commentum illud de potentia abſoluta Dei, quod ſcolaſtici inuexerunt, execranda blaſphemia eſt* inquit. Et idem habet lib. 3. inſtit. cap. 23. §. 2. Blaſphemus ipſe.

Blaſphemia Caluini contra potentiam Dei abſolutam.

Theodorus quoque Dorſchius pro libris Franciſci Dauidis *in Deo* inquit *non eſt tanta potentia, vt efficere poſſit, quod illæ res veræ ſint, quæ menti impoſsibiles exiſtunt.*

Quod quàm falſum ſit, ſatis conuinci poteſt ex ſolis Gabrielis verbis ad B. Virginem prolatis Lucæ 1. *quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum.*

Sed vt hoc clariùs & euidentiùs appareat, illud tum ex ſacris ſcripturis, tum ex ſanctis doctoribus, tum denique rationibus & exemplis oſtendemus eſſe falſum perditorum hominum dogma, quo nituntur Diuinam impugnare potentiam. Sed antequam ad

Illa accedamus, vt clare & euidenter oſtendere poſſimus, quanta ſit *Dei* potentia, dicimus quod modum cognoſcendæ *Dei* potentiæ ſumere poſſumus vel ad ipſo *Deo*, de cuius potentia agitur; vel ab homine, qui eum cognoſcere poteſt: vel a rebus ipſis quæ per Diuinam potentiã fiunt, & quæ ipſam Diuinam potentiam, quaſi digito commõſtrant. Quo ad Deum, regulam quandã ſumunt cognoſcendi eius potentiam Ioannes Caluinus in *C*athechiſmo breui, vbi explicat primũ articulum ſymboli: & inſtit. cap. 6. §. 27. & Petrus Boquinus in lib. de cœna Domini prope finem vbi de omnipotentia diſputant dicentes potentiam Dei non eſſe ſeparandam a voluntate, & operatione. Id enim Deum poſſe facere, quod reipſa vult facere & facit: Nullam autem eſſe in Deo potentiam, qua id poſsit facere quod facere non decreuit.

Diſpoſitio & ordo dicendorum.

Ex tribus poteſt dignoſci potentia Dei.

Quæ regula quam falſa ſit ſatis patet ex plurimis ſacræ ſcripturæ locis; Math. 3. & Luce 3. dicitur enim *potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ*. In quem locũ Hieronym. Ambroſi

& Cryſoſt.oſtendunt poſſe Deũ ex lapidibus veros homines efformare. Nam ſi potuit ex limo primum hominem efficere, Quidni poterit ex lapidibus filios Abrahæ ſuſcitate? & tamen hoc nunquam faciet.

Multa De' poteſt facere, quæ nũquam efficiet.

Similiter Math. 26. ait Dominus Petro. *An putas quia poſſum rogare Patrem meum: et exhibebit mihi modo pluſquã duodecim legiones Angelorum:* Et tamen hoc etiam nunquam legitur effeciſſe. Similiter quando dixit Marci 14. *Abba pater omnia tibi poßibilia ſunt, transfer calicem hunc a me*, ſatis euidenter oſtendit ſe potuiſſe mundum redimere abſque paſſione & morte. Poterat enim per quamcunque actionem incarnati verbi, aut per quamcunque paſſionem humanæ naturæ Diuino verbo hypoſtaticè vnitæ, mundũ a poteſtate dęmonis eripere, & impudentior eſſet dęmone Caluinus, ſi hoc auderet negare. Quia cum actiones incarnati verbi, & paſſiones humanę naturę illi perſonaliter vnitæ infiniti ſint meriti, ratione ſuppoſiti infiniti, quælibet paſſio, & quælibet actio Chriſti, erat ſufficiẽs ad mũ-

dum redimendum: ſicut quælibet illuminatio ſolis ſufficiens eſſe poſſet ad illuminãdos omnes oculos; qui ſunt vel poſſũt eſſe, ſi ei⁹ aſpectui præſentarentur. Et tamen ſicut iteratis vicibus ſingulis diebus vult Deus, vt ſol exoriatur ad illuſtrandum mundum: Sic voluit vt repetitis actibus & paſſionibus, nẽpe fame, ſiti, labore, & cæteris, ſingulis diebus copioſiorem redderet Chriſtus mundi redemptionem, quia *copioſa apud eum Redemptio*, & vt tandem vitam ipſam pro mundi ſalute profunderet, mortemque ipſam ſubiret.

Et præterea poteſt *Deus* facere vt *Camelus tranſeat per foramen acus*. Commẽtum eſt enim (vt optime ait Baronius in annalibus anno Chriſti 33. §. 45.) quod nonuulli fingunt portam fuiſſe in Hieruſalem quæ foramen acus diceretur. Et falſum etiam eſt illud, quod per camelum, rudentẽ intelligat. Nam Camelus Græce ſcribitur per *η*. quatenus ſignificat animal. *καμιλος* verò quatenus ſignificat rudentem grҽcè ſcribitur per ι. vnde Greg. Nazianſenus lib. 4.

Deus poteſt facere vt Camelus tranſeat per foramen acus.

de Theologia *dicit hoc Deo eſſe facile facere, vt Camelus tranſeat per foramen acus, & vt ſenex iterum redeat in vterũ matris ſuæ, & renaſcatur:* & tamen numquã hoc fecit nec faciet. Multo igitur magis poteſt efficere, quod filius egrediatur ex vtero matris illæſo Virginitatis ſigillo.

Et D. Auguſt. l. de Spiritu & litera ca. 1. docet multa eſſe eo poſsibilia, quæ tamen numquam fiunt. Et ponit exemplum de tranſitu Cameli per foramen acus: Et in Enchyridio cap. 95. ſcribit multa Deum poſſe, quæ non velit: Nihil autem velle, quod non poſſit.

Omnia Deo ſunt poſſibilia.

Stultam igitur *fecit Deus ſapientiam huius mundi,* vt ait Apoſtolus 1. ad Cor. 1. poſſibile ſcilicet declarando, quod ſapientia humana impoſſibile iudicat, vt interpretatur gloſſa. Poteſt enim Deus illa omnia facere, quæ intelligit fieri quoquo modo poſſe. Vnde non ſolum eius potentia ſe ſe extendit ad illa omnia, quæ ſunt, fuerunt, aut futura ſunt, ſed ad illa etiam omnia, quæ ſunt poſsibilia non ſolum intellectui humano, ſed etiam intellectui Diuino,

Ideſt quę intellectus *D*iuinus cognoſcit eſſe poſsibilia factu. Nam omnia quæ cognoſcit eſſe factu poſsibilia, efficere illa poteſt Diuina eius virtus & potentia. A quo enim fieri poſſent niſi a Diuina potentia? Et ſi ab alia fieri non poſſunt, quomodo eſsēt factu poſsibilia, niſi illa Deus efficere poſſet? Si igitur factu poſsibilia ſunt, maximè hoc debet eſſe a Diuina potentia. In hoc enim a cęteris omnibus differt potentiis, quia alia quælibet potentia, quantacunque illa ſit, ſiue humana, ſiue Angelica, ſiue alia quęlibet creata, non omnia poteſt facere, quæ cognoſcit eſſe poſsibilia factu. Multa enim cognoſcit poſsibilia non ſibi ſed alteri, quæ ſuam virtutem & potentiam excedunt, vt multa, quæ fecit ipſemet Deus cognoſcit intellectus creatus eſſe poſſibilia factu, quæ nunquam tamen facere poteſt. Diuina autem potentia nihil cognoſcit fieri poſſe, quod ipſa per ſe, aut per aliud facere non poſsit. Dummodo dicat effectum & non defectum: quod dixi, vt os ob-

ſtruã obiicientibus Deum non eſſe omnipotentem, quia peccare non poteſt, mori vel mẽtiri nõ poteſt. Hoc enĩ nõ eſt facere, ſed deficere, quia peccare nõ dicit effectũ ſed defectũ, nec quidpoſitiuum ſed quid priuatiuum. Quid eſt enim mors, niſi priuatio vitæ? Quid eſt peccatum niſi priuatio boni? & quid eſt mẽdaciũ niſi priuatio veritatis? Priuatio autẽ de ſe nihil eſt, & ideo hęc facere non eſt aliquid efficere, ſed deficere.

Omne igitur quod realem entitatem poteſt habere, aut realiter eſſe, & exiſtere poteſt a Deo fieri. Vnde optimè ait Angelus ad B. Virginẽ, quod nõ erit impoſſibile apud Deum omne verbũ: Quaſi velit dicere non ſolum Deus poteſt efficere, vt virgo cõcipiat & pariat: Sed etiam omne verbum quod dici, vel cogitari poteſt factibile, non erit *Deo* impoſſibile: Et ideo ne timeas, nulla tuæ Virginitati per conceptum & partum filii *Dei* fiet iniuria.

2. Modus cognoſcendi quanta ſit potẽtia Dei

Secundus modus cognoſcendi quanta ſit *Dei* potentia, poteſt deſumi ex parte intellectus humani vel Angelici. Si enim ſtultam fecit *Deus*

ſapientiam huius mundi, vt ex Apoſtolo didicimus, poſſibilia declarãdo, quæ mũdus impoſſibilia iudicat, vt de cœco nato fieri videntem, & de mortuo viuentem, quod impoſſibile iudicabat humana ſapientia, quia dicebat à priuatione ad habitum nullum poſſe fieri regreſſum, plura poteſt Deus facere, quàm intellectus humanus poteſt concipere, *Maior eſt enim Deus corde noſtro*, vt ait D. Iohann. Apoſtolus Epiſt. 1. cap. 3. Et D. Paulus ad Epheſ. 3. dicit, *Deum operari ſupra quàm petimus aut intelligimus*.

Plura poteſt Deus facere, quã intellectus humanus concipere.

Vnde D. Auguſt. lib. 21. de Ciuitate Dei cap. 5. 6. & 7. oſtendit multa eſſe vera, quæ tamen homines intelligere non poſſunt, & D. Hilarius lib. 3. de Trinit. D. quoq; Anſelmus dicit quod impoſſibilia ſimpliciter, ſunt Deo poſſibilia, ideſt quæ naturalis Philoſophia iudicat impoſsibilia, ipſe Deus oſtendit ſibi eſſe poſsibilia.

Et ſanè multa fidei noſtræ miſteria ethnici Philoſophi prorſus impoſsibilia eſſe putabant, vt ex nihilo aliquid fieri. Et tamen illa omnia oſtẽdit Deus

ſibi eſſe factu facilia, ex nihilo enim fecit omnia. Quod ſi poteſt aliquis homo interdum ea facere, quæ nos penitus non poſſumus intelligere; & niſi facta videremus nunquam fieri potuiſſe crediđiſſemus, qualia ſunt quæ Archimedes feciſſe narratur à Plutarco in vita Marcelli. Et quæ ſingulis fermè diebus videm⁹ fieri ab hiſtrionibus, vt columbā ligneā volare, venerē fabrefactā ambulare ſuper funem in editiſsimis turrib⁹ extēſū geſticulari, globulis etiam ſub pedibus poſitis, & alia quamplurima, vt ferrum duriſsimum & aurichalcum per tenuiſſimum foramen in filum liquare: Quanto magis Deus poterit efficere quod *V*irgo concipiat & pariat filium? Et alia longè plura facere, quam homo poſsit concipere, vel imaginari, aut intelligere.

Immo non ſolum plura quàm homo concipere poſsit: ſed etiam plura, quàm Angelus poſsit intelligere, poteſt Deus facere. Cum enim intellectus Angelicus ſit finitus, & potentia Dei ſit infinita, finitique ad infinitum nulla ſit proportio, nulli dubium eſſe

poterit, rectè potentiam diuinam perpendenti, longe plura Deum efficere poſſe, quàm Angelus poſsit intelligere. Quamuis enim obiectum intellectus ſit ens in communi, & in tota ſua latitudine ſumptū, ideſt quid quid eſt, vel eſſe poteſt, quia intellect' poſſibilis eſt omnia fieri, & intellectus agēs eſt omnia facere, vt ait Philoſophus: ideſt intellectus poſsibilis eſt in potentia ad omnes omnium rerum ſpecies recipiendas, & intellectus agens ad illas cognoſcendas; quia tamen non eſt purus actus, qui ſcilicet ſimul actu poſſit hæc omnia cōprehendere vnico intuitu, vt facit intellectus diuinus; Et non eſt infinitus, vt poſsit infinita ſimul comprehendere: potentia autem diuina infinita eſt, longè plura poteſt Deus facere, quàm intellectus Angelicus poſsit intelligere. Alioquin finitus intellectus poſſet dimetiri infinitam potentiam, & infinitum à finito poſset pertranſiri, quod ipſi etiam Philoſophi licet Ethnici ſatis euidēter cognouerūt eſſe impoſſibile, cum nulla inter vtrumque ſit proportio. Quapropter

diuina potentia, cum ſit infinita, ac Angelicus intellectus (vt dixim⁹) finitus, non ſolũ in plura ſe extẽdit quàm Angelica cognitio: ſed in infinitũ adhuc illam excedit, & ideo optime ait Angelus ad Beatiſſ. Virginem, *Ecce concipies & paries filium* illæſa Virginitate, *quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum*, Quaſi vellet dicere non ſolum omne verbum, quod ab hominibus enunciari poteſt, non erit impoſsibile apud Deum; ſed etiam omne verbum quod à me enarrari, vel excogitari poteſt, quia mentem meam adhuc in infinitum eius potentia excedit; Et ideo etiam ſi non poſſem tibi oſtendere, *Quomodo fiet iſtud*? Non eſſet tamen apud Deum impoſsibile: immo cum non ſit impoſsibile apud Deum omne verbum, etiam ipſum verbum diuinum, non erit impoſsibile quod ex te concipiatur, & ex te naſcatur caro factum, ſine vllo in conceptu & partu tuæ Virginitatis detrimento.

Si enim potuit ipſe Pater æternus ab æterno, coæternum ſibi & conſub-

ſtantiale verbum ex ſeipſo ſine ſui diminutione concipere & parere, & totum ſuum eſſe illi communicare, totumque ſibi reſeruare: itaut vna tantum ſit eſſentia, & diſtinctæ tamē perſonæ: Quidni poterit tibi virtutem cōferre, vt poſsis filium cōcipere ſine vlla tuæ Virginitatis diminutione?

Quatuor de cauſis aliquid dicitur impoßibile.

Notandum eſt enim (auditores) quod nos iudicamus aliquid impoſsibile quatuor de cauſis. Vno modo per limitationem naturalis potentiæ, vt Virginem naturaliter parere, mulier enim ſine ſemine naturaliter concipere non poteſt, & fœtus clauſa Virginitatis valua, cum ſit corporeus, naturaliter non poteſt exilire.

Alio modo dicitur aliquid impoſsibile non propter limitationē potentię ſed propter limitationem noſtrę intelligentiæ, vt duo corpora eſſe ſimul in eodem loco, vel idem corpus diuerſis in locis naturaliter, vel maius in minori: nullo enim modo intellectus noſter poteſt hoc capere, cum noſtra imaginatio ſemper perſuadeat oppoſitum.

Tertio modo propter priuationem

omnis exiſtentiæ ſecundùm omnem temporis comparationem, vt prçteritum non fuiſſe præteritũ. Omnis enim potentia, quæ intelligitur aliquid facere, reſpicit ens, vel in ratione principij, vel in ratione termini, vel vtroq; modo. Et idcirco vel de ente poteſt facere nõ-ens, vel de nõ-ente facere ens, vel de vno ente facere aliud. Sed de nõ ente facere non ens, hoc nullius eſt potentię, quia nihil eſt efficere.

Quarto modo dicitur aliquid impoſſibile, ſecundũ ordinem diuinæ ſapientię, vt impoſſibile dicitur ordinem à Deo rebus impoſitum trãſilire, vt hominem natum, poſt peccatum nõ mori, dicitur impoſsibile: & impoſsibile etiam dicitur hominẽ ſine cibo in hac vita viuere. Quod quidem verũ eſt de potentia creaturæ naturali, quia cùm ſit ſubdita diuinæ potentiæ, & in perfecta obedientia reſpectu creatoris, neceſſe eſt ſtatutis & legibus illius, atque ordinationibus ſubdi: immo & de potentia ordinaria Dei. Sed de potentia Dei abſoluta, cùm potentia Dei nullis ſit legibus aſtricta, poſſet homo

etiam poſt peccatum natus virtute diuina in eſſe conſeruari, & nunquā mori ſicut conſeruantur & nunquam moriuntur ſancti in Beatitudine æterna. Æq; enim facilè eſt Deo homines cōſeruare viuos in preſenti ſæculo, ſicuti & in futuro.

Immo poteſt facere quod videtur impoſsibile propter priuationem omnis exiſtentiæ. Quamuis enim præteritum non poſsit non eſſe præteritum, quia eſſet de nō ente facere non ens, & ideo nihil efficere (prẹteritum enim iam non eſt, & ideo ſi fieret non præteritum, de nō ente fieret non ens, quod nihil eſſet facere) poteſt tamen Deus facere ens de non ente. Ex nihilo enim fecit omnia Deus, & *Vocat ea non ſunt, tanquam ea quæ ſunt*; Et poteſt etiam de ente facere non ens, quia omnia entia ad nihilum redigere poteſt.

Et rurſus poteſt de vno ente facere aliud ens: Immo ex quolibet facere quod libet, quamuis hoc videretur Philoſophis impoſsibile, & ideo ſecūdū omnē comparationem cuiuſlibet

principiȷ, medii, & finis, quod etiam videtur impoſsibile propter priuationem exiſtentiæ Deo eſt poſsibile. Secundum comparationem principiȷ, vt de non eſſe reducere rem ad eſſe: Secundum comparationem finis, de eſſe ſcilicet reducendo rē ad nō eſſe: Secundum comparationem denique medii, quodlibet ens conuertendo in quod libet: *Non erit* igitur *impoſſibile apud Deum omne verbum*. Nam ſi potuit ex nihilo totum mundum creare, & ad nihilum totum mundum redigere, & quodlibet ens in aliud conuertere, poterit etiā ſanguinē tuum ô Beatiſſ. Virgo ita ſuppoſito & perſonæ filii ſui vnire, vt vnus & idem ſit filius ſuus & tuus, cum fiet idem ſuppoſitum vtriuſque naturæ. Et quod etiam dicitur impoſsibile ſecundum limitationem noſtrę intelligentiæ, vt duo corpora eſſe ſimul in eodem loco, vel idem corpus in diuerſis, vel maius in minori, apud Deum non erit difficile: duo enim corpora ſimul erunt in eodem loco, cum paries filium & egredietur verbum caro factum ex vtero tuo, quia ſi poterit

rit egredi de ſepulchro clauſo, & ingredi ianuis clauſis ad diſcipulos in cœnaculo congregatos, poterit etiam de tuo egredi vtero, valua Virginitatis non aperta, Et ſic duo corpora, tuum ſcilicet & ſuum, erunt in eodem loco, cum filium paries. Et idem corpus erit ſimul in diuerſis locis, cum eodem inſtanti temporis, omnia corporis eius membra ex eodem ſanguine, virtute Diuina in vtero tuo formabuntur. Et ſic *concipies*. Et maius erit in minori loco, quando corpus eius iam nouem menſium ſpatio in vtero tuo concretum ad debitam molem & magnitudinem peruenerit, & per portam Virginitatis clauſam egredietur, quando ſcilicet *paries filium*. Quidquid igitur noſtra ſuadeat imaginatio, Quidquid etiam noſter iudicet intellectus, *Non erit impoſsibile apud Deum omne verbum*:

Et vt redeam vnde inceperam. Quod iudicamus impoſsibile per limitationem naturalis potentiæ Virginem naturaliter parere, non erit Deo impoſsibile. Eius enim potentia non eſt limitata, ſed infini-

ta. Et ideo quod non poteſt limitata potentia, facillimè poterit potentia Dei illimitata, quod enim non poteſt virtus aliqua minor, plerumque facillimè poteſt efficere potentia Maior.

Vt licet puero impoſſibile ſit ferre centum pondera ferri, aut plombi, vel argenti: Illa tamen facillimè ferre poterit vir fortis: Et ſic licet viribus naturæ creatæ, & limitatæ impoſſibile ſit Virginem parere, virtuti tamen Diuinę facilè erit hoc facere, quia *non erit impoſſibile apud Deum omne verbum*.

Poteſt enim Deus facere quidquid non implicat contradictionem, quia cum in qualibet contradictione altera pars ſit negatiua, & omnis negatio ſecundum ſe dicat non ens, & nihil, non eſſet facere verbum, ſed potius verbum negare, & quaſi annihilare, & ideo optimè dicit Angelus, non eſſe impoſſibile apud Deum omne verbum, ideſt quidquid poteſt verbum eſſe, aut verum eſſe habere, non eſt Deo impoſſibile.

Digitized by Google

Vltimus denique modus cognoſcendi potentiā Dei, nempe a rebus ipſis creatis deſumptus, talis eſt, Quod non ſolum dicimus Deum tantum habere actiuę potentiæ, quantum eſſe poteſt paſſiuæ rebus in omnibus, ſiue in tota rerum natura. Quomodo Philoſophi Deum antiquitùs omnipotentem ſolo naturæ ductu cognouerunt: Quia quidquid eſt quantum eſt paſſiuæ potentiæ omnibus in rebus, tantum actiuæ Deo tribuebant, itaut poſſet facere, quicquid in rebus fieri poteſt. *Tertius modus cognoſcendi potentiam Dei.*

Sed inſuper etiam dicamus maiorem adhuc in infinitum Deum habere potentiam. Vbi enim nihil eſt paſſiuæ potentiæ, vt in non ente, poteſt Deus effectum ſuæ potentiæ actiuæ producere, vt cum ſolo verbo omnia ex nihilo creauit. Quapropter optimè dixit Angelus. Quod *non erit impoſsibile apud Deum omne verbum.*

Ideſt omne verbum quod dixerit, non erit ei impoſsibile illud ad effectum reducere, & opere cōplere, etiam ſi potentia fundetur in nihilo

Digitized by Google

ſubiectiuè, Ideſt etiã ſi nihil habeat, pro ſubiecto rei faciendæ. Et in hoc differt potentia Dei infinita à potẽtia naturæ, & à potentia cuiuſlibet artificis. Cuiuſlibet enim artificis potentia ad effectum producẽdum, prerequirit ſubiectũ iam exiſtere ex materia & forma compoſitum. Cum enim forma, quam inducit ſit accidentalis, præſupponit ſubſtantialem, & ſubſtantialis preſupponit materiam. Vt cum quis ex ligno facit ſtatuam, & imaginem, antequam imaginem, verbi gratia Cæſaris in ligno effingere poſsit, quæ eſt forma & figura tantum accidentalis, in ligno iam eſt forma ſubſtantialis, quæ non amittitur propter aduentum accidentalis formæ Cæſaris.

Differentia inter potentiam artis naturæ, & Dei.

Potentia etiam naturæ neceſſariò preexigit materiam preexiſtẽtem, circa quam operetur, quia cum ſit limitata & finita; Si Materiam non haberet, effectum producere non poſſet. Et ideo dicebant antiquitùs Philoſophi, *Ex nihilo nihil fit*, virtute ſcilicet naturæ. Sed virtus Dei, cum ſit illimitata & infinita, non ſolum non clauditur in-

Digitized by Google

tra limites naturæ: Sed longè illas excedit: Et ideo ex nihilo poteſt omnia producere. *Nam dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt.* Non ſolum igitur poterit de tuo puriſsimo ſanguime, O Beatiſſ. Virgo ſine vllo viri commercio filium in vtero tuo producere, obſerata licet Virginitatis tuæ ianua: Sed etiam ex nihilo poſſet intus in ergaſtulo ſacratiſsimi vteri tui corpus filii ſui procreare. *Ecce* igitur *concipies & paries filium.* Nec petas *quomodo fiet iſtud*, etiam ſi virum non cognoſcas, *quia non erit impoſsibile apud Deum omne verbum.*

In hoc enim differt verbum Dei, a verbo noſtro, quòd quando aliquid dicimus, non ſtatim efficimus: Immò necquod dicimus ſemper facere poſſumus, quia multa dicimus, quæ facere non valemus. At nihil dicit Deus, quod facere non poſsit: Immo quod non ſtatim efficiat, ſi ſtatim ſe facturum dicat. Dicere enim Dei facere eſt, ac *verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.* Et ideo non

Differētia inter verbum Dei & verbum noſtrum.

erit impoſsibile apud Deum omne verbum:

Siue verbum ſumatur pro dicto, ſiue ſumatur pro facto, ſiue etiam ſumatur pro ſcripto: Imo ſiue ſumatur pro ipſomet verbo interiùs ab æterno in ſua mente concepto.

Verbum ſumitur quattuor modis.

Nam vt ex hoc prius incipiam, quia eſt primum exemplar, ad cuius prototypum cætera omnia ſunt dicta, facta, vel ſcripta, non erit impoſſibile, quod hoc verbum ab æterno in mente eius conceptum, in tempore caro factum concipiatur a Virgine in filium. Aſſumet enim naturam humanam in vtero eius perſonaliter ſibi vnitam.

Nec erit etiã impoſſibile omne verbũ ſcriptum apud *D*eum. Omnia enim quæ ſcripta ſunt in lege & Prophetis de filio Dei, ex Virgine naſciturо, opere cõplebuntur. Immò in tua charta Virgine hoc verbum, quod ſolum in mente paterna erat conceptum, tuo ſanguine, loco atramenti (quia cum ſit rex regnum, & Dominus dominantium, Non atramento, ſed purpura debet veſtiri) tribus trium perſonarum

digitis deſcribetur.

Nec erit impoſſibile apud Deum omne verbum, quod dictum eſt per Prophetas de filio Dei, quia impoſſibile eſt Deum mentiri, qui *loquutus eſt per os ſanctorum, qui a ſæculo ſunt Prophetarum eius.* Et ideo concipies & paries filium illæſa Virginitate, quia cecinit Iſaias. *Ecce Virgo concipiet & pariet filium*, quod vni tibi eſt reſeruatum.

Nec denique erit impoſsibile apud Deum omne verbum, etiam ſi ſumatur pro facto, quia Deo non eſt difficiliùs ad extra facere quàm dicere. Et ideo filius qui naſcetur ex te, dicetur verbum caro factum.

Omne enim verbum aut eſt dictum, aut factum, aut ſcriptum, aut productum.

Dictum ad Prophetas, vt cum legimus *hæc dicit Dominus Deus. Olim namque Deus loquens patribus in Prophetis:*

Omne verbum aut eſt dictum, aut factum, aut ſcriptum, aut productum.

Factum per executionem & effectum ſubſequutum, vt ſæpiſsime factum dicitur verbum Domini ad Prophetas, quia non ſolum Deus loquebatur il-

lis : ſed etiam opere implebat quod dicebat ; hac enim de cauſa verbum Dei dicitur factum, quia facit quod dicit, & ſufficit ei dicere, vt fiat. *Dixit* enim *& facta ſunt*, quia dicere Dei facere eſt, vt diximus?

Scriptum etiam dicitur in ſcripturis, quia *omnis ſcriptura Diuinitùs inſpirata, vtilis eſt ad docendum, &c.*

Et productum in mente paterna ab æterno, quia *in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum*: Nec datur aliud verbum præter iſta quattuor. *Non erit igitur impoſſibile apud Deũ omne verbũ.* Obmuteſcant ergo oblatrãtium hęreticorum impia guttura, atque ora blaſphema illorũ, qui procacitate linguæ immẽſam Dei potentiã, quaſi quodam gladio nituntur proſcindere, & dente Canino mordere & carpere, ac labiis immundis, tanquam adulteratores regiorum numiſmatum forcipibus conantur corradere; & imminuere.

Probatur nunc abſoluta Dei potentia ex ſacris litteris.

Nam vt nunc ex ſacris ſcripturis, ſanctiſque patribus falſam eorum eſſe opinionem, immo peſtiferum virus eorum eſſe dogma oſtendamus, in-

finitamq; Dei potentiam eorum iniurijs laceſſitam vindicemus, & non eſſe impoſſibile apud Deum omne verbum fuſiùs demonſtremus, ab ipſa Geneſi incipiamus.

Capite enim 17. v. 1. dicitur *Ego Dominus omnipotens*. Et Geneſ. 37. verſ. 11. idem repetitur & Geneſ. 18. v. 13. Cum rideret Sara eò quod Deus illi iam ſenectute fatiſcenti dixiſſet quod filium eſſet habitura, increpans illam ipſemet Deus quaſi incredulam, *Nunquid* (ait) *Deo eſt quicquam difficile*? Et numero. 11. ver 23. Cum Deus polliceretur ſe ſatiare velle carnibus ſexcenta hominum millia in ſolitudine, & Moyſes miraretur, vnde tantam carnium copiã ſumere poſſet. Nunquid *Manus Domini inualida eſt*? dicit Dominus.

Quapropter dicebat, Reg. vates Pſal. 150. verſ. 2. *Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes ei?*

Et Pſal. 134. ver. 6. *Omnia* (inquit) *quæcumque voluit Dominus fecit in cælo, & in terra, in mari, & in omnibus abyſsis.*

Et idcirco etiam dicebat Iob cap. 42. v. 2. *Scio Domine quia omnia potes* & Sap.

cap. 12. v. 18. *Subeſt enim tibi cũ volueris poſſe, igitur* inquit Ieremias cap. 32. verſ. 17. *Non erit tibi difficile omne verbum.* Et ipſemet Chriſtus ait Math. 19. verſ. 26. *Apud Deum omnia poßibilia ſunt.* Quid igitur obganniunt iſti errorum ſuffarcinatores hæretici? Quid in Deum oblatrant? parum erat in Eccleſiam eius ſpõſam iacula dicteriorũ vibraſſe, niſi etiam auſu nefario linguarum ſpicula velint contorquere in Deum, *ſed in verticem ipſorum iniquitas eorum deſcendet.* Pluſquam enim octoginta in locis ſacræ ſcripturæ, diſertis verbis Deus dicitur omnipotens: & pluſquã octoginta alijs in locis dicitur omnia poſſe, aut poſſe quidquid voluerit. Et innumeris penè alijs adhuc in locis, dicitur nihil ei eſſe difficile, aut impoſsibile: Et audebit dicere Caïnus aut Caninus dicendus ipſe potius, quàm Caluinus, eſſe rem deteſtabilem aut Diabolicam tribuere Deo abſolutam potentiam? O deteſtande, ô diabolo magis execrande heretice: ita in Deum ore blaſphemo inueheris, & dicis execrandam eſſe blaſphemiam quod

dicimus de abſoluta Dei potentia, exe-crabilis ipſe blaſphemus.

Ridiculum puto ait D. Petrus apud D. Clementem lib. 8. recognitionū. *Cum naturalibus vijs de virtute, homines iudicāt, & putant hoc quidem Deo eſſe poſſibile, illud vero impoſſibile; aut hoc magis, illud minus.*

Quipe cū illius potentiſſimi artificis rerū oīm cōditoris, ipſe ſit vſus, impoſſibiliū poſſibilitatem aſſerere, ex eo quod non eſt, facere quod eſt, naturā creare extra naturam, nihil prorſus habere difficile, ſolumque ei hoc deeſſe quod nolit eſſe: hæc eſt enim proprietas Dei id operari quod non poteſt credi vt ait Zeno Veronēſis ſermone de reſurrect.

Et Tertullianus ad Praxeam cap. 10. *Nihil Deo difficile, quis hoc neſciat? & impoſſibilia apud ſæculum poſſibilia ſunt apud Deum, quis ignoret?*

Vnde optime Cyrillus Hieroſolimitanus Catecheſi. 8. *Hæreticorum filij* (inquit) *neſciunt omnipotentem Deum, omnipotens eſt, qui omnibus dominatur, & omnium habet poteſtatem.*

Et Chriſoſtom. hom. 2. in Symbolum Apoſtolorum, *Omnipotens dicitur Deus, quia poſſe ipſius non poteſt inueniri non*

Digitized by Google

principiĳ, medii, & finis, quod etiam videtur impoſsibile propter priuationem exiſtentiæ Deo eſt poſsibile. Secundum comparationem principiĳ, vt de non eſſe reducere rem ad eſſe: Secundum comparationem finis, de eſſe ſcilicet reducendo rē ad nō eſſe: Secundum comparationem denique medii, quodlibet ens conuertendo in quod libet: *Non erit* igitur *impoſsibile apud Deum omne verbum*. Nam ſi potuit ex nihilo totum mundum creare, & ad nihilum totum mundum redigere, & quodlibet ens in aliud conuertere, poterit etiā ſanguinē tuum ô Beatiſſ. Virgo ita ſuppoſito & perſonæ filii ſui vnire, vt vnus & idem ſit filius ſuus & tuus, cum fiet idem ſuppoſitum vtriuſque naturæ. Et quod etiam dicitur impoſsibile ſecundum limitationem noſtrę intelligentiæ, vt duo corpora eſſe ſimul in eodem loco, vel idem corpus in diuerſis, vel maius in minori, apud Deum non erit difficile: duo enim corpora ſimul erunt in eodem loco, cum paries filium & egredietur verbum caro factum ex vtero tuo, quia ſi poterit

rit egredi de ſepulchro clauſo,& ingredi iauuis clauſis ad diſcipulos in cœnaculo congregatos , poterit etiam de tuo egredi vtero , valua Virginitatis non aperta,Et ſic duo corpora , tuum ſcilicet & ſuum , erunt in eodem loco, cum filium paries. Et idem corpus erit ſimul in diuerſis locis , cum eodem inſtanti temporis , omnia corporis eius membra ex eodem ſanguine , virtute Diuina in vtero tuo formabuntur. Et ſic *concipies*. Et maius erit in minori loco , quando corpus eius iam nouem menſium ſpatio in vtero tuo concretum ad debitam molem & magnitudinem peruenerit , & per portam Virginitatis clauſam egredietur,quando ſcilicet *paries filium*. Quidquid igitur noſtra ſuadeat imaginatio , Quidquid etiam noſter iudicet intellectus , *Non erit impoſsibile apud Deum omne verbum*:

Et vt redeam vnde inceperam. Quod iudicamus impoſsibile per limitationem naturalis potentiæ Virginem naturaliter parere , non erit Deo impoſsibile. Eius enim potentia non eſt limitata , ſed infini-

ta. Et ideo quod non poteſt limitata potentia, facillimè poterit potentia Dei illimitata, quod enim non poteſt virtus aliqua minor, plerumque facillimè poteſt efficere potentia Maior.

Vt licet puero impoſſibile ſit ferre centum pondera ferri, aut plombi, vel argenti: Illa tamen facillimè ferre poterit vir fortis: Et ſic licet viribus naturæ creatæ, & limitatæ impoſſibile ſit Virginem parere, virtuti tamen Diuinę facilè erit hoc facere, quia *non erit impoſſibile apud Deum omne verbum*.

Poteſt enim Deus facere quidquid non implicat contradictionem, quia cum in qualibet contradictione altera pars ſit negatiua, & omnis negatio ſecundum ſe dicat non ens, & nihil, non eſſet facere verbum, ſed potius verbum negare, & quaſi annihilare, & ideo optimè dicit Angelus, non eſſe impoſſibile apud Deum omne verbum, ideſt quidquid poteſt verbum eſſe, aut verum eſſe habere, non eſt Deo impoſſibile.

Digitized by Google

Vltimus denique modus cognoſcendi potentiā Dei, nempe a rebus ipſis creatis deſumptus, talis eſt, Quod non ſolum dicimus Deum tantum habere actiuę potentiæ, quantum eſſe poteſt paſſiuæ rebus in omnibus, ſiue in tota rerum natura. Quomodo Philoſophi Deum antiquitùs omnipotentem ſolo naturæ ductu cognouerunt: Quia quidquid eſt quantum eſt paſſiuæ potentiæ omnibus in rebus, tantum actiuæ Deo tribuebant, itaut poſſet facere, quicquid in rebus fieri poteſt.

Tertius modus cognoſcendi potentiam Dei.

Sed inſuper etiam dicamus maiorem adhuc in infinitum Deum habere potentiam. Vbi enim nihil eſt paſſiuæ potentiæ, vt in non ente, poteſt Deus effectum ſuæ potentiæ actiuæ producere, vt cum ſolo verbo omnia ex nihilo creauit. Quapropter optimè dixit Angelus. Quod *non erit impoſsibile apud Deum omne verbum.*

Ideſt omne verbum quod dixerit, non erit ei impoſsibile illud ad effectum reducere, & opere cōplere, etiam ſi potentia fundetur in nihilo

Digitized by Google

ſubiectiuè, Ideſt etiã ſi nihil habeat, pro ſubiecto rei faciendæ. Et in hoc differt potentia Dei infinita à potẽtia naturæ, & à potentia cuiuſlibet artificis. Cuiuſlibet enim artificis potentia ad effectum producẽdum, pręrequirit ſubiectũ iam exiſtere ex materia & forma compoſitum. Cum enim forma, quam inducit ſit accidentalis, præſupponit ſubſtantialem, & ſubſtantialis pręſupponit materiam. Vt cum quis ex ligno facit ſtatuam, & imaginem, antequam imaginem, verbi gratia Cæſaris in ligno effingere poſsit, quæ eſt forma & figura tantum accidentalis, in ligno iam eſt forma ſubſtantialis, quæ non amittitur propter aduentum accidentalis formæ Cæſaris.

Differentia inter potentiam artis naturæ, & Dei.

Potentia etiam naturæ neceſſariò pręexigit materiam pręexiſtẽtem, circa quam operetur, quia cum ſit limitata & finita; Si Materiam non haberet, effectum producere non poſſet. Et ideo dicebant antiquitùs Philoſophi, *Ex nihilo nihil fit*, virtute ſcilicet naturæ. Sed virtus Dei, cum ſit illimitata & infinita, non ſolum non clauditur in-

tra limites naturæ: Sed longè illas excedit: Et ideo ex nihilo poteſt omnia producere. *Nam dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt.* Non ſolum igitur poterit de tuo puriſsimo ſanguime, O Beatiſſ. Virgo ſine vllo viri commercio filium in vtero tuo producere, obſerata licet Virginitatis tuæ ianua: Sed etiam ex nihilo poſſet intus in ergaſtulo ſacratiſsimi vteri tui corpus filii ſui procreare. *Ecce* igitur *concipies & paries filium.* Nec petas *quomodo fiet iſtud*, etiam ſi virum non cognoſcas, *quia non erit impoſsibile apud Deum omne verbum.*

In hoc enim differt verbum Dei, a verbo noſtro, quòd quando aliquid dicimus, non ſtatim efficimus: Immò necquod dicimus ſemper facere poſſumus, quia multa dicimus, quæ facere non valemus. At nihil dicit Deus, quod facere non poſsit: Immo quod non ſtatim efficiat, ſi ſtatim ſe facturum dicat. Dicere enim Dei facere eſt, ac *verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.* Et ideo non

Differētia inter verbum Dei & verbum noſtrum.

erit impoſsibile apud Deum omne verbum:

Verbum ſumitur quattuor modis. Siue verbum ſumatur pro dicto, ſiue ſumatur pro facto, ſiue etiam ſumatur pro ſcripto: Imo ſiue ſumatur pro ipſomet verbo interiùs ab æterno in ſua mente concepto.

Nam vt ex hoc prius incipiam, quia eſt primum exemplar, ad cuius prototypum cætera omnia ſunt dicta, facta, vel ſcripta, non erit impoſſibile, quod hoc verbum ab æterno in mente eius conceptum, in tempore caro factum concipiatur a Virgine in filium. Aſſumet enim naturam humanam in vtero eius perſonaliter ſibi vnitam.

Nec erit etiã impoſſibile omne verbũ ſcriptum apud Deum. Omnia enim quæ ſcripta ſunt in lege & Prophetis de filio Dei, ex Virgine naſcituro, opere cõplebuntur. Immò in tua charta Virgine hoc verbum, quod ſolum in mente paterna erat conceptum, tuo ſanguine, loco atramenti (quia cum ſit rex regnum, & Dominus dominantium, Non atramento, ſed purpura debet veſtiri) tribus trium perſonarum

digitis deſcribetur.

Nec erit impoſſibile apud Deum omne verbum, quod dictum eſt per Prophetas de filio Dei, quia impoſſibile eſt Deum mentiri, qui *loquutus eſt per os ſanctorum, qui a ſæculo ſunt Prophetarum eius.* Et ideo concipies & paries filium illæſa Virginitate, quia cecinit Iſaias. *Ecce Virgo concipiet & pariet filium,* quod vni tibi eſt reſeruatum.

Nec denique erit impoſsibile apud Deum omne verbum, etiam ſi ſumatur pro facto, quia Deo non eſt difficiliùs ad extra facere quàm dicere. Et ideo filius qui naſcetur ex te, dicetur verbum caro factum.

Omne enim verbum aut eſt dictum, aut factum, aut ſcriptum, aut productum.

Dictum ad Prophetas, vt cum legimus *hæc dicit Dominus Deus. Olim namque Deus loquens patribus in Prophetis:*

Omne verbum aut eſt dictum, aut factum, aut ſcriptum, aut productum.

Factum per executionem & effectum ſubſequutum, vt ſæpiſsime factum dicitur verbum Domini ad Prophetas, quia non ſolum Deus loquebatur il-

lis : ſed etiam opere implebat quod dicebat ; hac enim de cauſa verbum Dei dicitur factum , quia facit quod dicit , & ſufficit ei dicere , vt fiat. D*ixit* enim *& facta ſunt* , quia dicere Dei facere eſt , vt diximus ?

Scriptum etiam dicitur in ſcripturis. quia *omnis ſcriptura Diuinitùs inſpirata, vtilis eſt ad docendum, &c.*

Et productum in mente paterna ab æterno, quia *in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum*: Nec datur aliud verbum præter iſta quattuor. *Non erit igitur impoſsibile apud Deũ omne verbũ.* Obmuteſcant ergo oblatrãtium hęreticorum impia guttura, atque ora blaſphema illorũ, qui procacitate linguæ immẽſam Dei potentiã, quaſi quodam gladio nituntur proſcindere, & dente Canino mordere & carpere, ac labiis immundis, tanquam adulteratores regiorum numiſmatum forcipibus conantur corradere; & imminuere.

Probatur nunc abſoluta Dei potentia ex ſacris litteris.

Nam vt nunc ex ſacris ſcripturis, ſanctiſque patribus falſam eorum eſſe opinionem , immo peſtiferum virus eorum eſſe dogma oſtendamus , in-

finitamq; Dei potentiam eorum iniurijs laceſſitam vindicemus, & non eſſe impoſſibile apud Deum omne verbum fuſiùs demonſtremus, ab ipſa Geneſi incipiamus.

Capite enim 17. v. 1. dicitur *Ego Dominus omnipotens*. Et Geneſ. 37. verſ. 11. idem repetitur & Geneſ. 18. v. 13. Cum rideret Sara eò quod Deus illi iam ſenectute fatiſcenti dixiſſet quod filium eſſet habitura, increpans illam ipſemet Deus quaſi incredulam, *Nunquid* (ait) *Deo eſt quicquam difficile*? Et numero. 11. Ver 23. Cum Deus polliceretur ſe ſatiare velle carnibus ſexcenta hominum millia in ſolitudine, & Moyſes miraretur, vnde tantam carnium copiã ſumere poſſet. Nunquid *Manus Domini inualida eſt*? dicit Dominus.

Quapropter dicebat, Reg. vates Pſal. 150. verſ. 2. *Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes ei⁹*.

Et Pſal. 134. ver. 6. *Omnia* (inquit) *quæcumque voluit Dominus fecit in cælo, & in terra, in mari, & in omnibus abyſſis*.

Et idcirco etiam dicebat Iob cap. 42. v. 2. *Scio Domine quia omnia potes* & Sap.

dicimus de abſoluta Dei potentia, execrabilis ipſe blaſphemus.

Ridiculum puto ait D. Petrus apud D. Clementem lib. 8. recognitionũ. *Cum naturalibus vijs de virtute, homines iudicãt, & putant hoc quidem Deo eſſe poſſibile, illud vero impoſſibile; aut hoc magis, illud minus.*

Quipe cũ illius potentiſſimi artificis rerũ oĩm cõditoris, ipſe ſit vſus, impoſſibiliũ poſſibilitatem aſſerere, ex eo quod non eſt, facere quod eſt; naturã creare extra naturam, nihil prorſus habere difficile, ſolumque ei hoc deeſſe quod nolit eſſe: hæc eſt enim proprietas Dei id operari quod non poteſt credi vt ait Zeno Veronẽſis ſermone de reſurrect.

Et Tertullianus ad Praxeam cap. 10. *Nihil Deo difficile, quis hoc neſciat? & impoſſibilia apud ſæculum poſſibilia ſunt apud Deum, quis ignoret?*

Vnde optime Cyrillus Hieroſolimitanus Catecheſi. 8. *Hæreticorum filij* (inquit) *neſciunt omnipotentem Deum, omnipotens eſt, qui omnibus dominatur, & omnium habet poteſtatem.*

Et Chriſoſtom. hom. 2. in Symbolum Apoſtolorum, *Omnipotens dicitur Deus, quia poſſe ipſius non poteſt inueniri non*

iure, dicitur hoc facere de potentia ordinaria.

Si ergo in quolibet homine eſſe poteſt non ſolum ordinaria potentia, qua de iure aliquid faciat. Sed etiam potentia abſoluta, qua de facto aliquid facere poteſt: in Deo ipſo non erit abſoluta potētia, à quo eſt omnis potentia hominibus conceſſa? Et præter ordinariam nihil poterit qui eſt omnipotens? Et ſi, quod placuit principi lex eſt, quantò magis quod placuit Deo lex erit? vt cauillationē retrudā illorum, qui dicere ſolent, nihil præter legem ordinariam fieri poſſe. Quidquid enim voluerit facere ſiue ordinario curſu naturæ, aut lege ordinaria rebus impoſita, aut præter ordinem naturæ potentia abſoluta, quæ naturam excedit, legitimum ſemper erit & debite ordinatum, cum leges & vires naturæ longe excedat eius potentia. Et ideo licet præter curſum naturæ ſit quod Virgo concipiat, & pariat, non erit tamen impoſsible apud Deum omne verbum.

Quod adhuc præſſiꝰ alia ratione oſtē-

Digitized by Google

ſimpliciter, vt quando animas creat, & infundit in corpus humanum, & quãdo omnia de nihilo creauit. Eius igitur potentia (quocumq; modo ſumatur infinitum ſiue priuatiuè per carentiam finis, ſeu termini: ſiue poſitiuè per infinitam inter terminos diſtantiam) ſemper eſt infinita. Et ſi infinita, conſequenter & abſoluta, vlterius cõſequitur quod ſit & independens ab ordine naturæ, & ordinarijs rerum naturalum legibus.

Nam ſi coarctaretur intra limites potentiæ ordinariæ, iam non videretur actu infinita, cum infinitum actu à potentia ordinaria nunquam ſit productum nec producibile. Nam in ordine rerum, & de lege ordinaria nunquam fuit, eſt, nec erit infinitum actu præter ipſum Deum. Sileant igitur ſileant qui bene loqui neſciunt, & prius diſcant quàm doceant, eoſq; pudeat in faciem ſolis mentiri. Ecce enim Angelus ait quod, *non erit impoſsibile apud Deum omne verbum*, & hoc ratione oſtendit, quod non ſolum de lege ordinaria mulier poteſt

Digitized by Google

DIXIT AVTEM MARIA, ECCE ANCILLA DOMINI FIAT MIHI ſecundum verbum tuum.

SERMO. XXVI.

IAm ſuum (peractis debitè ab Angelo legationis ſuæ probationibus) prębet Beata Virgo conſenſum. Et ſicut aurora iam iam ſolē mundo paritura ſplendoribus coruſcat maioribus, quò propior ipſe ſol accedit ad ortum: ſic ipſa Virgo Beatiſſ. *quaſi aurora conſurgens*, quo propiùs ad conceptum & partum ſolis iuſtitiæ Chriſti accedit, eò clarioribus ſplendeſcit virtutibus. Iam illam vidimus multis gratijs & virtubus coruſcantem: Immò gratia plenam illam audiuimus. Iam modeſtiam illius, verecundiam, & pru-

Digitized by Google

dentiam narrauimus. Iam ſapientiam mentis, & puritatem corporis eius, ac Virginitatem oſtendimus: Et ſiue tacuerit ſiue loquuta fuerit, ſemper & in taciturnitate & in ſermone illius coruſcare gemmas virtutum eius vidi- dimus. Sed in hac vltima cōſenſus eius concluſione, tanquam in vltimo huiuſce legationis epilogo, ſtellæ virtutum & affectionum animi ſanctiſsimi emicare & irradiare cernuntur. Quot enim ibi ſunt verba, tot rutilant fulgura. Vultis namq; promptitudinem obſequij erga Deum? *ecce* inquit. Vultis famulatum illius, cuius mater eſſe debebat? *ancilla* inquit. Vultis videre humilitatis profunditatem? *Domini* ſubdit. Illum enim Dominum vocat, quē filium habere debebat. Vultis obedientiam? *fiat* ait. Vultis deuotionem? *mihi.* dicit, tanquam diuino amore, flagranti. Vultis fidem ſpem & Charitatem? *ſecundum verbum tuum* inquit, Nam in hoc quod verbis Angeli conſentit, fidem, ſpem, & charitatem, oſtendit. fidem quia credidit; ſpem quia ita futurum ſperauit, ſicuti dixe-

rat Angelo: & charitatem quia ſummo amore filiũ Dei concepit. Prius enim concepit corde, quàm corpore; & amor in amantem conuertit, & ideo ſanguis Virginis conuerſus eſt in ſanguinem Chriſti: Et poteſt dicere illud Pſalmiſtæ; *Os meum aperui, & atraxi Spiritum.* Sed quia longum eſſet ſingulas virtutes proſequi: illas omnes ad humilitatem, & obedientiã reducemus. Ad humilitatem dum ait, *Ecce ancilla Domini*; Et ad obedientiã, dum ſubdit, *fiat mihi ſecundum verbum tuum.* Nã iſtæ duæ virtutes ſunt quaſi duo cardines, ſuper quos vertitur oſtiũ per quod ingreditur Deus in animã, quaſi duo poli; & duo axes cœli. Circa quos totũ firmamentum omnium virtutum animi, ad inſtar ſtellarum promicantium verſatur. Age ergo de illis pauca dicamus, & prius de sũma B. Virginis humilitate. *Ordo & diſpoſitio dicendorũ.*

Ecce inquit *ancilla Domini*, quod exponens D. Bernard. hom. 1. ſuper miſſus eſt. *Et ſi* (ait) *Virginitate placuit, tamen humilitate concepit.* Et hom. 4. *humiliter* inquit *Virgo reſpondit, vt ſedes gratiæ præpararetur. quẽadmodũ enim aquarũ ſedes eſt*

profũditas valliũ, ſic gratiarũ cæleſtiũ, quæ per aquas ſignificãtur, ſedes eſt humilitas mẽtiũ. Vnde ait Reg. vates *qui emittit fontes in conuallibus inter medium montium pertranſibunt aquæ.* Tantæ autem gratiarum aquæ in hac profunda virginis valle videntur conſidere, vt in ſe vna omnes humilitatisgradus videatur recludere.

Tres humilitatis gradus. Tres enim tantum ſunt humilitatisgradus, vt ait gloſſa in tertiũ Matthei. Primus eſt ſubdere ſe maiori, & ſe non præferre æquali, qui eſt ſufficiens. Secũd⁹ eſt ſubdere ſe æquali, nec præferre ſe minori, & hic dicitur abundãs. Tertius gradus eſt ſubeſſe minori, in quo eſt omnis iuſtitia, & hos tres gradus videtur habuiſſe Beatiſſ. Virgo, & his pauciſſimis verbis ſatis expreſſiſſe: Primum enim habuit, dum dixit *Ecce*, quia Deo tanquam ſuperiori ſe ſubdidit, & alteri mulieri, non ſe prætulit. Quamuis enim ab Angelo diceretur *benedicta in mulieribus*, Non ideo tamen elata eſt in ſuperbiam: ſed potius in profundam demiſſa humilitatem *Ecce* inquit *ancilla*, quaſi diceret, non me maiorem cæteris exiſtimo. Sed

quoniam mihi oſtendis placitum eſſe Deo, vt concipiam & pariam filium eius. *Ecce* me tanquam ancillam, *fiat mihi ſecundum verbum tuum.*

Secundum etiam humilitatis gradũ ſe habuiſſe oſtẽdit, dum dicit ſe ancillam; quia cum in matrem fuiſſet à Deo electa, & ab Angelo tanquã mater Domini mox futura fuiſſet ſalutata, ſe tamẽ adhuc ancillã dicit, quo videtur ſe minoris facere, quàm alia quę libet ſoleat mulier, quia nulla eſt alia mater, quę ſe dicat ancillã filij. Nec præfert ſe alteri cuilibet mulieri quantumuis minori, quia nõ dicit ſe dominã, ſed ancillam.

Tertium deniq; oſtendit humilitatis gradum, dum ait *Domini*; quamuis enim per nomen *Domini*, videatur Deus intelligi debere: Quia tamen non expreſſit cuius Domini ſit ancilla, poſſumus etiam interpretari quod Dominum vocauerit Angelum: ſicuti frequenter in ſacris ſcripturis Angelus ſolet vocari dominus, & vt legatus propter regem ſolet honorari, quamuis vnicus tantum ſit ſupremus Dominus.

Et ideo ſi nomine Domini ſe ſubdidit Angelo, ſe ſe ſubdidit inferiori, Angelus enim tantum erat ſeruus, & B. Virgo in matrẽ electa. Quidquid ſit Laurentius Iuſtinianus in Ser. de Annunciat. ſolo proſtratam ſumma cum humilitate Virginem repræſentat dicens. *Tunc ad Deum totum eſt conuerſum cor Virginis, noua irradiatum luce, inſolito Charitatis deſiderio liquefactum, ac repletum deuotionis affectu: ſolo igitur mente & corpore proſtrata humillimè* inquit, *ecce ancilla Domini.*

Tres alij humilitatis gradus.

Tres alios humilitatis gradus ex D. Bonauent. colligo in centiloquio Sect. 18. quãuis ipſe quatuor ennumeret actus, Quart⁹ enim cũ primo videtur coincidere, quo humilis vult ſe ſubiici, & ſic opponitur ſuperbiæ & inani gloriæ, quod quidẽ elucet in Virgine B. dum ait *Ecce* per promptã ſubmiſſionẽ.

Secundus gradus eſt de ſe parua ſentire. vnde Auguſt. dicit *humilitas eſt ſenſus propriæ paruitatis*; Et ſic opponitur tumori vel elationi, & hoc etiam elucet in Virgine, dum ſe ancillam dicit, quam Angelus ſalutabat vt Domini

matrem mox futuram.

Tertius deniq; eſt velle ſubeſſe omnibus, ſcilicet ſuperioribus, parib', & inferioribus: & ſic opponitur arrogãtiæ, quæ quidem profunda humilitas etiã inuenitur in Virgine, dum ait, *Domini*, ſeſe enim ſubdidit filio, tanquam Domino, quamuis ipſe filius illi tanquã matri ſubdit' fuerit, vt notat D. Lucas.

Quin ſi inanis gloria tres in ſpecies optime eſt diſpertita per Prophetam Hieremiam cap. 9. vbi dicit, *Non glorietur ſapiẽs in ſapientia ſua, nec fortis in fortitudine ſua, nec diues in diuitijs ſuis*: tria tãtum ſunt bona, in quibus gloriari poſſumus Bona ſcilicet animæ quæ ſignificãtur per ſapientiã: & Bona corporis, quæ ſignificãtur per fortitudinẽ, atq; externa, quæ ſignificantur per diuitias.

Tres ſpecies inanis gloriæ.

Tria tantũ ſunt bona, in quibus gloriari poſſumus.

Aut quia omnis gloria ſoli Deo eſt debita, in quo tres tantum ſunt perſonæ, Pater, cui atribuitur fortitudo ſeu potentia, Filius cui atribuitur ſapiẽtia; & Spiritus S. cui atribuitur bonitas, & conſequenter bona diuitiarũ.

Tres pariter erũt humilitatis ſpecies, nẽpe ſubmiſſio, obſequiũ & reuerẽtia,

quę quidẽ omnes relucent in Virgine: Submiſſio quidem, dum ait *Ecce*: obſequium verò, dum ſubdit *Ancilla*: & reuerentia denique dum ait *Domini*.

Non magnum eſt enim (ait D.Bernard. hom. 4. Super Miſſus eſt) *eſſe humilem in abiectione: magna prorſus, & rara virtus humilitas honorata*, hęc enim rarò, aut nunquam cæteris in mulieribus inuenitur, Dum enim laudantur ſuperbiunt. At Beatiſſ. Virgo è contrario quo magis laudatur, eò magis humiliatur, iuxta illud Eccleſiaſti. 3. v. 20. *Quantò magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam*, Cui adſtipulatur Cryſologus ſer. 142. vbi ait quod *deuotus animus inſulis beneficiorum creſcit ad obſequium, augetur ad gratiam, non ad arrogantiam proſilit*, &c.

Quod quidem ſatis eſt euidens in B. Virgine, quæ quamuis omnium virtutum infulis eſſet ornata, & gratijs ac beneficiis diuinis ſupra omnes mulieres decorata, ac maximis erga Deum meritis optime promerita, quãtò magis tamẽ ab angelo honoratur, tãtò magis ſe deprimit: Et quantò maius eſſe

debebat ædificium verbi diuini in ſua Carne conſtructum, tantò profundius fodit humilitatis fundamentum, vt verbis D. Auguſtini vtar Serm. 10. de verbis *D*omini. Cum enim celſiſſimum illud ædificium corporis Chriſti (quod Ioannis 2. Ipſemet Chriſtus vocauit templum: Et ipſemet Ioannes exponit, quod *hoc dicebat de templo corporis ſui*) eſſet in vtero B. Virginis conſtruendum, ipſa prius B. Virgo profundiſſima iacit fundamenta, dicens *Ecce ancilla Domini.*

Vnde ait Caſſian. *in profunda ſe Virgo demittit, quæ inuitabatur ad alta; & a dominatione ad ancillatū animā conuertit & corpus.*

Cum ſapientiſſ. Rex Dauid Abigail elegiſſet in vxorem, & hac de cauſa ſuos ad illam deſtinaſſet nuntios, illa conſurgens adorauit prona in terram, & ait. *Ecce famula tua ſit in ancillam; vt lauet pedes ſeruorum Domini mei*: Quod quidem fuit magnum humilitatis edere ſpecimen, ad thorum vocari nuptialem, & ſe ſe adhumum deiicere: In conſortem eligi, & ſe ſe in famulam exhibere: ad nuptias vocari, & ad pe- *1. Reg. 25.*

des ſeruorũ lauãdos ſe ſe proſternere.

Sed longè hic profundior humilitas Virginis reperitur. In matrem enim eligitur, & ſe ſe in ancillã exhibet: Ad eam Angelus mittitur, & ſe ſe vſque ad terram proſternit: A Spiritu ſancto in ſponſam aſſumitur, & quaſi ſe indignam reputat, quæ ſalutetur. *Ecce* inquit *ancilla Domini.* Quanto igitur maius eſt fieri matrem Dei, & ſponſam Sp. ſancti, quàm conſortem Dauidis, tãtò profundior eſt humilitas Virginis, quàm Abigailis.

Quæ eſt igitur hæc inquit D. Benardus *tam ſublimis humilitas, quæ cedere nõ nouit honoribus, inſoleſcere gloria neſcit? mater Dei eligitur, & ancillam ſe nominat.*

Mirum ſane eſt, nec ſatis vnquam miratum, ſingulis diebus. Immo ſingulis momentis immenſa pene flumina in mare aquarum ſuarum molẽ euoluere, & tamen nunquam mare vllatenus redundare: Sed multo adhuc mirabilius eſt, omnia gratiarum flumina in animum B. Virginis influere, & nunquam tamen humilitatis metas excedere. En gratiarum pene infinitarum

Digitized by Google

cumulus illi acceſſit, cũ Angelus eam ſalutauit iam gratia plenam. Nam immenſus ille fluuius, nempe filius, qui a Patre procedit in Virginem influit: & tamen illa non redundat, nec extumeſcit ſuperbia, aut faſtu & arrogantia turget: Sed humilitate deprimitur.

Vnde optime D. Bonau. in dieta ſalutis. tit. 7. ca. 1. de humilitate ait, quod humilitas ſe extenuat, vt ametur a ſpõſo, ſe annihilat vt recreetur de nouo, ſe euacuat vt impleatur a Deo. Humilitas inquã ſe extenuat ad nobilis & nubilis puellæ modum, quæ ſeipſam maxime apud Gallos oſtendit gracilem & tenuem, vt futurum ſponſum magis incitet ad eius amorẽ: gracilitas enim & tenuitas corporis ſignificat vel atteſtatur incorruptionem, ſicut è contrario tumor ſignificat corruptam eſſe mulierem & prægnantem. Et ideo frequenter innuptæ mulieres, quæ iam ſunt vitiatæ & corruptæ fœda libidine, ventrem faſciis conſtringunt, vt appareãt incorruptæ, aut ſaltẽ nõ appareat tumor prægnantis laſciuiæ: & ſic etiam multæ mentes ſuperbę, quæ iam ſunt

Tres humilitatis effectus.

a dæmone corruptæ fœdo ſui amore, aut honoris ambitione ſe ſe aliquando conſtringunt, ne appareat tumor prægnantis ſuperbiæ: Sed ita tamen efficere non poſſunt, quin aliquando erumpat fœtus & faſtus arrogantiæ: Sicut grauida, non poteſt ita ſe conſtringere mulier, quin aliquando fœtus aut viuus, aut mortuus erumpat.

At virgo quæ nullã paſſa eſt vnquam corporis ſui iniuriam, nullumque Virginitatis ſuæ detrimentum, faſciis non indiget ad ventrem comprimendum. ſufficit enim illi Virginitatis cingulum: Illi enim non protuberat aluus, cum vitiata non ſit nec corrupta:

Et illæ pariter animæ, quæ nõ sũt fœdo ſui amore aut ambitione corruptę, alio non indigent, quàm honeſtatis ſuæ cingulo. Nam intra vallum humilitatis facile continentur. Et ideo B. Virgo cum incorruptum haberet animũ, facillimè ſe ſe deprimit & attenuat, gracilemque ſe per ſummã humilitatẽ ante Deum oſtendit, vt ei complaceat.

Immo ſe annihilat ac penè ad nihilum redigit, vt de nouo non ſolùm il-

la, ſed mundus totus recrearetur per fructum ventris in ea producendum. Sicut enim mundus fuit a principio de nihilo creatus, & terra in medio mundi ſuper nihilum fundata, vt ait Iob cap. 26. Quod Deus *appendit terram ſuper nihilum*, ſic mundus per annihilationem Beatiſſ. Virginis incipit recreari, & terra corporis Chriſti in medio eius fundari, *Deus* enim *in medio eius non commouebitur*.

*D*enique ſe ſe euacuat, vt Diuino fœtu impleatur. Sicut enim ipſe filius Dei *non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo: Sed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens*, vt ait Apoſtolus. Sic Beatiſſ. eius parens, vt filio eſſet cõformis, quamuis rapinam non arbitraretur fieri matrem Dei; ſeipſam tamen exinaniuit formam ancillæ accipiens. Decebat enim, vt Mater filio eſſet conformis, quia ſimile ſolet generare ſibi ſimile: Quin & ſumma exinanitio maxime videbatur eſſe neceſſaria: Nam immenſus erat ille, quem in vtero concipere debebat: Et quò maiùs eſt illud quod debet recipi, eò maior debet fie-

ri exinanitio, & euacuatio loci recipientis, quia quidquid recipitur per modum recipientis recipitur.

Tres alij effectus humilitatis.

Quin & humilitas vt ait ibidem idem D. Bonau. ſe humiliat, vt aſcendat, ſe incinerat vt redoleat, ſe mortificat vt reſurgat. Se humiliat vt aſcendat, ſicut palma quæ quo plus premitur, eò magis erigitur. Vnde ait Regi⁹ vates. *Beatus vir cuius eſt auxilium abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrimarum.* Sed quomodo aſcenſiones poſſunt diſponi in valle? potius enim ibi deſcẽſiones quàm aſcenſiones diſponi deberent. Nam aſcenſiones fiunt in monte, deſcenſiones verò in valle. Et tamen ait *quod aſcenſiones diſpoſuit in valle*: Nam qui *ſe humiliat exaltabitur, & qui ſe exaltat humiliabitur*. Et ideo B. Virgo vſque ad profundum humilitatis gradũ deſcendit, dum ſe ancillam nominat, cum in matrem eligitur: Sicut enim ramus, in quo pendet fructus. Et ſicut ſpica grano plena, ſemper ſe ſe inclinat terram verſus, ſic Beatiſſ. Virgo, quæ inſtar rami fructum vitæ ferebat, aut inſtar ſpicæ granum frumẽti portabat,

ſe ſe humiliat & inclinat terram verſus, terrenam ſcilicet carnis & corporis ſui conditionem conſiderans, dum ait, *ecce Ancilla Domini*: E contrario verò ramus erectus & ſublimis, ſatis oſtendit quod in eo nullus eſt fructus: & ſpica erecta, quod in ea nihil eſt niſi pallea, & ideo prima mulier Eva, quia fuit ſuperba & erecta, nobis fructum ſalutis non attulit, Sed potius perdidit. Vnde ait Dominus *ſcient omnia ligna Regionis, quia ego Dominus humiliaui lignum ſublime, & exaltaui lignum humile*. Lignum enim ſublime fuit Eua in terreſtri Paridiſo conſtituta, & originali iuſtitia magniſque donis Dei exornata: Sed hanc Deus arborem humiliauit ob ſuam ſuperbiam: Virgo verò Beatiſſ. quia fuit lignum humile, *Quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, & fructum ſuum dedit in tempore ſuo*, Illam Deus exaltauit ſuper omnes Cedros Libani, Ideſt ſuper omnes Angelorum Choros: Et quia ſe ſe etiam pene vſque ad cinerem & puluerē redegit, dū ait ecce ancilla Domini,

Ezechielis. 17. v. 24.

Digitized by Google

fagrantiſſimi dedit ſuauitatem odoris: Nam *dum eſſet Rex in acubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuauitatis*, vt dicitur Canticor. 1. vbi comparatur nardo, quæ eſt arbor parua, ſed præ cæteris omnibus odorifera: Vnde etiam dicitur Canticor. 3. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertũ, ſicut Virgula fumi ex aromatibus Myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij*. Aſcendit enim per deſertum Virginitatis, ſicut virgula fumi, vſque ad cœlum Diuinitatis, quod in vtero eius receptum eſt, dum ſe ſe humiliat vſque ad cinerem & puluerem humilitatis.

Denique ſe ſe mortificat vt reſurgat: Sicut enim homo mortuus nullum in ſe habet motum: ſic B. Virgo nullum prorſus habuit motum praui affectus: Et ſicut homo mortuus, quãtumuis fuerit dignitate ſublimis, vbi cunque tamen ponatur, etiam ſi in lutum & cænum, non irritatur nec indignatur: Sic verus humilis, quantumuis dignitate præemineat, ſe ſe ſemper in humiliorem locum abiicit.

Denique ſicut homo mortuus non relu-

reluctatur aduerſus eos qui illum quo quomodo commouent aut impellunt, ſiue ſurſum, ſiue deorſum ſtatuant: Sed vera norma, & quaſi exemplum veræ & perfectæ eſt obedientię, quia ſinit de ſe fieri & ſtatui, quidquid fieri vel ſtatui lubet: Sic Beatiſſ. Virgo eò vſque non ſolum membra ſua, ſed voluntatem etiā & animum mortificauit, vt quidquid Deo placuit de illa facere vel ſtatuere prōpta fuerit & parata, vt ancilla Domini obedire & obtemperare. *Ecce* inquit *ancilla Domini*, *fiat mihi ſecūdum verbum tuum*: Quod magis Deo fuit acceptum, quàm ſi omnia illi ſacrificia obtuliſſet. dicitur enim. 1. Reg. 15. verſ. 22. *Nunquid vult Dominus hoſtias, & victimas, & non potius vt obediatur voci eius. Melior eſt enim obedientia, quàm victimæ; & auſcultari magis, quàm offerre adipem arietum. Quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere.*

Et certè in victimis & ſacrificiis antiquis ſolum bruta animantia Deo mactabantur, & nihil homo in ſe experiebatur difficultatis vel moleſtiæ: ſed

Digitized by Google

Melior eſt obedientia quàm victimæ.

in perfecta cordis obedientia non ſolum brutorum corpus animantiū, ſed ipſum etiam corpus humanum videtur mactari, immo quid dico corpus? ipſa anima in perfecto obediēte fit Sacrificium & hoſtia, ipſaque voluntas animæ rationalis iugulatur & mactatur. Nam voluntatem Dei propriæ voluntati anteponens: penitus cupiditati ſuæ & affectui voluntatis, atque appetitui nuncium remittit: immo perimit propriam voluntatem, vt voluntati diuinæ obtemperet; & ideo multo melior eſt obedientia quàm peccatorum victimæ, vt ait etiam Eccleſiaſtes cap. 4. v. 17. *Obedientia namque eſt ſpontaneū & rationabile propriæ voluntatis Sacrificium*, inquit D. Bonauen. in Cētiloquio. Sect. 44.

Sed quomodo ait ſcriptura, quod *quaſi peccatum Ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus Idololatriæ nolle acquieſcere?* Quia ſicut arioli Deum abnegant, & ſe ſe deuouent dæmoni: ſic qui dura ceruice Deum ſpernunt, & ei nolunt obedire, videtur quaſi peccatū Ariolandi cōmittere, & quaſi ſcelus Idololatriæ

perpetrare quia latriã ideſt honorem & reuerentiam Deo debitam illi denegant, & idola colunt internæ cupiditatis animi. Species enim quæ interius repræſentantur in phantaſmate, ſunt tanquam idola. εἴδωλος enim græcè, vnde idolum videtur eſſe deductum, ſpeciẽ ſignificat, ſed vanam & futilem, qualis eſt illa, quæ plerumq; obijcitur intellectui per phantaſmata, illis enim ſpeciebus tanquam illecebris cupidinum ſæpiſſime irretitur animus, & quaſi allicitur ad fœdas voluptates, & turpia quæque ſectãda potiùs, quàm ad obediendũ Deo, & ideo dicitur quaſi ſcelus Idololatriæ. Sunt enim quaſi formæ illices libidinum. Et ideo ſicut homo abnegat ſeipſũ per perfectam obedientiam, & ſe ſe videtur mactare, vt Deo viuat: ſic è contra inobediens abnegat Deum, vt voluptati ſuæ complaceat, & appetitui obtemperet; & Deo moritur, vt ſibi ipſi viuat. Vnde Beatiſſ. Virgo, quæ non ſibi, ſed Deo ſoli viuebat, non ſolum ſui corporis, ſed etiam totius animi deſiderio ſe ſe Deo ſacrificauerat, *Ecce* inquit *ancilla*

Inobediẽtia quomodo ſit quaſi peccatum Idolatriæ.

Digitized by Google

quę quidē omnes relucent in Virgine: Submiſſio quidem, dum ait *Ecce*: obſequium verò, dum ſubdit *Ancilla*: & reuerentia denique dum ait *Domini*.

Non magnum eſt enim (ait D. Bernard. hom. 4. Super Miſſus eſt) *eſſe humilem in abiectione: magna prorſus, & rara virtus humilitas honorata*, hęc enim rarò, aut nunquam cæteris in mulieribus inuenitur, Dum enim laudantur ſuperbiunt. At Beatiſſ. Virgo è contrario quo magis laudatur, eò magis humiliatur, iuxta illud Eccleſiaſti. 3. v. 20. *Quantò magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam*, Cui adſtipulatur Cryſologus ſer. 142. vbi ait quod *deuotus animus infulis beneficiorum creſcit ad obſequium, augetur ad gratiam, non ad arrogantiam proſilit*, &c.

Quod quidem ſatis eſt euidens in B. Virgine, quæ quamuis omnium virtutum infulis eſſet ornata, & gratijs, ac beneficiis diuinis ſupra omnes mulieres decorata, ac maximis erga Deum meritis optime promerita, quātò magis tamē ab angelo honoratur, tātò magis ſe deprimit: Et quantò maius eſſe

debebat ædificium verbi diuini in ſua Carne conſtructum, tantò profundius fodit humilitatis fundamentum, vt verbis D. Auguſtini vtar Serm. 10. de verbis *D*omini. Cum enim celſiſſimum illud ædificium corporis Chriſti (quod Ioannis 2. Ipſemet Chriſtus vocauit templum: Et ipſemet Ioannes exponit, quod *hoc dicebat de templo corporis ſui*) eſſet in vtero B. Virginis conſtruendum, ipſa prius B. Virgo profundiſſima iacit fundamenta, dicens *Ecce ancilla Domini.*

Vnde ait Caſſian. *in profunda ſe Virgo demittit, quæ inuitabatur ad alta, & a dominatione ad ancillatū animā conuertit & corpus.*

Cum ſapientiſſ. Rex Dauid Abigail elegiſſet in vxorem, & hac de cauſa ſuos ad illam deſtinaſſet nuntios, illa conſurgens adorauit prona in terram, & ait. *Ecce famula tua ſit in ancillam, vt lauet pedes ſeruorum Domini mei*: Quod quidem fuit magnum humilitatis edere ſpecimen, ad thorum vocari nuptialem, & ſe ſe ad humum deiicere: In conſortem eligi, & ſe ſe in famulam exhibere: ad nuptias vocari, & ad pe- 1. *Reg.* 25.

des ſeruorũ lauãdos ſe ſe proſternere.

Sed longè hic profundior humilitas Virginis reperitur. In matrem enim eligitur, & ſe ſe in ancillã exhibet: Ad eam Angelus mittitur, & ſe ſe vſque ad terram proſternit: A Spiritu ſancto in ſponſam aſſumitur, & quaſi ſe indignam reputat, quæ ſalutetur. *Ecce* inquit *ancilla Domini.* Quanto igitur maius eſt fieri matrem Dei, & ſponſam Sp. ſancti, quàm conſortem Dauidis, tãtò profundior eſt humilitas Virginis, quàm Abigailis.

Quæ eſt igitur hæc inquit D. Benardus *tam ſublimis humilitas, quæ cedere nõ nouit honoribus, inſoleſcere gloria neſcit? mater Dei eligitur, & ancillam ſe nominat.*

Mirum ſane eſt, nec ſatis vnquam miratum, ſingulis diebus. Immo ſingulis momentis immenſa pene flumina in mare aquarum ſuarum molẽ euoluere, & tamen nunquam mare vllatenus redundare: Sed multo adhuc mirabilius eſt, omnia gratiarum flumina in animum B. Virginis influere, & nunquam tamen humilitatis metas excedere. En gratiarum pene infinitarum

cumulus illi acceſſit, cū Angelus eam ſalutauit iam gratia plenam. Nam immenſus ille fluuius, nempe filius, qui a Patre procedit in Virginem influit: & tamen illa non redundat, nec extumeſcit ſuperbia, aut faſtu & arrogantia turget: Sed humilitate deprimitur.

Vnde optime D. Bonau. in dieta ſalutis. tit. 7. ca. 1. de humilitate ait, quod humilitas ſe extenuat, vt ametur a ſpōſo, ſe annihilat vt recreetur de nouo, ſe euacuat vt impleatur a Deo. Humilitas inquā ſe extenuat ad nobilis & nubilis puellæ modum, quæ ſeipſam maxime apud Gallos oſtendit gracilem & tenuem, vt futurum ſponſum magis incitet ad eius amorē: gracilitas enim & tenuitas corporis ſignificat vel atteſtatur incorruptionem, ſicut è contrario tumor ſignificat corruptam eſſe mulierem & prægnantem. Et ideo frequenter innuptæ mulieres, quæ iam ſunt vitiatæ & corruptæ fœda libidine, ventrem faſciis conſtringunt, vt appareāt incorruptæ, aut ſaltē nō appareat tumor prægnantis laſciuiæ: & ſic etiam multæ mentes ſuperbę, quæ iam ſunt

Tres humilitatis effectus.

la, ſed mundus totus recrearetur per fructum ventris in ea producendum. Sicut enim mundus fuit a principio de nihilo creatus,& terra in medio mundi ſuper nihilum fundata, vt ait Iob cap. 26. Quod Deus *appendit terram ſuper nihilum*, ſic mundus per annihilationem Beatiſſ. Virginis incipit recreari,& terra corporis Chriſti in medio eius fundari, *Deus* enim *in medio eius non commouebitur*.

Denique ſe ſe euacuat, vt Diuino fœtu impleatur. Sicut enim ipſe filius Dei *non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo: Sed ſemetipſum exinaninit formam ſerui accipiens*, vt ait Apoſtolus. Sic Beatiſſ. eius parens, vt filio eſſet cōformis, quamuis rapinam non arbitraretur fieri matrem Dei; ſeipſam tamen exinaniuit formam ancillæ accipiens. Decebat enim, vt Mater filio eſſet conformis, quia ſimile ſolet generare ſibi ſimile: Quin & ſumma exinanitio maxime videbatur eſſe neceſſaria: Nam immenſus erat ille, quem in vtero concipere debebat: Et quò maius eſt illud quod debet recipi, eò maior debet fie-

ri exinanitio, & euacuatio loci recipientis, quia quidquid recipitur per modum recipientis recipitur.

Tres alij effectus humilitatis.

Quin & humilitas vt ait ibidem idem D. Bonau. ſe humiliat, vt aſcendat, ſe incinerat vt redoleat, ſe mortificat vt reſurgat. Se humiliat vt aſcendat, ſicut palma quæ quo plus premitur, eò magis erigitur. Vnde ait Regi⁹ vates. *Beatus vir cuius eſt auxilium abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrimarum.* Sed quomodo aſcenſiones poſſunt diſponi in valle? potius enim ibi deſcēſiones quàm aſcenſiones diſponi deberent. Nam aſcenſiones fiunt in monte, deſcenſiones verò in valle. Et tamen ait *quod aſcenſiones diſpoſuit in valle*: Nam qui *ſe humiliat exaltabitur, & qui ſe exaltat humiliabitur*. Et ideo B. Virgo vſque ad profundum humilitatis gradū deſcendit, dum ſe ancillam nominat, cum in matrem eligitur: Sicut enim ramus, in quo pendet fructus. Et ſicut ſpica grano plena, ſemper ſe ſe inclinat terram verſus, ſic Beatiſſ. Virgo, quæ inſtar rami fructum vitæ ferebat, aut inſtar ſpicæ granum frumēti portabat,

Digitized by Google

ſe ſe humiliat & inclinat terram verſus, terrenam ſcilicet carnis & corporis ſui conditionem conſiderans, dum ait, *ecce Ancilla Domini*: E' contrario verò ramus erectus & ſublimis, ſatis oſtendit quod in eo nullus eſt fructus: & ſpica erecta, quod in ea nihil eſt niſi pallea, & ideo prima mulier EVA, quia fuit ſuperba & erecta, nobis fructum ſalutis non attulit, Sed potius perdidit. Vnde ait Dominus *ſcient omnia ligna Regionis, quia ego Dominus humiliaui lignum ſublime, & exaltaui lignum humile*. Lignum enim ſublime fuit Eua in terreſtri Paridiſo conſtituta, & originali iuſtitia magniſque donis Dei exornata: Sed hanc Deus arborem humiliauit ob ſuam ſuperbiam: Virgo verò Beatiſſ. quia fuit lignum humile, *Quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, & fructum ſuum dedit in tempore ſuo*, Illam Deus exaltauit ſuper omnes Cedros Libani, Ideſt ſuper omnes Angelorum Choros: Et quia ſe ſe etiam pene vſque ad cinerem & puluerē redegit, dū ait ecce ancilla Domini,

Ezechielis. 17. v. 24.

fagrantiſſimi dedit ſuauitatem odoris: Nam *dum eſſet Rex in acubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuauitatis*, vt dicitur Canticor. 1. vbi comparatur nardo, quæ eſt arbor parua, ſed præ cæteris omnibus odorifera: Vnde etiam dicitur Canticor. 3. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertū, ſicut Virgula fumi ex aromatibus Myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij*. Aſcendit enim per deſertum Virginitatis, ſicut virgula fumi, vſque ad cœlum Diuinitatis, quod in vtero eius receptum eſt, dum ſe ſe humiliat vſque ad cinerem & puluerem humilitatis.

Denique ſe ſe mortificat vt reſurgat: Sicut enim homo mortuus nullum in ſe habet motum: ſic B. Virgo nullum prorſus habuit motum praui affectus: Et ſicut homo mortuus, quātumuis fuerit dignitate ſublimis, vbicunque tamen ponatur, etiam ſi in lutum & cænum, non irritatur nec indignatur: Sic verus humilis, quantumuis dignitate præemineat, ſe ſe ſemper in humiliorem locum abiicit.

Denique ſicut homo mortuus non relu-

reluctatur aduerſus eos qui illum quo quomodo commouent aut impellunt, ſiue ſurſum, ſiue deorſum ſtatuant: Sed vera norma, & quaſi exemplum veræ & perfectæ eſt obedientię, quia ſinit de ſe fieri & ſtatui, quidquid fieri vel ſtatui lubet: Sic Beatiſſ. Virgo eò vſque non ſolum membra ſua, ſed voluntatem etiã & animum mortificauit, vt quidquid Deo placuit de illa facere vel ſtatuere prõpta fuerit & parata, vt ancilla Domini obedire & obtemperare. *Ecce* inquit *ancilla Domini*, *fiat mihi ſecũdum verbum tuum*: Quod magis Deo fuit acceptum, quàm ſi omnia illi ſacrificia obtuliſſet. dicitur enim. 1. Reg. 15. verſ. 22. *Nunquid vult Dominus hoſtias, & victimas, & non potius vt obediatur voci eius. Melior eſt enim obedientia, quàm victimæ; & auſcultari magis, quàm offerre adipem arietum. Quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere.*

Et certè in victimis & ſacrificiis antiquis ſolum bruta animantia Deo mactabantur, & nihil homo in ſe experiebatur difficultatis vel moleſtiæ: ſed

Melior eſt obedientia quàm victimæ.

in perfecta cordis obedientia non ſolum brutorum corpus animantiũ, ſed ipſum etiam corpus humanum videtur mactari, immo quid dico corpus? ipſa anima in perfecto obediẽte fit Sacrificium & hoſtia, ipſaque voluntas animæ rationalis iugulatur & mactatur. Nam voluntatem Dei propriæ voluntati anteponens: penitus cupiditati ſuæ & affectui voluntatis, atque appetitui nuncium remittit: immo perimit propriam voluntatem, vt voluntati diuinæ obtemperet; & ideo multo melior eſt obedientia quàm peccatorum victimæ, vt ait etiam Eccleſiaſtes cap. 4. v. 17. *Obedientia namque eſt ſpontaneũ & rationabile propriæ voluntatis Sacrificium*, inquit D. Bonauen. in Cẽtiloquio. Sect. 44.

Sed quomodo ait ſcriptura, quod *quaſi peccatum Ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus Idololatriæ nolle acquieſcere*? Quia ſicut arioli Deum abnegant, & ſe ſe deuouent dæmoni: ſic qui dura ceruice Deum ſpernunt, & ei nolunt obedire, videtur quaſi peccatũ Ariolandi cõmittere, & quaſi ſcelus Idololatriæ

perpetrare quia latriã ideſt honorem & reuerentiam Deo debitam illi denegant, & idola colunt internæ cupiditatis animi. Species enim quæ interius repræſentantur in phantaſmate, ſunt tanquam idola. εἴδλος enim græcè, vnde idolum videtur eſſe deductum, ſpeciē ſignificat, ſed vanam & futilem, qualis eſt illa, quæ plerumq; obijcitur intellectui per phantaſmata, illis enim ſpeciebus tanquam illecebris cupidinum ſæpiſſime irretitur animus, & quaſi allicitur ad fœdas voluptates, & turpia quæque ſectãda potiùs, quàm ad obediendũ Deo, & ideo dicitur quaſi ſcelus Idololatriæ. Sunt enim quaſi formæ illices libidinum. Et ideo ſicut homo abnegat ſeipſũ per perfectam obedientiam, & ſe ſe videtur mactare, vt Deo viuat: ſic è contra inobediens abnegat Deum, vt voluptati ſuæ complaceat, & appetitui obtemperet; & Deo moritur, vt ſibi ipſi viuat. Vnde Beatiſſ. Virgo, quæ non ſibi, ſed Deo ſoli viuebat, non ſolum ſui corporis, ſed etiam totius animi deſiderio ſe ſe Deo ſacrificauerat. *Ecce* inquit *ancilla*

Inobediẽtia quomodo ſit quaſi peccatum Idololatriæ.

Digitized by Google

Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum: Si enim *mens iuſti meditatur ſapientiam*, vt ſapiens ait Prouerb. 15. multò magis illam meditata eſt aſſiduè B. Virgo, quippe quæ ſit omnium iuſtorum princeps & regina.

Iuſſerat Deus Abrahamo, vt ſumeret filium ſuum vnigenitum, quē diligebat Iſaac, & offerret illum in holocauſtum: quod cùm promptè & expeditè paratus fuiſſet Abraham efficere, iāiāq; machęram exeruiſſet, & extēdiſſet brachiū, vt filiū mactaret, clamauit Angelus de cœlo dicens, *Abrahā Abrahā*, quo reſpondente adſum, intulit Angelus, *Ne excendas manum in puerum*, & poſtea ſubdidit, *Per memetipſum iuraui dicit Dominus, quia feciſti hanc rem, & non peperciſti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli, & ſicut arenam quæ eſt in littore maris. Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obediſti voci meæ.* vt legitur Geneſ. 22. ver. 18. & 26. cap. idē etiam dictum eſt ad Iſaac, *Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ*, eò quod

obedierit Abraham voci meæ, & cuſtodierit præcepta & mandata mea, & cæremonias legeſque ſeruauerit.

Si ergo vt diximus longè minoris eſt valoris, & vtilitatis offerre ſacrificium & victimas Deo, quàm ei promptè parere & obtemperare, licet Abraham proprio filio nō pepercíſſet, ſed promptè propter Deū illū mactare & immolare voluiſſet: Multò tamen maius fuit B. V. meritum, quæ ſeipſam totā Deo per obedientiam in ſacrificium obtulit. Maior enim videtur eſſe difficultas propriam mactare voluntatem, quàm fuerit in Abraham oproprīū mactare filium. Nam quod aprobauit Deus in prompta Abrahami obedientia, fuit propriæ abnegatio voluntatis, qua voluntatem Dei ſuæ antepoſuit. Non enim filium peremit, ſed proprium affectum, quem in illum habuit, dum ad nutum Dei illum perimere voluit. Et ideo ſi propter hoc ei dicitur, *Benedicā tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli,* &c. *Poſsidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum, & benedicentur in ſemine tuo omnes tribus terræ, quia obediſti voci*

Digitized by Google

meæ: Idem etiam B. Virgini videtur repromitti, fuit enim Benedicta in mulieribus, & multiplicatum fuit ſemē eius ſicut ſtellæ cœli, quia ex Chriſto eius filio omnes Chriſtiani ſunt exorti: Poſſeditq; portas inimicorum ſuorum, *expolians* enim *principatus & poteſtates Palàm triumphauit illos in ſua gloria.* Et in ipſo Chriſto eius Filio benedictæ ſunt omnes gẽtes terrę, quę fidẽ eius voluerũt accipere, & præceptis illiꝰ obedire.

Dominum elegiſti hodie, vt ſit tibi Deus, & ambules in vijs eius, & cuſtodias ceremonias eius, ac mandata, atque iudicia, & obedias eius imperio (inquit Moyſes populo Iſrael) *& Dominus elegit te hodie*, Deuteronomij 26. in fine *vt ſis ei populus peculiaris, ſicut loquutus eſt tibi, & cuſtodias omnia precepta illius, & faciat te excelſiorem cunctis gẽtibus, quas creauit in laudem, & nomen, & gloriam ſuam, vt ſis populus Sanctus Domini Dei tui ſicut loquutus es.*

Sed hoc multo magis poteſt à nobis B. Virgini dici. Quamuis enim ſemper Dominũ elegiſſet, vt eſſet illi Deus, & ambularet in vijs eius, hodie tamen maximè cum obediuit eius voluntati, Illiq; tanquā fidelē ancillā ſe ſubdidit,

dicens *ecce ancilla Domini fiat mihi ſecundũ verbum tuũ*? Et Dominus elegit eam hodie, vt eſſet ei ſpõſa peculiaris, & pareret ei⁹ filiũ, ſicut per angelũ loqut⁹ eſt ei, & faceret illam excelſiorem cunctis gentibus, quas creauit in laudẽ, & nomen, & gloriam ſuam, & vt eſſet ſancta genitrix Domini Dei ſui, quo titulo nulla inter mulieres poteſt eſſe maior.

Et merito, ſicut enim inter virtutes morales tantò aliqua eſt potior, quantò aliquid maius cõtemnimus, vt Deo inhæreamus. Sic tãto maius eſſe debet premiũ, quanto maius eſt id quod cõtẽnitur. Sunt autem tria genera bonorũ, quæ poteſt homo cõtemnere propter Deũ, vt ait D. Thom. 22 q. 102. a. 3. quorum infima ſunt exteriora bona, media autem ſunt bona corporis; ſuprema deniq; ſunt bona animæ, inter quæ quodammodo pręcipua eſt voluntas. Et ideo per ſe loquendo laudabilior eſt obedientiæ virtus quæ propter Deũ contẽnit propriã voluntatẽ, quã aliæ virtutes morales, quę propter Deum aliqua alia bona contemnunt: vnde ait Gregor. vltimo Moral. cap.

Tria genera honorũ propter Deum contẽnuntur.

12. *obedientia victimis iure preponitur, quia per victimas aliena caro: Per obedientiam verò propria voluntas mactatur.*

Vnde etiam quæcumque alia virtutũ opera, ex hoc meritoria ſunt apud *Deũ* quòd fiunt vt obediatur voluntati diuinæ: Nam ſi quis etiam Martyrium ſubſtineret, vel omnia ſua pauperibus erogaret, niſi hæc ordinaret ad impletionem voluntatis diuinæ, quod propriè eſt Deo obedire, meritoria eſſe nõ poſſent: ſicut nec ſi fierẽt ſine charitate, quæ ſine obedientia eſſe non poteſt. Cum igitur Beatiſſ. Virgo ſummam erga Deum habuerit obedientiã, ſummũ etiam inter omnes mulieres conſequuta eſt premium, quod verè mater Dei diceretur & eſſet. Et idcirco D. Auguſt. li. 1. de peccatorum meritis & remiſſ. c. 29. Conceptionem filij Dei, Beatiſſ. Virginis obedientiæ tribuit, dum ait *Virgo Chriſtum ſine virili cõplexu non concupiſcentia carnis, ſed obedientia mentis concepit.*

Vbi enim Virgo benè credula os ſuum aperuit, vt diceret ecce ancilla Domini, *mox iuxta dictum Angeli Spiritus Sanctus ſuper-*

ueniens per apertas fidei ianuas ſe ſe infudit in templum ſacri vteri, vt Chriſti matrem faceret Inquit Rupert. lib. 1. de operibus Spiritus Sancti cap. 9.

Et D. Damaſcen. lib. 3. Orthodo. fidei cap. 2. *Poſt S. Virginis aſſenſum, Spiritus ſanctus in eam ſuperuenit, vim ei ad gignendum ſuppeditans*. Nec mirum, nam ſi, *Spiritum Sanctum dedit Dominus omnibus obedientibus ſibi*, vt dicitur act. 5. v. 32. Quãtò magis B. V. quæ omnib' fidelibus veræ obedientiæ palmã præripuit, cũ enim ex Angelo modum, quo ſalua virginitate deberet concipere, cognouiſſet: & ſi ille ipſe modus captum humanæ rationis excederet, non tamen reſtitit, non diſceptauit, nec diſtulit: Sed ſe ſe promptam atq; paratam diuinæ obtulit voluntati.

Nam vt ait Simon Caſſianus, *Nihil ſibi retinuit Virgo, ſed totam ſe in diuino poſuit famulatu*: Et Andreas Epiſcopus Hieroſolimit. *Ecce* inquit *ancilla Domini ad obediendum facilis, ad ſeruiendum parata, ad ſuſcipiendum prompta. Fiat mihi ſecundum verbum tuum*, ideſt verbum quod erat in principio apud Deum,

fiat caro de carne mea, ſecundum verbum tuum, vt interpretatur D. Bonau. in 1. Lucæ: & D. Bernar. hom. 4. ſuper miſſus eſt, *fiat mihi obſecro verbum non prolatum vt tranſeat, ſed conceptum vt maneat. Fiat verbum non tantum audibile auribus, ſed & viſibile oculis, palpabile manibus, geſtabile humeris, vt verbo virtutis ſuæ me portet. Fiat* inquit *mihi, non ad me porrò multifarie multiſque modis loquutus eſt olim Deus in Prophetis, Et alijs in corde, alijs in aure, alijs in ore, alijs in viſu, alijs in manu, mihi oro vt fiat iuxta verbum tuum, nec volo vt fiat mihi tantum declamatoriè prædicatum, aut figuraliter ſignatum, aut phantaſtice ſomniatum, ſed ſimpliciter inſpiratum, perſonaliter incarnatum, corporaliter inuiſceratum verbum caro factum: vt poſſim dicere tibi, quæ dixit mulier Sareptana Eliæ. Nunc in iſto cognoui quoniam vir Dei es tu, & verbum Dei in ore tuo verum eſt*: Quod quidem ita factum eſt. Nam B. Virgini factum eſt verbum Domini in aure per Angelicam ſalutationem, in corde per fidem, in ore per confeſſionem, in vẽtre per incarnationem, in gremio per ſuſtentationem, in manu per contre-

ctationẽ, & in brachijs per oblationẽ.

O magna virtus obedientiæ, ô magnum fiat; *fuit enim deſiderij ſignum, non dubitationis nota*, vt ait D. Bernar. hom. 4. Super Miſſus eſt: fuit etiam ſignum aſſertionis ſicut in Pſalmo legitur *dicet omnis populus fiat fiat*: fuit ſignum affectionis vt in alio Pſal. habemus. *fiat manus tua, vt ſaluet me*: fuit ſignum deprecationis, nam orando dicere ſolemus, *fiat voluntas tua*.

Per vnum, *fiat*, facta ſunt omnia, vt cum dixit Deus *fiat lux* & ſtatim *facta eſt lux*. Cum dixit *fiat firmamentum in medio aquarum*, Statim factum eſt firmamentum: cum dixit Deus *fiant luminaria in firmamento cœli*; Statim facta ſunt in cœlo luminaria.

Et hodie cum B. Virgo dixit *fiat*, longe præſtantius opus factum eſt, nam verbum Dei infinitum, eſt caro factum *& lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, Nube carnis humanæ eſt contecta, factumque eſt firmamentum in medio aquarum. Nã diuinum ſuppoſitum, quod eſt quaſi firmamentum diuinæ atq; humanę naturæ, factum eſt quaſi medium inter

Digitized by Google

vtramq; naturam: Et diuiſit aquas ab aquis, aquas inquam tribulationum, quæ adhuc erant in corpore, ab aquis gloriæ, quæ erant in diuinitate. *Vnus* enim erat Chriſtus, *non confuſſione ſubſtantiæ, ſed vnitate perſonæ.* Et ideo aquæ vnius naturæ, erant ab aquis alterius diſtinctæ, quamuis idẽ eſſet firmamẽtum, ſeu ſuppoſitũ medium. Luminaria etiam magna poſita ſunt in hoc firmamento, luminare maius, quod erat diuinitas; vt præeſſet diei, in gloria ſcilicet Paradiſi, vbi æternus eſt dies, ſicut dies cœli, cui nullus vnquam eſt occaſus: Vnde ait Pſaltes, *tecum principiũ in die virtutis tuæ, in ſplendoribus Sãctorum.* Et luminare minus, nempe humanitas vt præeſſet nocti, pręſentis videlicet ſæculi, vbi adhuc in nocte & in tenebris ſumus, quia nondum Deũ facie ad faciem videmus, & ideo dicitur, *Populus qui ſedebat in tenebris vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis* Iſaiæ. 9.

Factæ sũt etiã ſtellæ, ideſt præſtãtiſſimæ dotes animæ. Dotata eſt quippe omni gratiarum plenitudine, omni ſcien-

tiarum decore, omni virtutum honore, & gloriæ inſuper ſplendore, vnde ait D. Ioann. *Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre*, &c.

O Magnum igitur *fiat*, ô Magna virtus obedientiæ. Per vnum *fiat* ex nihilo fecit omnia Deus: Et per vnum *fiat* ſummus Deus pene ad nihilum eſt redactus. Nam *exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens*. O magnum *fiat*, ſe ſe pene ad nihilum redigebat Virgo dicendo *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum*; Et per hanc obedientiam pene ad nihilum deduxit filium Dei, vt illam ſuper omnes mulieres exaltaret.

Sed nullum nunc eſt in hominibus *fiat*, nulla obedientia, nulla ſinceritas, ſed vbiq; fraus vbiq; dolus, vbiq; inobedientia, vbiq; viget contumacia & peruerſitas. Non enim nunc vxor viro, non patri filius, non matri filia vult obedire: immò nec ſeruus hero, nec ſubditus Domino, ſed omnes proterui, oẽs ſunt cõtumaces. Vxor enim quæ virum ſuũ diligere debebat, & illi quãuis in hoc nullum eſſet Dei præceptũ ſolo affectu, ſolo amore coniu-

Digitized by Google

gali obedire: nunc quamuis Deus id præcipiat, cum ait, ſub viri poteſtate eris, & id ratio dictet: raro tamen, aut nunquam vult obedire. Sed potius contradicere, reciprocari, verba verbis retundere, iniuriis laceſſere, conuitiis afficere, & ſi nō poteſt manu, ſaltem linguę iaculo cōfodere. Vir etiam cum vxor aliquando benè conſulit, vt domi ſe contineat, vt cum ganeonibus non epuletur, vt cum ſcortis conſortium non ineat, vt à luſibus & iocis abſtineat, vt lites reſcindat, vt domui ſuæ prouideat, vt filios ſuos virtutem doceat: nunquam dicit. *Fiat mihi ſecundum verbum tuum*: Sed potius rixatur, obgannit, irridet, ſubſannat, & ſemper mauult cōtrarium facere, quā aliquid quantumuis boni ad nutū vxoris præſtare, ne illi videatur obtemperare? idemq; poteſt dici de filijs & filiabus, reſpectu parentum, omnes enim vel non dicunt *fiat*, quod illis præcipitur, vel ſi dicant *fiat*, non dicunt mihi; ſed potius alteri: ſi enim aliquid eis præcipitur, ſtatim referunt. Dic potius illi, quam mihi: vel ſi dicunt *fiat mihi*,

non dicunt ſecundum verbum tuum: ſed ſecundum verbum meum. Omnes enim ſuam potius volunt exequi volũtatem, quàm voluntati parẽtum obedire: immo nunc temporis vellent, vt parentes eis obedirent, & facerent ſecundum verbum ſuum. O tempora ô Mores, vbinam gentium ſumus? Quã rempub. habemus? Quid dicam de ſeruis? quid dicam de ancillis? quid dicam de ſubditis? Omnes ad ſuum nunc volunt viuere nutum, & ſecũdum verbum ſuum facere, & non ſecundum verbum ſuperioris: nulla nunc humilitas, nulla nũc obedientia, omnia nũc peſſum, omnia perditum eunt: Quod optimè prȩuiderat, & prædixerat D. Paulus ſecunda ad Timotheum Epiſtola capite 3. Vbi ſic ſcribit. *Hoc autem ſcito quod in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obediẽtes, ingrati ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis quam Dei.*

Quamobrem idem Apoſtolus ad Titum ſcribens cap. 3. *Admone illos* inquit *principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe, neminem blaſphemare, nõ litigioſos eſſe, ſed modeſtos, omnem oſtendentes manſuetudinem ad omnes homines.*

Et ipſemet Epheſios admonens cap. 6. *Filij* inquit *obedite parentibus veſtris in Domino, hoc enim iuſtum eſt*, Et paulo poſt à filijs ad ſeruos ſtillum cõuertens *Serui* inquit *obedite Dominis carnalib⁹, cũ timore, & tremore in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona volũtate ſeruiẽtes ſicut Dño, & nõ hominib⁹.*

Idemq; repetit in Epiſtola ad Coloſſens. cap. 3. *Filij obedite parentibus per omnia, hoc enim placitum eſt in Domino, Serui obedite per omnia Dominis carnalibus, non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes: ſed in ſimplicitate cordis timentes Deum. Quodcumq; operamini ſicut Domino, & non hominibus, ſcientes quod à Domino accipietis retributionem hæreditatis*, quam reddat vobis omnipotens Deus Pater & Filius & Spiritus Sanctus.

Digitized by Google

ET DISCESSIT ANGELVS AB ILLA.

SERMO XXVII.

NIHIL aliud niſi conſenſum Virginis Angelus expetebat, ſtatim namque vt illum obtinuit ab illa receſſit. Per quod quidem nobis innuitur quod conſenſum noſtrum ſemper Deus expetit, vt mira, & ſalutifera, immo ſalutem noſtram in nobis operetur. Qui enim fecit te ſine te, non ſaluabit te ſine te, & ideò dicit per os Sapientis, *fili præbe mihi cor tuum*, non quod ipſe cor iſtud carneum petat. Ad quid enim cor iſtud carneũ expeteret? Nunquid delectatur in hoc corde cruento? nequaquam profectò nequaquam: ſed in cor-

de ſpirituali ſeu conſenſu voluntario liberi arbitrij. Nam vt ait Regius Vates Pſalm. 9. vel ſecundum Hebræos 10. *Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus, præparationem cordis eorum audiuit auris tua*, quod exponens Antiochenus Theodorus, *deſiderium* (inquit) *oratio eſt, quia quæ fieri peroptamus hæc itidem orare conſueuimus*. D. verò Greg. 2. Moral. cap. 6. & lib. 21. cap. 18. *Animarũ* (inquit) *clamor magnus, magnum deſiderium*. Et Rupertus 5. in Matthæum cap. 5. *Non expectat Deus verba, ſed ſolis cogitationibus aduocatur*, quod etiã ſcribit D. Bernard. ſerm. 9. in Cant. Et ideò *præparationem cordis eorum audiuit auris tua*, ideſt nõ poſſunt tam citò præparare cor ad conſenſum quin ſtatim audiat auris tua, velut in editione Regia & Complutenſi Græcè habetur τῇ ἑτοιμασίᾳ τῆς καρδίας &c. *Præparationi cordis eorum attendit auris tua*; Pro quo Symmachus, Theodoreto teſte, tranſtulit πρόθεσιν ſeu *propoſitum*. Vnde cum Beatiſſima virgo conſenſum præbuit, deſiderium ſuum perhibuit, optauit enim ſibi fieri ſecundum verbum An-

Digitized by Google

geli. Quamobrem deſiderium eius Dominus exaudiuit, immo præparationem & propoſitum cordis eius attendit, & ſtatim opus Incarnationis in ea compleuit, & Angelus ab ea diſceſſit, vtpotè non ampliùs neceſſarius, quãdoquidem non ſolùm completa erat legatio: ſed etiam legationis intẽtio. Videamus ergo quàm bonum ſit Deo aſſentiri, & quid operetur iſte conſenſus, & poſteà loquemur de Angeli diſceſſu. *Diuiſio & ordo dicendorum.*

Et vt à primo exordiar. Nil meliùs quàm Deo conſentire, *Qui enim adhæret Domino vnus ſpiritus eſt*, inquit Apoſtolus 1. ad Cor. 6. v. 17. vnus inquam charitate, voluntatis conſenſu, vnus gratia, & poſtea gloria, quæ hominẽ facit, quaſi Deum & diuũ, vt cum Deo quaſi vnus idemque ſit ſpiritus, ita exponunt Ambroſ. Anſelmus & Oecumenius. Quamobrẽ D. Baſilius lib. de vera virginit. ex hoc loco demonſtrat animam caſtam & ſanctam Deoque conſentientẽ, eſſe tanquam ſponſam eius, quia ſicut dictum eſt de conjugio corporali, *erunt duo in carne*

vna: & de copula carnali, ait hîc Apoſtolus. *Quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur*: ſic ſtatim ſubdit de conjugio ſpirituali, *qui autem adhæret Domino, est vnus ſpiritus*, quaſi velit dicere: quod ſicut vnum corpus fit ex duobus in conjugio & copula corporum: ſic vnus ſpiritus ex duobus videtur fieri in conſenſu & copula mentium *Quocirca*, inquit Baſilius, *anima quæ Chriſto copulata eſt, tanquam ſapientiæ verbi Dei ſponſa Sapiens, ac prudens ſit neceſſe eſt, vt omni ſtultitiæ & inſipientiæ nota iugi diuinarum rerum meditatione exploſa, ſapientiæ cui coniuncta eſt ornetur pulchritudine, donec æternam ſapientiam ſibi penitus iungat, vnumque cum ea, cui inhæſit effecta, ex corruptibili fiat incorruptibilis, ex imperita prudens ac ſapientiſſima, tanquam verbi cui adhæſit coſta, atque vt breuiter dicam ex homine mortali, immortalis Deus, &c.* quaſi velit illam in diuinæ imaginis excellentiam transformari.

Et D. Bernardus ſerm. 7. in Cant. hoc Dei cum anima quæ puro, & caſto conſenſu ei adhæret, connubium, & eo manãtem bonorum com-

Digitized by Google

municationem ita deſcribit. *Anima quæ diligit Deum ſponſa vocatur: hæc enim duo nomina ſponſa & ſponſus maximè indicant internos affectus. His enim omnia communia ſunt, vna hæreditas, vna domus, vna menſa, vnus lectus, vna caro*, vt Beatiſſimæ Virgini videtur contigiſſe, quæ propter vnanimem voluntatis cum Deo conſenſum, vnum pene cum eo habuit ſpiritum, vnum filium, vnam domum, vnam menſam, vnum lectum, vnam carnem. Vnum ſpiritum, quia Spiritus ſanctus ſuperuenit in eam, & virtus altiſsimi obumbrauit ei. Vnum filium, quia eumdem cum Deo filium habuit, idem eſt enim Virginis, qui Dei filius. Vnam domum, quia domus pudici pectoris templum repente fit Dei. Vnam menſam, lacte ſiquidem B. Virginis paſtus eſt filius Dei, & cum fœtus in vtero, eodem cibo quo veſcitur mater, videatur enutriri, bene poteſt dici eadem menſa potiri: immò ſicut ſolent amantes eundem cibum jam ab amante de paſtum libentius comedere, quam aliũ: ſic filius Dei voluit paſci eo cibo

Digitized by Google

quo jam fuerat Virgo depaſta. Eodem etiam voluit vti lecto, *quia quem cœli capere non poterant tuo gremio contuliſti. Et ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo*; immò de thalamo virginis, de ſanctiſſimo ſcilicet vtero ſuo. Vna etiã pene fuit caro, filij Dei & B. V. quia caro filij Dei in carne Beatiſsimæ virginis concepta eſt, & de carne eius producta, itaut bene dicere poſsit, hoc nunc os ex oſsibus meis, & caro de carne mea.

Immò ſicut Pater, & Filius per mutuum conſenſum voluntatis & amoris producunt Spiritum ſanctum ab æterno: ſic Deus & Virgo per conſenſum *Spiritus & voluntatis eumdem in tempore producunt Filium.*

Vnde Auctor tract. de vita ſolitaria ante finem, *vnitas* inquit *ſpiritus cum Deo hominis cor ſurſum habentis, proficientis in Deum voluntatis eſt perfectio. Cum ea non ſolùm vult quæ Deus vult; ſed ſic eſt non tantùm affectus, ſed etiam in affectu profectus, vt non poſsit velle, niſi quod Deus vult. Velle autem quod Deus vult, hoc iam ſimile Deo eſſe eſt; Non poſſe velle, niſi quod vult Deus, hoc*

Digitized by Google

eſt iam eſſe quod Deus eſt, cui iam velle, & eſſe : idipſum eſt. Quamobrem dicebat Regius Vates, *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt, ponere in Domino Deo ſpem meam.* Quod exponens Euthymius per verbum adhærendi, quod eſt Græcè προσκολλᾶσθαι intelligit agglutinari, quaſi velit innui conjunctionem inter conjuges : eodem quippe verbo Græco προσκολλᾶσθαι, quod eſt Hebraïcè *Dauak* dicitur homo adhærere vxori ſuæ, vt ſint duo in carne vna. Vnde Paulus argumentatur non eſſe adhærendum meretrici, qui autem adhæret Deo vnum Spiritum eſſe.

Et certè hoc videtur ex eodem Pſalmiſta colligi. Ponit enim differentiam inter eos qui mundum, & ea quæ in mũdo ſunt diligunt, dicens *Perdidiſti eos qui fornicantur abs te* : & eos qui totaliter Deo conſentiunt, ſubdens. *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt.*

Quod quidem optimè Beatiſsima Virgo poteſt dicere : tanta enim fuit vniformitas voluntatis eius & conſenſus, cum voluntate Dei, vt pene vnus cum illo videretur eſſe ſpiritus;

vnde & meritò ſponſa eius ſit nuncupata, & de Spiritu ſancto eius filium conceperit, & non quemcumque, ſed illum eũdem, qui erat ipſius altiſsimi filius, vt quibus penè erat idẽ ſpiritus, aut ſaltem idem conſenſus idem eſſet genitus, tanquam mutuus vtriuſque conceptus. *Dicitur* enim *hæc ſimilitudo Dei*, quæ eſt in conformitate voluntatis, *vnitas ſpiritus*, inquit Diuus Bernardus, *non tantùm quia efficit eam, vel afficit ei ſpiritum hominis Spiritus ſanctus, ſed quia eſt ipſe Spiritus ſanctus Deus charitas, qui cum ſit amor Patris & Filij, & vnitas, & ſuauitas, & bonum, & oſculum, & amplexus, & quicquid commune poteſt eſſe amborum, in ſumma illa vnitate veritatis, & veritate vnitatis, hoc idem homini ſuo modo fit ad Deum, quod cum ſubſtantiali vnitate Filio eſt ad Patrem, & Patri ad Filium, cum in amplexus Patris & Filij mediam quodammodo ſe inuenit hominis beata conſcientia, cum modo ineffabili incogitabilique fieri meretur homo Dei, non Deus, ſed tamen quod Deus eſt ex natura, homo ex gratia.* Immò non ſolùm dixerim ex gratia, ſed audacter auſim dicere quod propter vnifor-

mitatem voluntatis Virginis cum Deo, Deus homo factus eſt, & homo Deus, non ſolum ex gratia: ſed etiam ex perſona. *Quia homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam altiſsimus.*

Nihil enim homini meliùs, quàm conjungi & inhærere Deo.

Rei namquè cuiuſquè perfectio in adhæſione ad ſuum principium conſiſtit. Ipſa formalis, quam vocant, beatitudo in adhæſione quadam, & conjunctione conſiſtit. Et Dionyſius de diuinis nominibus cap. 4. p. 1. docet quod mẽtis exceſſum, extaſimque facit amor diuinus, amatores ſui iuris eſſe non ſinens, ſed in ea quæ amãt penitus transferens; vnde ait Aug. 10. cõfeſſ. c. 28. *Cùm inhæſero tibi ex omni me, nuſquã erit mihi dolor, & labor, & viua erit vita mea, tota plena te.* Quod meliùs dicere poterat Beatiſſima Virgo cum enim adhæſit Deo per conſenſum non fuit illi dolor in partu, nec labor in cõceptu, quia *Facta eſt ſine grauedine grauida, ſine dolore puerpera* dixit D. Bernardus de Beatiſſima Virgine: & viua fuit vita eius, tota Deo plena, illa enim vi-

Digitized by Google

Et diſceſsit Angelus ab illa, ſic enim oſtendit facto quod Raphael verbo inquit D. Bonau. in cap. 1. Lucæ. Diſceſſurus enim Raphael è domo Tobiæ. *Tempus eſt inquit, vt reuertar ad enim qui me miſit: vos autem benedicite Deum*: Noſter autem Gabriel non legitur quicquam poſt cõſenſum dixiſſe: ſed ſolùm ab ea receſſiſſe, quia ad hoc tantùm venerat, vt verbum incarnandum nuntiaret, & conſenſum Virginis eliceret. Et ideo ſicut optimus nuncius peracta legatione nihil de ſuo addidit, *verbis* enim *eius ne addas*. *Secunda pars Sermonis.*

Sed reuerſus eſt ad Dominum qui eum miſit, ne quis hæreticus putaret ipſum Angelum carnem aſſumpſiſſe humanam, & de eo dictum eſſe, *quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius Dei*. Quandoquè enim Angeli ſacris in litteris vocantur filij Dei, non quidem per naturam, ſed per gratiam & adoptionem.

In hunc enim errorem, vel in valde ſimilem & affinem, incidit Origenes, qui dicebat multos Angelos ſimul cum verbo diuino fuiſſe incar-

ſtẽs aut hypoſtaſis, & ſuppoſitũ hominis, quia corpus & anima non poſſunt habere ſubſiſtentiam & hypoſtaſim in Angelo. Et ideo diſceſſit Angelus ab ea, nequis putaret Angelum aliquid in hoc incarnationis myſterio præter legationem operatum fuiſſe.

Sed & aliam reddere poſſumus rationem iſtius Angeli diſceſſus. Non enim beatiſſima Virgo iam Deo plena indigebat Angelo, habebat namquè ſecum magni conſilij Angelum. Ait enim D. Th. 1. p. q. 113. quod quando pueri ſunt in vteris matrum, alia non indigent cuſtodia, quám cuſtodia matris ſuæ. Angelus quippè matris cuſtos, eſt etiam cuſtos prolis, quandiu proles in vtero eſt matris, eò quod proles nondum ſit totaliter à matre ſeparata: ſed adhuc quodammodo eſt aliquid ipſius. Quemadmodum qui arborẽ cuſtodit, & fructum ab ea nundum decuſſum, ſed dependẽtem cuſtodire poteſt; nec eſt opus alio cuſtode, niſi poſtquam fructus eſt ab arbore detractus. Sic & quamdiu fœtus eſt in vtero matris recluſus,

Digitized by Google

& nondũ ab ea detractus, alio non videtur indigere Angelo cuſtode, quia æquè bene poteſt cuſtodiri ab Angelo matris cuſtode, ſicuti ab alio. Et fruſtra fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora, dummodo æquè bene fiat, inquiunt Philoſophi.

Cuſtos autem Virginis matris erat Angelus Gabriel, vt ait D. Bernardus in ep. ad Hugonem quæſt. 77. cujus ratio eſſe poteſt, quia ſicut ad minores dignitate & qualitate homines, minores Angeli deputãtur cuſtodes: ita ad eos qui majoris ſunt qualitatis, & gradus, & ad maiorem gratiæ & gloriæ cumulum ſunt à Deo prędeſtinati & electi, ſolent majores Angeli deputari. Et ideo cum Beatiſſima Virgo ad ſummum inter fœminas eſſet electa & præordinata gratiæ & gloriæ gradum, ſummum debuit habere, aut præſtantiſſimum inter cuſtodes mulierum, cuſtodem ſui Angelum, qualis eſt Gabriel. Sed cum ſtellæ non luceant vbi ſol illuxerit, nec Angelis opus ſit cuſtodibus, vbi *Dominus cuſtodit te ab omni malo, cuſtodit animam tuam Do-*

minus, Dominus cuſtodit introitũ tuum & exitum tuum: diſceſſit ab ea Angelus. Fruſtra namquè remanſiſſet ad cuſtodiam matris, quàm filius Dei cuſtodiebat. *Deus* namquè *in medio eius, non cõmouebitur.* Injuria quippè foret filij, illi aſſignare alium cuſtodem. Nam cum filius eodem cuſtodiatur Angelo, quo mater, quandiu eſt in vtero eius, ſequeretur filium Dei Angelum habuiſſe cuſtodem, quod tamen eſt falſum. Tum quia Deus non indiget Angelo cuſtode: ſed potiùs ipſe Angelos cuſtodit: Tum quia erat impeccabilis, plenus ſcientia & gratia, immò & gloria quoad animam, quia jam erat cõpræhenſor, & idcircò Angelo non indigebat cuſtode.

Tum deniquè quia corpus eius regebatur anima jam glorioſa & dirigebatur à diuinitate, immò in ſuppoſito ſuſtentabatur diuino, & ideo cuſtode alio non indigebat.

Nec pariter etiam Mater, quia quamuis ipſa non eſſet ipſi ſuppoſito diuino hypoſtaticè vnita: caro tamen Filij, ita erat vnita carni Vir-

Digitized by Google

ginis per connexiones & ligamina interna, vt qui cuſtodiebat corpus filij, cuſtodiret etiam corpus matris, & ſpiritus vnius ita erat connexus cum ſpiritu alterius per gratiam, charitatem & amorem, vt ſi non datur alius cuſtos pro Matre, quàm pro Filio, nec pro Filio, quàm pro matre, quandiu Filius eſt adhuc in vtero matris concluſus: nec debebat dari alius pro Matre, quã pro Filio, quãdiu Filius Dei fuit in vtero Virginis. Et ideo ſtatim vt filius Dei ingreſſus eſt in vterum Virginis, quod ſtatim effecit cum illa conſenſit, Diſceſsit Angelus ab ea, fruſtra enim remanſiſſet, cùm filius Dei ad cuſtodiendam matrem ſatis eſſet.

Nunc etiam ego, qui Angeli, ſeu miſſi, & nuntij officio functus ſum apud vos, expedita miſsione, & legatione expoſita Angeli Raphaëlis poſſum verbis vti. *Tempus eſt vt reuertar ad eum, qui me miſit; vos autem benedicite Deum, & narrate omnia mirabilia eius.*

PERMISSIO.

CVm in noſtro Capitulo Prouinciali licẽtia conceſſa ſit Patri Fratri Ioanni Mario Scribonio ſacræ Theologiæ Profeſſori emerito, & concionatori Generali ordinis Fratrum Minorum Strictioris Obſeruantiæ, ſeu Recollectorum in lucem edendi omnia ſua opera. Nos infraſcripti fidem facimus & atteſtamur vidiſſe, & legiſſe Librum eius ſuper Miſſionem Angeli ad Virginem cui in titulum præfixit *Creologia ſeu de Incarnatione Verbi*, Quem quidem nulla hæreſeos ſuſpicione, nulloque errore ſcatere aſſerimus, ſed potius omni lepore, & venuſtate refertum eſſe, dignumque typis mandari, & in lucem edi, ad communem hominum vtilitatem & gloriam Dei. Datum in Conuentu noſtro Recollectorum, Lutetiæ, die 14. Februarij 1621.

F. DIDACVS DAVID,
Diffinitor Prouinciæ Recollect.
Sancti Dyoniſij.

F. POLYCARPVS DV FAY,
Conuentus Pariſienſis Recollect.
Guardianus.

F. PETRVS A MONTIBVS,
Bachalaureus Pariſienſis & Theologus, ex Patribus Recollectis.

á ij

Digitized by Google

APPROBATIO Doctorum.

FRATER Stephanus Gueroult, Doctor Theologus, necnon humilis Prior Carmelitarum Rothomagenſium, vidi & perlegi Librum P. Fratris Ioannis Marii Scribonii, Sacræ Theologiæ Profeſſoris, & Concionatoris Generalis ordinis Fratrum Minorum Strictioris Obſeruantiæ, ſeu Recollectorum, ſub titulo Creologiæ ſeu de Incarnatione Verbi, aut aduẽtu eius in Carnem. In quo quidem libro, meo iudicio nihil eſt quod ſacræ ſcripturæ, fidei Orthodoxæ, ſacrorum Conciliorum ſanctionibus, aut Romanæ Eccleſiæ dogmatibus repugnare videatur, ſed omnia conſona, omnia examinata, & accurata eſſe videntur, & maximè digna, quæ ad vtilitatem publicam in lucem edantur. In quorum fidem, & approbationem ſubſcripſi, in Conuentu noſtro Rothomagenſi, die 10. ſeptembris. 1621.

F. STEPHANVS GVEROVLT.
H. Prior.

Digitized by Google

EGo infra ſcriptus Doctor Theologus perlegi hanc *Creologiam ſeu de Incarnatione Verbi*, aut Aduentu eius in Carnem, enarrationem Fratris Ioannis Marij Scribonij, Theologiæ Profeſſoris, & Concionatoris Generalis, in Archiepiſcopali Senonenſi per totum aduentum habitam, in qua multa præclara, ſcitúque digniſsima, omnibúſque Prædicatoribus Verbi Dei vtiliſſima inueni, quàm plurimáque alia, multa ac varia eruditione plena, quæ omnibus Theologis magno vſui eſſe poſſunt, proindeque dignam iudico, quæ pro cõmuni vtilitate in lucem detur. Rothomagi 14. Septembris, 1621.

GVILLELMVS LE MARCHAND.
Carmelita.

Digitized by Google

EXTRAICT DV PRIVILEGE DV ROY.

PAr grace & Priuilege du Roy, il eſt permis à *Denis Morgau*, Marchant Libraire à Paris d'imprimer ou faire imprimer, vendre & diſtribuer Latin ou François ce preſent Liure intitulé : *Sermones de Verbi Incarnatione per Totum Aduentum, Auctore R. P. F.* IOANNE MARIO *Scribonio, Ordinis FF. Minorum ſtrictioris Obſeruantiæ ſeu Recollectorum D. Franciſci, Sacræ Theologiæ Profeſſore emerito.* Eſt fait defence à tous Imprimeurs & Libraires, & autres de quelque eſtat, qualité & condition qu'ils ſoient, d'imprimer ou faire imprimer, ny ſuſciter les Eſtrangers d'imprimer, vendre ny diſtribuer, contrefaire ny alterer l'ordre dudit liure, durant le temps de ſix ans finis & accomplis, à compter du iour & date qu'il ſera acheué d'imprimer, ſur peine de trois mil liures d'amende, dont moitié nous appartiendra & l'autre moitié auſdits ſupplians: & de confiſcation de tous les exemplaires qui ſe trouueront imprimez au contraire, de tous deſpens dommages, & intereſts, tant à l'encontre contreuenans, que ceux qui ſeront trouuez ſaiſis d'autres exemplaires que de ceux deſdits expoſans. Et outre veut ſa Majeſté, que met

ce preſent Extraict au commencement ou à la fin dudit Liure, il ſoit tenu pour deuëment ſignifié à tous, comme plus au long eſt declaré par les lettres patentes de ſa Majeſté. Données à Paris, le quatrieſme iour de Septembre, mil ſix cens vingt vn.

Par le Roy en ſon Conſeil.
ſigné RENOVARD.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX RERVM præcipuarum quæ in hoc volumine continentur.

A

QVARE omnes dicũtur in Adam peccauiſſe. pag. 44

Tria reperiuntur in omni adoptione. pag. 435

Alma quid ſignificet. 134

Amaritudo Virginis. 109

Angelus lucis vocatur dies. 71

Annunciatio verbi diuini, cur Virgini facta. 72.

Animalia ſine mare gignentia. 702

Antitheſis Euæ & Mariæ. 176

Apoſtoli duodecim figurati. 490

Aqua gratiam ſignificat. 180

In aſſociatione duo conſiderantur. 221

Aue quid ſignificat. 144

Tribus tantùm vicibus aue reperitur in euangelio. 145

Digitized by Google

Aures cur geminæ, & vna tantùm lingua. 252
Per aures perditio, & per aures ſalus. 260

B

Benedictio nuptiarum. 234
Benedictio viduarum. 244
Beatiſſima Virgo Maria tria beneficia recepit à Spirtu ſancto. 619
Blaſphemiæ Caluini contra potentiam Dei abſolutam. 754
Bonum nuptiarum proles. 236
Bonum ſterilium. 237
Bona viduarum. 243
Bonum virginitatis. 245
Bona, tria ſunt tantùm, in quibus gloriari poſſumus. 791

C

Candela accenſa in triduo paſſionis quid repræſentet. 116
Capacitas ſanctorum diuerſa. 223
Caſus & fortuna non dicitur reſpectu Dei. 99.
Cauſa prima concurrit sēper cum ſecunda. 98
Cereus Paſchalis quid prætendat. 116
Charitatis triplex eſt perfectio. 295
Corpus Chriſti triplici de cauſa fuit in inſtanti formatum. 332
Chriſtus per quadratum lapidem ſignificatur. 11

Digitized by Google

Chriſtus cur in Nazareth concipi voluit. 56
Cur Chriſtus patrē habere noluit in terris. 75
Chriſtus menſura cæterorum omnium. 402
Chriſtus excelluit tribus potiſsimum modis. 403
Chriſtus multis modis magnus. 405
Chriſtus magnus in ſermone. 423
Ratio cur Chriſtus non poſsit dici Filius adoptiuus. 437
Chriſtus quomodo fuit Filius Dei & B. Virg. 446
Cur Chriſtus non dicatur Filius Trinitatis. 687
Chriſtus non dicitur ſacerdos ſecundum ordinem Aaron: ſed ſecundum ordinem Melchiſedech. 694
Cur Chriſtus ex vtraque tribu ſit oriūdus. 698
Claſſes mulierum duæ. 233
Comparatio oculi ad oculum mentis. 219
Comparatio domus Iacob cum domo Dei. 494
Comparatio ranarum, & dæmonum. 624
Conceptio & Natiuitas Ioannis, quid præſagiret. 732
Conceptio Chriſti quid præmonſtrat. 733
Quatuor actiones in conceptione prolis concurrere ſolent. 674
Tres conditiones requiſitæ in perfecta generatione & filiatione. 687

Digitized by Google

Conſuetudo antiqua Eccleſiæ. 582
Conuerſio Sinagogæ ſutura. 504

D

Dæmon per Aquilonem repræſentatus. 131
Deũ eſſe in rebus dupliciter intelligi poteſt. 219
Deus ſeruat maximum ordinem. 8
Deus intimè præſens rebus omnibus, & intimè agit in ſingulis prout vult. 34
Deus dicitur ſphera perfecta & cur. 39
Deus quomodo dicatur conuerſus. 42
Deus quomodo ſit in rebus. 202
Deus quomodo fuerit cum Virgine, quando ei dixit Angelus, Dominus tecum. 204
Deus quomodo ſit in ſanctis. 222
Deus quomodo fuerit excellentiori modo in anima Virginis quàm in anima aliorum ſanctorum. 224
Deus concurrit cum omnibus cauſis. 668
Deus multa poteſt facere, quæ nunquam efficiet. 756
Deus poteſt facere vt camelus tranſeat per foramen acus. 757
Deus plura poteſt facere, quàm intellectus humanus concipere. 761
Dies Beatiſsimam Virginem repræſentat. 71
Differentia inter potentiam artis, naturæ, & Dei. 772

Differentia inter verbum Dei, *& verbum noſtrum.* 776
D*ina curioſa quanti cauſa mali.* 139
D*omus Iacob coetus fidelium.* 499
D*omus Iacob populum ſupplantatorem ſignificat.* 510
D*omus ſupplantatoris ſuprema* A*ngelorum Hierarchia, ex qua dæmon ſupplantator corruit.* 514
D*iuiſio gratiæ.* 192
A*lia diuiſio gratiæ.* 194
Diuiſio gratiæ per oppoſitionẽ ad peccatum. 195
Quarta diuiſio gratiæ. 197
Quinta diuiſio gratiæ. ibid.
Sexta diuiſio gratiæ. 198
D*orix quomodo interpretatur.* 104
D*racones ſignificant dæmones.* 113

E

Eccleſia per ſedem D*auid figuratã.* 461
Eccleſia mons domus D*omini.* 504
Effectus nominis Ieſu. 395
Eliſabeth quomodo fuerit cognata Beatiſſimæ Virginis. 692
D*ominus tecum maius elogium, quàm gratia plena.* 201
Dominus tecum proprium Virginis encomium. 225

Epitheta varia Spiritus ſancti diuerſos effectus concernentia. 606
Ericij parturientis hieroglyphicum. 153
Eſau quid repreſentet. 147
Eua per noctem figurata. 69
Eua terra arida. 180
Euangeliſtæ quatuor per quatuor animalia Ezechielis figurata. 48
Exemplum modeſtiæ. 266

F

Filiatio non de natura nuda, ſed de perſona dicitur. 433
Filius Dei cur de Virgine natus. 355
Filius Virginis idem qui Filius Dei. 434
Non Filius dupliciter poteſt dici. 439
Flumina gratiarum. 103
Fucus mulierum. 267
Fundamenta terræ conceptio humanitatis Chriſti. 187

G

Gabriel quid ſignificet. 23
Gabriel per auſtrum ſignificatur. 132
Quo in gradu Elizabeth fuerit cognata Beatiſſimæ Virginis. 696
Cur in Galilæam miſſus ſit Angelus. 36
Gratia quam Virgo inuenit quænam ſit, & in quo differat ab alia. 307
Gratia multipliciter definitur. 309

Gratia multipliciter diuiditur. ibidem

Triplicem inuenit Beatiſsima Virgo apud Deum gratiam. 311

H

Hieruſalem figurat Eccleſiam. 463

Homo iuſtus per quadratum repræſentatus. 11

Tres humilitatis gradus. 720

Tres humilitatis effectus. 725

Tres alij effectus humilitatis. 728

I

Iacob ſupplantatorem denotat vnde domus Iacob eſt domus ſupplantatoris. 512

Ignorantia hominum naſcentium. 69

Incarnatio verbi diuini fuit dilata quatuor de cauſis. 4

Quatuor aliæ rationes cur Incarnatio dilata fuit vſque ad ſextam ætatem. 6

Incarnatus ſexta ætate Chriſtus. 8

Incarnationis myſterium rotæ comparatum. 37

Interpretatio nominis Ioſeph varia. 92

Alia rurſus interpretatio. 509

Interpretatio ſomnij. 532

Sanctus Ioſeph cur dicitur vir. 87

Comparatio ſancti Ioſeph cum Ioſeph Patriarcha. 90

Ioſeph Filius accreſcens. 91

Iudæi conuertentur in fine. 429

Digitized by Google

L

Lilium tribus aureis ornatum granis, quid ſignificet. 278
Lingua ignis eſt. 44
Per duo peruenitur ad littus patriæ. 115
Duo luminaria magna. 728

M

Mare rubrum paſsio Chriſti. 113
Mariæ nomen. 100
Nominis Mariæ ethymon. 101
Duo filij Mariæ quomodo dicantur. 108
Maria Virgo porta clauſa. 79
Maria amarum mare. 101
Maria quomodo mare amarum. 107
Maria diabolo amara. 111
Maria eſt mare gratiarum. 102
Maria longè fuit ab omni væ cogitationis malæ. 161
Maria longè fuit ab omni væ mali operis. 165
Maria per mare ſignificatur. 180
Maria omnes aliarum mulierum perfectiones & benedictiones habuit. 233
Maria quaſi ſtella matutina. 285
In mente noſtra ſunt tria. 372
Primum in quolibet genere eſt menſura cœterorum. 401
Sex menſes ſignificant ſex mundi ætates. 727

Digitized by Google

Miſterium Incarnationis nouum & inſolitum. 320
Tripliciter conſideratur miſterium Incarnationis. 594
Nouem miracula in Cõceptione Chriſti. 337
Tria ex parte corporis, tria ex parte animæ, & tria ex parte coniuncti. 339
Sex rurſus miracula in Conceptione Chriſti. 340
Miracula Chriſti magnificentiam eius oſtendebant, præſertim propter tria. 412
Quid ad verum miraculum requiratur. 422
Ad verum miraculum quatuor requiruntur. 414
Modeſtia triplex. 254
Modeſtia in taciturnitate relucet. 255
Modeſtia in quo conſiſtat. 256
Moderatio contingit tripliciter. 253
Tribus modis Deus eſt in rebus. 227
Secundum omnem modum exiſtendi gratuitum fuit Deus cum Virgine. 226
Modus ſpecies & ordo in omnibus. 256
Triplex modus dilectionis. 278
Modus cognoſcendi quanta ſit potentia Dei. 760
Alter modus cognoſcẽdi potentiam Dei. 771
Tria Socratis monita. 256

Mos Ægypti optimus. 136
Motus tres reperiuntur in anima. 253
Mundus horologio comparatus. 98
Mulieres vagæ lunæ comparatæ. 143
Diuerſi ſalutandi modi apud diuerſas nationes. 169

N

Nazareth quid ſignificet. 56
Nihil ſine Deo fieri poteſt. 98
Nihil Deum fugit. 99
Nomina quamuis inconſideratè videantur impoſita, ſunt tamen diſpoſitione diuina indita. 97
Cur homini à Deo nomen fuit impoſitum. 383
Nomen Ieſu tetragrammaton. 385
Miſterium nominis Ieſu. 386
Nomen ineffabile in nomine Ieſu comprehenſum. 361
Nomen Ieſu prout ſcribitur nunc reddit nomen ineffabile & nomen ineffabile, nomen IHV. 361
Nomina hebræa vt plurimum ſunt appellatiua. 509
Nox & dies quid myſtice ſignificent. 67
Nox & dies myſtice expoſita. 69

O

Tria ſunt beatiſsimis ſpiritibus occulta. 571

Opera Chriſti quædam contra, quædam ſuprà, quædam præter, & quædam iuxta naturam. 415
Totus orbis rotæ comparatus. 51
Totus orbis in duodecim partes diſtinctus. 495
Ordines nuptarum tres, & nuptæ triplicis ordinis. 23
Duplici de cauſa opus Incarnationis attribuitur Spiritui ſancto. 595
Opus Incarnationis manifeſtatiuum diuinæ potentiæ, ſapientiæ, & bonitatis. 637

P

Perfectio numeri Senarij. 10
Tres perſonæ in Beatiſsima Virgine per gratiam reſidentes. 144
Perfectio ſumma in duobus conſiſtit. 199
Tres perſonæ diuinæ. 210
Perſonæ diuinæ omnes fuerunt cum Virgine, quamuis ſolus Filius ſit incarnatus. 211
Tres perſonæ ab Angelo expreſſæ in opere Incarnationis. 596
Tres perſonæ diuinæ ad opus Incarnationis concurrerunt. 633
Quomodo tres perſonæ diuinæ concurrerint ad Incarnationem. 660
Plenitudo gratiæ quadruplex. 184

Digitized by Google

De plenitudine Virginis omnes recipiunt. ibid.
Plenitudo fontis, fluuij, riuuli, & vaſculi. 185
Plenitudo gratiæ duplex. 190
Pluuia in vellus quid præſignet. 188
Poſsibilia Deo ſunt omnia. 758
Potentia Dei ex tribus poteſt dignoſci. 752
Probatur abſoluta Dei potentia ex ſacris Literis. 776
Prudentia quid. 279
Partes prudentiæ tres. ibid.
Prudentia cordis in quo conſiſtit. 280
Virgineus pudor deſcribitur. 250
Puritas triplex per aduentum Spiritus ſancti Virgini collata. 622

R

Tres rationes propter quas congruentius fuit Filium incarnari, quàm aliam perſonã. 373
Quoad redemptionem fuit etiam congruentius Filium Dei incarnari propter tres alias rationes. 375
Rationes D. Thomæ cur filius Dei Incarnatus. 377
Tres aliæ rationes Diui Thomæ. ibid.
Ratio cur Maria Virgo verè dicatur Mater Dei. 661
Ratio cur dicatur quod naſcetur ex te ſanctum. 680

Digitized by Google

Naturalis ratio cur dicatur, quod naſcetur ex te ſanctum. 682
Ratio Diui Auguſtini. 694
Qua ratione tribus Regia & Sacerdotalis matrimonia inierint. 696
An ratio allata ab Angelo ſit ſufficiens. 700
Regnum Eccleſiæ in æternum non diſsipabitur. 533
Res quæ libet tripliciter habet conſiderari. 256
Repudium vxoris Sulpitij Galli ob quid. 137
Rota Ezechielis quid ſignificet. 46
Rotæ fortunæ deſcriptio. 54
Perſona verbi per rotam ſignificata. 49

S

Sacerdotes quomodo induantur ſalutari. 468
Sancti ſunt Templum Dei. 223
Sedes Dauid quænam fuerit. 458
Sedes Dauid Hieruſalem, denotat Eccleſiam. 466
Sedes Dauid quænam primitus fuit. 484
Quatuor ſenſus ſacræ ſcripturæ. 49. & 456
Senſus allegoricus. 461
Senſus anagogicus. 480
Senſus tropologicus. 484
Quo ſenſu Virginis verba ſint intelligenda. 472
Similitudo animæ rationalis. 217
Somnium Nabuchodonoſor. 532

Sex ſpecies peccatorum ore perpetrantur. 162
Tres ſpecies inanis gloriæ. 791
Spiritus diuinus illabitur in omnes alios ſpiritus. 604
Quare SS. non dicitur Pater Chriſti. 684
Stella maris Maria. 114
Stella maris omnium maximè immobilis. 119
Stella matutina numquam opprimitur nebulis, etiam ſi inuoluatur. 286
Sex ſuperficies ſunt in quadrato. 10

T

Quatuor anni tempora deſignata per Conceptionem, & Natiuitatem Chriſti & Ioannis. 727
Tempus tacendi & tempus loquendi. 555
Teſtudo quid ſignificet. 138
Thronus anima iuſti. 224
Thronus Dauid quid ſignificet. 483
De timore. 295
Triplex timor. 298
Timor duplex obiectum habet. 299
Quid timendum. 300
Timere nihil debet, qui ſecum Deũ habet. 301
Timor Domini laudatur. 290
Timoris ſex ſpecies. 292
Timor naturalis. ibid.

Digitized by Google

Timor humanus. ibid.
Timor mundanus. ibid.
Timor ſeruilis. ibid.
Timor initialis. ibid.
Timor filialis. 293
Qualis timor fuerit in Beatiß. Virgine. ibid.
Beatißima Virgo timorem ſeruilem nõ habuit. ibid.
Duo includuntur in timore filiali. 294
Tres tituli Beatißimæ Virginis. 621
Titulus ſanctæ Crucis. 387

V

Tria væ à Chriſto ſublata. 146
Maria à triplici væ immunis. 149
Væ miſeriæ parientium. 152
Væ culpæ actualis triplex. 157
Væ maledictiones. 161
Væ pœnæ æternæ triplex. 166
Vas admirabile homo. 39
Vas alterũ longè præſtãtius, nempè Chriſtus. 41
Vas nouum Chriſtus. 43
Verbum ſumitur quatuor modis. 774
Omne verbum, aut eſt dictum, aut factum, aut ſcriptum, aut productum. 775
Verecundiæ laus. 263

Digitized by Google

Vir à virtute dicitur. 88
Cur Angelus ſit miſſus ad Virginem & cur de Virgine naſci voluit Chriſtus. 74
Beata Virgo cur deſponſata. 83
Beata Virgo arcæ comparata. 155
Beatiſſima Virgo Heſter comparata. 290
Quomodo B. Virgo virum circumdedit. 321
B. V. per mulierẽ Sunamitidem figurata. 350
Beatiſſima Virgo ſtabile propoſitum perpetuæ virginitatis habuit. 572
Quàm tenax propoſiti Virgo fuerit. 586
Quomodo Beatiſsima Virgo dicatur genuiſſe Deum, quamuis Deus fuerit ab æterno. 663
Quid contulerit Beatiſsima Virgo ad hoc vt Filius Dei ex ea poſsit dici genitus. 670
Quibus modis Beatiſsima Virgo cooperari potuit in Conceptione Chriſti. 674
Virtutes Virginis. 254
Virtutes modeſtiæ comites. 258
Vnio facta inter Virginem Matrem, & Filiũ Dei qualis. 203
Summa affinitas corporis Virginis cum carne Chriſti. 209
Vota Deo reddenda. 191
Vter quid ſignificet. 188
Quid ſit concipere in vtero. 326

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

7-2-2

Digitized by Google